
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
27 — D
6
ROMA

CLYPEUS RESPONSIONIS PACIFICÆ

AD DEFENSIONEM APOLOGETICI
DE PRÆTENSO MONACHATU
AUGUSTINIANO S. FRANCISCI.

AUTHORE

M. Fr. THOMA DE HERRERA, Eremita Augustiniano, in Supremæ Inquisitionis Hispaniarum Senatu Consultore Qualificatore.

EMINENTISSIMO AC REVERENDISsimo D. D. Ioanni Baptistæ Palloto S. R. E. Cardinali amplissimo, Ordinis Eremitarum S. Augustini Protectori, &c. Dicatus.

SUPERIORUM PERMISSU.

Matriti typis. *Gregorij Rodriguez.* Anno 1645.

CENSVRA P. M. Fr. ILDEFONSI PErez Serrano, Augustiniani, & Sancti Officij Qualificatoris.

DE mandato R.A.P.N.M.Fr. Bernardini Roderici, huiusce Religiosissimæ Prouinciæ Castellæ Ordinis Eremitarum S. P.N. Augustini Prouincialis; & apud Salmanticenses (post alias) vespertinæ Theologiæ sacræ Cathedræ meritissimi moderatoris, vidi hunc librum, (Clypeus Responsionis pacificæ) Authore R.A.P.M.Fr. Thoma de Herrera, eiusdem voti; ingenuèque fateor ex eius lectura vberrimos obedientiæ fructus illico percepisse. Ait enim Procopius in cap. 9. Ioan. Cæcus ad præceptum Domini se lauans, lumen recepit. Nunquam enim obedientia sine operæ pretio inuenitur. Hinc vsuras largissimas claritatis ex præcepto legendi accepi. Titulus namque libri, ante lectionem illius, non ita grandes difficilesque vtriusque Theologiæ quæstiones enodatas ostentat; non subtilis Metaphisicæ speculationes illustratas; non Philosophiæ, Logicæque tortuosas argumentationes extricatas; non annorum fidissimam ex historijs supputationem dispunctam; quæ non legenti discedunt, legentiq; simul omnia clarescunt. Ait enim Cassiodorus lib. 2. variar. Epist. 3. Solent initia portẽdere meliora, dũ à paruis inchoãt, quæ in sequentibus magna se admiratione sublimant. A Monachatus enim Augustiniani possibilitate roboranda, quis nisi videat, in sublimes has difficultates enodandas accessisse præsumat? Videat, & legat, simulque discat quantum prouocatus noster antagonista, se totum Augustinianum ostentans, protoparenti parens, ad vnguem quod edocuit lib. 1. Retract. c. 1. expleuit. Ait enim ita. Qui primas non potuit habere sapientiæ, secundas habeat partes modestiæ. Habuit, & valuit, vtrũque, impugnando sapienter, & oppugnando modestè; ita æquè, vt dicam cum Cassiodoro lib. diuin. lect. cap. 23. Erat totus, (loquitur de quodam Abbate) paternis regulis perseueranter adiunctus, & quidquid possunt legentes per diuersos quærere, in illius scientia cognoscebatur posse fulgere. Sicque cum legerem attentissimè, ad probationem verba dedit Lirinensis cap. 23. Commonitor. 1. Ibi. Ingenio tam graui & vehementi

excelluit, vt nihil sibi ad propugnandum proposuerit, quod non aut acumine irruperit, aut pondere eliserit. Cuius tot penè sententiæ, quot verba; & quot sensus, tot victoriæ; exclamantemque, non approbantem, dicere compellit cum ipso Lirinensi ibidem; ô Doctor, ingenio, doctrina, & studio illustris! Pretiosas diuini dogmatis gemmas insculpe, fideliter coapta, adorna sapienter, adijce splendorem, gratiam, venustatem. Intelligatur te exponente illustriùs, quod antea obscuriùs credebatur. Per te posteritas intellectum gratuletur, quod antea vetustas non intellectum venerabatur. Liber ergo hic, tot difficultates illuminans, prodeat in lucem, prælo detur. Sic censui addiscendo, sic deprecor dicendo. Matriti in Conuentu Regio S. Philippi, die 23. Decembris anno 1643.

Fr. Illefonsus Perez Serrano.

Facultas R. A. P. N. Prouincialis.

EL M. Fr. Bernardino Rodriguez, Prouincial de la Prouincia de Castilla, de la Obseruancia de S. Augustin N. P. Auiendo visto la aprouacion suso escrita, doy licencia al R. P. M. Fr. Thomas de Herrera, para que auiendo cumplido cõ las leyes destos Reynos, y decretos del santo Concilio Tridentino, que tratan de la impression de los libros, pueda imprimir el libro, que intitula *Clypeus Responsionis pacificæ.* Dada en nuestro Conuento de S. Augustin N. P. de Madrigal, en 27. de Diziembre de 1643. años. Valeat sic.

Fr. Bernardino Rodriguez, Prouincial.

Por mandado de N. P. Prouincial

Fr. Iuan Palomeque Secretario.

CEN-

CENSVRA REVEREMDISSIMI P. Augustini de Castro, è Societate Iesu, Regij Prædicatoris, & in Supremo Fidei Senatu Consultoris Qualificatoris.

EX præscripto D. Gabrielis Aldamæ, Vicarij generalis Toletanæ Diœc. in Philippi Regis Catholici curia, vidi, & expendi Clypeum Responsionis pacificæ ad Defensionem Apologetici de prætenso Monachatu Augustiniano S. Francisci, Authore R. A. P. M. Fr. Thoma de Herrera, Ordinis S. Augustini, Supremi Fidei Senatus Censore; & quid in viro tanto, tam singularis doctrinæ & eruditionis, vel fidei conformum, vel sanctis moribus vtile, vel pietatem redolens, vel modestius in Defensione (quod difficile admodum est) præ se ferens, desiderari posit, prorsus non inuenio. Dignus sanè labor, quem docti suspiciant, quem eruditi admirentur, quem Religiosi viri, siue de modestia, siue de celo proprij instituti benè merentes, in Apologijs, (quæ fere semper solent ad extrema declinare) æmulari tanquam limpidissimum exemplar, si non omninò posint, saltem pro viribus conentur. Sic censeo. Madriti, in Collegio Imperiali Societatis Iesu, die Ianuarij 10. anni 1644.

Augustinus de Castro.

FACVLTAS ORDINARIJ MATRITENSIS.

EL Licenciado D. Gabriel de Aldama, lugar de Vicario general de la villa de Madrid, y su partido, &c. Por la presente, auiendo hecho veer el libro contenido en la censura desta otra parte; y no contiene cosa contra nuestra santa Fè Catolica, y buenas costumbres; y assi por lo que a nos toca, se le puede dar licencia para que se imprima. Dado en Madrid a onze de Enero de 1644. años.

El Lic. D. Gabriel de Aldama.

Por su mandado.

Diego de Velasco.

CEN-

CENSVRA R. P. M. FR. ILDEFONSI de Herrera, ſacri Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, in Supremo Senatu ſanctæ Inquiſitionis Conſultoris Qualificatoris.

IAm ſecundô (vento ſecundo flante) pro auita probabili valde veritate, à maioribus, omni acceptione maiori, traditione recepta & transfuſa, in arenam deſcendit prouocatus, laceſsitus, R. P. M. Fr. Thomas de Herrera, magni parentis Auguſtini fauſta proles, Clypeo Defenſionis pacificæ, nomine & re verè pacificæ, munitus, aduerſus ſuum aggreſſorem; ingreſſus cuius, licet primo aſpectu pacificus auſtruatur, ſed re vera, dum introſpicitur, per antiphraſim veritatis amatores, & indagatores ita debere dici dictitant. Rem haud facilem defenſor aggreditur, teſte Quintiliano aſſerente, *A* Non ſine cauſa difficilius ſemper eſt creditum, (quod Cicero ſemper teſtatur *B*) defendere, quam accuſare. Nam, vt quod ſentio ſemel finiam, tanto eſt accuſare quam defendere, quanto facere quam ſanare vulnera, facilius. Vnum hoc hic timeri poſſet, iuxta illam limpidiſsimam Piubij ſententiam; *C* Nimium altercando, veritas amittitur. At pro R. P. Magiſtro idem ſic; *D* Tunc illi videntur conſequi fructum laboris, cum adipiſcuntur occaſionem publicandi quę didicerant, ſine oſtentationis nota, qua caret qui non ingerit, ſed inuitatur vt proferat. Igitur cum pars defenſoris tota in refutatione poſita ſit, & quæ ex diuerſo dicta ſunt, debeant vtrinque diſſolui; vtrumque huius Clypei Author, & rationibus, & Authoritatibus protectus validiſsimis, præſtat validiſsimè, & feliciſsimè exequitur. Id quod etiam valdè deſiderauit Baſilius. *E* Accepi librum, & ſummopere delectatus ſum, propterea quod denſus eſt, ſimul & refertus ſententijs; ac contrariorum obiectiones, & reſponſiones illis ſubiectas, non confuſè, ſed recto ordine digeſtas habet. In quo opere nihil adinueni, (ſupra rem nec pro re dico) quod cenſura maculare poſsim. Sic iudico in hoc Con-

A *lib. 5. cap. 3.*
B *in orat.*
C *lib. 2. Saturn. cap. 7.*
D *idem lib. 7. c. 2.*
E *Epiſt. 39.*

Conuentu Victoriano Matritensi Ordinis Minimorum, de commissione Supremi Senatus. Die 16. Februarij, anno Domini 1644.

Fr. Ildefonsus de Herrera, Supremi Senatus Qualificator ex munere.

SVMMA PRIVILEGIj.

MAgistro Fr. Thomæ de Herrera, Eremitæ Augustiniano, facultas facta est ad imprimendum Clypeum Responsionis pacificæ, decem annorum spatio, cum solitis clausulis pęnarum & conditionum, sub dat. Cæsaraugustæ die 11. Aprilis anno 1644. apud D. Antonium Hurtado de Mendoza.

SVMA DE LA TASSA.

ESta tassado este libro, *Clypeus Responsionis pacificæ*, por los señores del Consejo de su Magestad, a quatro marauedis cada pliego, como consta del testimonio de Pedro Fernandez de Herran, Escriuano de Camara de su Magestad. En Madrid a nueue de Iunio de 1645. años.

FEE

FEE DEL CORRETOR GENERAL de libros por ſu Mageſtad.

Errorum huius operis correctio. Littera M. ſignificat errorem in margine contineri.

Pagin.	*Column.*	*Linea*		*Errata*	*Correcta.*
13	1	6	M.	Rlſp.	Reſp.
14	1	7		menſis	mentis
		8		effectu	affectu
18	2	1		tantu	tantum
32	1	15		Quadraginta,	Poſt li, quadraginta, addenda ſunt hæc verba; *diebus quatuordecim. Qui ſimul fiunt anni ſeptuaginta & duo, dies quatuordecim.*
55	1	34		poſquam	poſtquam
60	2	12		Cõgregaſionus	Congregationis
63	1	18		amo	anno
65	2	15		aliquic	aliquid
72	1	36		tantuum	tantum
74	1	39		habiſſe	habuiſſe
78	1	13		Romio ano	Romano
	2	27		dicret	diceret
79	2	36		oonturbet	conturbet
95	1	14		1209	1206
103	2	31		conuerſioe	conuerſione
107	2	1		illiui	illius
110	1	35		amplus	amplius
	2	6		fex	ſex
111	2	19		Auuhortm	Authorum
116	1	40		toantum	tantum
124	1	1		expreſſe, vſq; non, dele	
153	1	12		circumicus	circum eas
	2	10		fuiſte	fuiſſe
159	2	17		Ioan	Ioannem
161	1	26		proocpi	Procopij
	2	37		ir	iri

Pag.	Col.	Linea	Errata	Correcta.
164	1	14	ſcripſeirt	ſcripſerit
165	1	17	Archipeiſcopo	Archiepiſcopo
169	2	10	mũdo recenſũ	à mundo receſſum
172	1	29	irigant	irrigant
174	2	2	fuis	fuiſſe
174	2	39	parribus	partibus
175	1	7	recenſentumi	recenſetur in
184	1	32	ſolitudini	ſolitudinis
		34	latrones	in latrones
187	2	17	æmularis	æmulari
188	1	16	adjcci	adieci
196	1	25	M Iſai:	Iſaiæ
200	2	10	præſcirbit	præſcribit
216	2	40	Quia lari,	dic, Quia ad ſtatum laicalem ex regulari.
218	2	23	V.	IV.
220	1	16	R.p. 525. Tertiarijs;	appone ſic; R. de Tertiarijs; & ſic nota in margine; R.p. 525.
220	1	33	Addit	Adde
223	2	9	Reguſa	Regula
225	1	3	Aut	At
228	2	14	liteo	linteo
229	1	15	Sauo	Saxo
		36	diſcreãpſiam	diſcrepantiam
231	2	27	claritates	claritatis
232	1	16	iudicaſſet	iudicaſſe
	2	1	vera	vetera
234	2	35	non	nos
236	1	24	Frãciſci Legẽda	Frãciſci. Legẽda
237	2	26	Fremitici	Eremitici
243	1	10	enarrabimus	enarrauimus
256	2	31	noſtra	noſtro
257	1	28	ſperaer	ſperare
258	1	8	dictis	Actis
263	1	37	corrigijs	corrigias
278	1	2	omdo	modo
281	2	3	Mon	Monte
285	1	16	tranſumptu	tranſumpto
286	2	20	&	vt

Pagin.	*Columm.*	*Linea*	*Errata*	*Correcti.*
290	1	1	cognoſcore	cognoſcere
	2	35	aſſolutamerte	aſſolutamente
294	2	24	ſuppliratum	ſupplicatum
300	2	25	lo	los
302	1	6	Serafiicæ	Seraphicæ
337	1	14	inuenine	inuenire
370	1	8	milleſimum	milleſimum, &c.
379	2	38	noſtis	notis
384	1	28	fallicitur	fallitur
402	1	29	inriæ	iniuriæ
403	1	18	rerum verum	rerum
434	1	32	Iam	Tam
435	1	14	II.	XI.
444	1	28	Mantuanum	Mantuam
458	1	9	inchoault	inchoauit

Liber hic nomine inſcriptus: *Reſponſionis pacifica Clypeus, Fr. Thoma de Herrera Auguſtiniani*, demptis his mendis reſpondet fideliter ſuo exemplari. Datum Matriti die 8. menſis Iunij anno 1645.

Doct. D. Franciſcus Murcia de la Llana.


EMI-

EMINENTISSIMO AC Reuerendissimo D.D. Ioanni Baptistæ Palloto S.R.E. Cardinali, Ordinis Eremitarum D. Augustini Protectori.

TE, Princeps Eminentissime, decernendæ controuersiæ inter duas illustrissimas familias de vita, & professione Seraphici Francisci ante sui Ordinis institutionem, Defensor Apologetici vocauit in iudicem. Vocat & noster Clypeus. Neque enim recusare te poteram iudicem, ne mihi ex Ambrosio (lib. 1. de vita beata cap. 6.) à sodalibus diceretur: *Consideras iudicem, non consideras aduocatum? Potest iste sæuiorem ferre sententiam, qui interpellare non desinit, vt paternæ reconciliationis in nos conferatur gratia?* Aut quis te iudicem ab aduersarijs electum, & nobis oblatum reijcere non formidaret? *Nam multi* (ait Plutarchus) *A eo ipso condemnati sunt, quod Catonem reijciendo,*

A in vita Cat. Vticēs. fo. 294.

non satis confisi suæ innocentiæ videbantur. Multis etiam in magni opprobrij partem obijciebatur, quod Catonem iudicem oblatum recipere noluissent. Non obijcietur id nobis Oblatum recipimus libentissimè, quem à nobis electum timere potuimus an alij refutarēt. Lege (si placuerit) vtraque opuscula succisiuis horis. Profer in causa pia iustam sententiam. Legimus quòd Religiosos Franciscanos affectu foues, & defendis; sed & nouimus quòd Augustinianos Eremitas officio regis, & ex animo protegis. Vtroque nexu tanquam duplici accendor igne, vt te & ego compellem. Pro duplici enim erga vtrosque affectu, Augustinianæ familiæ ad carneum illius sæculi Seraphim intentæ deuotionem, piosque conatus, nec rationum pondere vacuos, non poteris non magni pendere; & vtriusque partis rationes æqua lāce librans, qui neutram ægrè tuleris, tuæ authoritatis Clypeo (vt spero) Clypeum nostrum proteges; & ab alijs in iudicem vocatus, quorum es Protector, eris & aduocatus. Sic in te, pro Clypeo respondente Defensioni, fiet quod de Domino dixit Au-

gu-

3. Ser. 27. de ver. Domin. gustinus: B *Ipse eius factus est aduocatus, qui iudex fuerat interpellatus.* Vale. Ex Conuentu Matritensi S. Philippi die 8. Maij anno 1643.

Eminentissimæ D.V.

Humillimus seruus,

Fr. Thomas de Herrera.

R.A.

R. A. P. FR. LVCÆ VVADINGO, SEraphicæ familiæ Illustrissimo germini, viro nobis vndequaque charissimo, & omnibus vndecumque clarissimo.

PEruenerunt in manus nostras, desideratissime in Christo Pater, litteræ Defensionis tuæ, in quibus ais te malle me cum verbo quàm calamo agere. Dicam ego cum Augustino; C Proinde illud, *quod in* principio *epistolæ tuæ posuisti, cum magni desiderij suspirio vel lego, vel recolo.* Mallem *inquis*, te cum, amice, verboquam calamo agere: *Ego autem dico, vtinam saltem propinquis terrarum locis habitaremus, vt si non possent misceri nostra colloquia, litteræ possent esse crebriores.* Forsitan, si præsentem offensionis expostulasses, aut minùs remoto ad crebras litteras, amoris & beneuolentiæ plenas, dignatus fuisses rescribere, non in tot querelas seuerus vltor insurgeres. Vidisses enim clariùs pectus & animum erga te meum, quem etiam iratum & vindicem vnicè colo, & veneror; agnouissesque, si quæ in nostra Responsione intermixta sunt verbula, (siue argutiæ, vt tu vocas) non ex irreuerenti, aut amaro animo, commoto ve acriter affectu prodijsse; sed vel *aliquanto securiore libertate* dicta, vt Augustinus ait, *D vel refellendi necessitate* deprompta; & sic *in scripturarum campo*, vt inquit Hieronymus: *E sine nostro inuicem dolore luderemus.* Neque enim apud te crimen erit contraria sensisse, & suasisse, aut persuasisse; neque opus erit, vt non incidamus in suspicionem puerilis iactantiæ, quasi nostro nomini famam accusando illustres viros quæsierimus; vel ne litum melle gladium stringere iudicemur; alienis placitis cæca manu subscribere, vel in Collatoris verba præcipiti lingua iurare: *Nisi forte ille modus est,* vt ait Augustinus: *F quo vtrumque hoc vitium, vel vitij suspicionem caueamus, si cum doctiore amico sic disputemus, vt quidquid dixerit necesse sit approbare; nec, quærendi saltem causa, liceat aliquantulum reluctari. Tum verò sine vllo timore offensionis in campo luditur; sed mirum, si nobis non illuditur.*

C Epist. 15.

D Epist. 19.

E Epist. 18.

F Epist. 19.

Meditati fueramus in Hispania Responsionem pacificam ad

Apo-

Apologeticum tuum, non vt hostiliter pararemus bellum fortissimo Duci, neque vt indiceremus pugnam strenuo luctatori; sed vt dum essemus etiam bellando pacifici, eum, quem expugnatum cupiebamus, ad pacis vtilitatem vincendo perduceremus. Neque hanc telam ita occultè ordiebamur; quin (si meminisse velis) in Bibliotheca tua selectissima tibi aliquando sciscitanti, num aliquis Augustinianus tuo Apologetico respondere pararet? Nos tibi responsuros asseruimus. Forsan nō credidisti, quia credebas responderi non posse; vel quia existimabas pacifica etiam Responsione amicitiæ iura violari; de me autem, cuius erga te beneuolentiam amicissimam experiebaris, amicitiæ iura violanda suspicari nefas ducebas. At nos non arbitramur amicitiæ dissolui fœdera, aut imminui, si opposita senserimus. Sæpè enim voluntatem dantes, intellectum dare non possumus.

Emisimus magnum volumen, decuplo maius Apologetico. Non abnuo. Digressi enim sumus, vt in opere ipso aduertimus, contra hostiles acies R. D. Gabrielis Pennoti, in quibus impugnandis & expugnandis magna pars operis est consumpta. Præfiximus pacificæ Responsionis titulum, vt pax Christi vinceret in cordibus nostris. An titulus operi responderit, qui se læsum dolet, non absque suspicione iudicabit. Dum te læsum putas, non miror quod aliquantulum doleas; quia *infirmitas velut humana nostra*, vt ait Augustinus, G *etiam cum veraciter arguitur, non potest nisi aliquantulum contristari*. Defensione tua me læsum, non veritatis pondere, sed ponderis veritate, non doleo; sed agnosco, & ignosco, vt soleo; & tamen me iudicem nō constituo, an pacatior & mitior per omnia sit tuus discursus. Lectores, qui sine inuidia, aut liuore, nullo amoris, aut odij affectu excæcati, vtriusque causæ pondus fideli trutina librantes, omnia perpenderint, sinceriùs & rectiùs iudicabunt. Quæcumque autem illorum censura fuerit, quæcumque tua reprehensio fuerit, reprehensionem tuam, licet non amicissimam, vt cum Augustino dixero: H *Gratissimè accipiā, etiam si reprehendi non meruit, quod rectè defendi potest. Aut agnoscam simul & beneuolentiam tuam, & culpam meam; & quantum Dominus donat, in alio gratus, in alio emendatus inueniar.*

G Epist. 15.

H Epist. 15.

Volumen nostrum non emissum voluisse crebris ad te litteris indicauimus; non quidem quia indixerimus bellum, quod nunc

nunc detrectemus; sed quia cum viro amicissimo noluissemus inijsse certamen, ex quo tantam querelarum congeriem accepisset. Mallemus enim cum amico pacem, & mutui amoris pignora dulciter conseruare, quàm causam probabilitatis controuersæ, semel à Marquez euictam, cum amici dolore reuincere. Voluissem enim dixisse cum Augustino ad Hieronymũ,

I Epist. 19. *I Placeat nobis inuicem non tantùm charitas, verùm etiam libertas amicitiæ; ne apud me taceas, vel ego apud te, quod in nostris litteris vicissim nos mouet; eo scilicet animo, qui oculis Dei in fraterna dilectione non displicet. Quod si inter nos fieri posse sine ipsius dilectionis perniciosa offensione non putas, non fiat. Illa enim charitas, quam tecum habere vellem, profectò maior est; sed melior hæc minor, quam nulla est?*

Sanè manum huic clypeo non admouissemus, ne nouis querelis, quas toto corde euitare curamus, acciperetur potiùs, quam daretur occasio; nisi in hac noua defensione quædam nobis perperam imponerentur, quibus lectorem decipi æquum non erat, ne silentium etiam nostrum duceret in consensum. In reliquis enim, intelligenti, qui contra inauditam partem noluerit præproperè proferre sententiam, si dicta nõ suppetunt, plura vix proderunt. Dicam etiam cum Augustino ad Cresconium;

K Lib. 1. c. 1. *K His ergo litteris tuis, quas ad me dedisti, si non rescriberem, fortasse contumeliosum putares. Quod autẽ rescribo, rursus vereor ne contentiosum putes?*

Clypeum opponimus defensioni, defensuri causam, non offensuri amicum; & quanto te amore diligamus, & quanta reuerentia veneremur, ex Clypei titulo, ex ipso Clypeo, etiam lippientibus oculis clarè perspicies. Tandem ad virum amicissimum cum Augustino ad Hieronymum

L Epist. 19. *L* dicam; *Agens gratias beneuolæ menti erga me tuæ, simul posco, vt etiam mihi nõ succenseas, quòd cum in opusculis tuis aliqua me mouerent, motum meũ intimaui tibi; hoc erga me ab omnibus seruari volens, quòd erga te ipse seruaui, vt quidquid improbandum putant in scriptis meis, nec laudent subdolo pectore, nec ita reprehendant apud alios, vt taceant apud me; hinc potiùs existimans lædi amicitiã & necessitudinis iura violari. Nescio enim vtrum Christianæ amicitiæ putandæ sint, in quibus magis valet vulgare prouerbium,* obsequium amicos, veritas odium parit; *quàm Ecclesiasticum*

M Prouer. 27. *M*, Fideliora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. *Proinde charissimos nostros, qui nostris laboribus*

sin-

sincerissimè fauent, hoc potiùs, quanta possumus instantia, doceamus; quòd sciant fieri posse vt inter charissimos aliquid alterutro sermone contradicatur, nec tamẽ charitas ipsa minuatur, nec veritas odium pariat, quæ debetur amicitiæ, siue illud verũ sit quod contradicitur, siue corde veraci qualecunque sit dicitur, non retinendo in mente quod distet à labijs.

AD VTRIVSQVE LECTOREM.

N. 1. Reg. 17 INuitus iterum in arenam descendo, nõ gladio accinctus, aut hastam vibrãs, quia *nõ in gladio N, nec in hãsta saluat Dominus;* nec peram pastoralem, aut fundam ferens; non enim est animus percutiendi, aut repercutiendi. Venio, vt arbitror, in nomine Domini, clypeo tantum protectus, ex illa ar-

O. Cã. 4 morum officina desumpto, de qua dicitur O; *Mille clypei pẽdent ex ea, omnis armatura fortium.* In eo, vt spero, dum iterũ molliùs respondemus, tumentes procellosi maris fluctus cõfringẽtur; ictus hostilis gladij & hastæ absque repercussione retundentur; & siqui iacti sunt lapides, sine percussione resi-

P. Prouer. 15. lient. *Responsio* enim *mollis frangit iram P, sermo durus suscitat furorem.* Vnde, si in aliquo incautè læsimus virum amicissimum, quem propter ingentes animi dotes colimus, & suspicimus; & licet iratum, & parum fauentem, illæsum volumus; à pacato, & placato veniam merebimur, & obtinebimus. *Qui enim verba increpantis humiliter suscipit,* vt ait Hieronymus;

Q. In c. 15. Prouerb. *Q iam propinquat veniæ reatus, quem gessit. At qui superbus arguenti resultat, maiorem contra se iram districti iudicis prouocat.*

Edidimus olim responsionem pacificam, in Hispania inchoatam, in Italia completam; vtrobique tranquillo, & sereno animo; sed in Italia tranquilliori & sereniori, varijs eruditissimi & religiosissimi viri amicitiæ vinculis delinito, dulciterque deuincto. Eam præli non paucis scatentem erroribus M. Ioannes Philippus de Recalbuto, amicus nõster, & discipulus, immatura ętate pręreptus, luci dedit Bononię typis Clementis Ferronij anno 1635. In ea Apologetico R. A. P. Fr. Lucæ Vvadingi, quem nonnulli mitiorem voluissent, & plurimis amaritudinibus plenum iudicarunt, pacificè respõdere conatus sum. Aliqua forsan verbula exciderunt, quæ, vt assolet,

§§§ vis

vis ipsa disputationis extorsit; vel in causam, non in hominem, quem summè amamus & veneramur, contorsimus, non amaro animo, aut lædendi fratris affectu, sed fida potiùs amicitiæ libertate. Sic ille, vir Hieronymianæ doctrinæ & ingenij, de hisce scrupulis doluit, vt non de leui vulnusculo, sed de lethalibus ingeminatis vulneribus doluisse credideris, dum pacificã nostram responsionem non legeris. *Quàm grauis ille in suo sensu* (eius vtimur verbis) R *quam leuis ego in offensa, te prudens Lector testem volo, & audiendis questibus iudicem decerno.* Forsan securior id fecero. Dolor ab illo in hac, quam defensionem vocare placuit, plura extorsit, quæ in alium, etiam inimicissimum, contorsisse valdè dolerem. Sic tertio quoque verbo, gladio nec melle, aut non satis benè melle lito percutit, aut percutere intendit.

R Pap. 142.

Huic defensioni Clypeum nostrum obijcimus, non repercussuri, sed illatos ictus suauiter retusuri fraterna charitate, quæ est omnis armatura fortium. *Hæc proculdubio armatura*, ait noster vener. Alfonsus ab Orozco, Regius Ecclesiastes, S *Charitas est, de qua Apostolus ait,* T *Accipite armaturã Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.* Est sanè armatura inuincibilis Charitas. Vt enim ait Apostolus V; *Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam. Ecce omnis armatura*, addit Orozcus, *qua omnes athletæ Dei roborati hostilia bella vicerũt.* Nos ea armati, amicissimi viri bella, *incorrupto*, vt ipse ait, X *veteris amicitiæ fœdere*, superare cupimus, & speramus. Forsan æmulabimur Augustinum, qui contra Hieronymum Y quædam minuscula, vel securiore libertate, vel refellendi necessitate dixerat, quæ adeô ægrè Hieronymus tulit, vt tanquam bos lassus fortiùs fixerit pedem; at Augustinus in ea, quæ permanet, & nunquam excidit, immobilis Charitate, Hieronymianæ acrimoniæ immemor ait; *Obsecro te ergo per mansuetudinem Christi, vt si læsi te, dimittas mihi, ne vicissim lædendo, malum pro malo reddeas.*

S In c. 4 Cant.
T Ad Ephes. 6.
V 1. Corin. 13.
X Pag. 143.
Y Epist. 8. 9. & 10.
Z Epist. 15.

RES-



RESPONSIONIS PACIFICÆ CLYPEVS. F. THOMÆ DE HERRERA, AVGVSTINIANI.

§. I.

CONTROVERSIAE STATVS explicatur.



EN iterum prouocamur ad pugnam; sed clypeo solo protecti descendimus ad singulare certamē. *Nunc quatenus admittenda congressio est*, vt Tertulliani verbis
A Li. 1. cōt. Marc c. 1. vtar, *A interdum ne compendiū præscriptionis vbique aduocatum diffidentiæ deputetur, regulam aduersarij prius prætexam, ne cui lateat, in qua principalis quæstio dimicatura est.* Rem autem ab origine repetentes, referemus paulò aliter atque in
B pag. 365. Epitome totius discursus, *B* recens Defensio Apologetici enarrauit.

B. Ioannes Bouus Mantuanus prope Cæsennam circa annum 1204. plus minùs ve, Eremitarū Congregationem inchoauit. Nō multò pòst, aucto fratrum numero, Regulam & Ordinem Eremitarum S. Augustini à Sede Apostolica impetrauit. Fluctuante deinde sodalitio graui schismate ab anno 1249. vsque ad 1252. Electus Paduanus, & Fr. Simon Mediolanensis, Lector de Ordine Minorum, deputati sunt vt Ordinem ipsum ferè per triēnium fluctuantem ad statum vnitatis & pacis intenderent reuocare. Delecti ad hoc munus hi viri, non ab Innocentio IV. vt Defensio vbi suprà perperam voluit; sed à Guillelmo de Flisco, S. Eustachij Cardinali, sæpe fatæ Congregationis Protectore. Sic enim Cardin. Guillelmus in suis litteris, quas in Responsione pacifica transcripsimus,

C pag. 138. C ad verbum habet; *Sed quia tunc eos per nos commodè non poteramus audire, prudentibus viris, electo Paduano, & F. Simoni Mediolanensi, Lectori de Ordine Minorum; Capellanis & socijs nostris, commisimus vt procuratores eosdem super his, quæ vellent proponere, diligenter audirent; & prout studiosius possent, Ordinem ipsum ad statum vnitatis & pacis intenderent reuocare.* Id illi prudenter & feliciter executi, procuratores ipsos cōcordes ad propria remiserunt. Neque aliquid amplius, vt ex ipsius Cardinalis litteris plusquam perspicuum est, erga illum Eremitarum cœtum egerunt. Celebrata Bononiæ Synodo anno 1252. & electo in Præsulem totius sodalitatis B. Lanfranco Mediolanensi, vniuersa Congregatio B. Ioannis Boni, quam amiserat, pacem inuenit. Post hæc, S. Bonauentura, Cardinalis, in Concilio Lugdunensi an. 1274. Religionibus Mendicantibus fauit, & Author fuit vt ederetur decretum, quod habetur cap. *Religionum diuersitas*, in titulo, *De religiosis domibus*, in sexto, vt retulimus in Responsione pacifica. D Hinc inferri quidem potest Bonauenturā fauisse, non sodalitio Ioannis Boni, quod iam Ordini Eremitarū S. Augustini an. 1255. vel 1256. fuerat vnitum; sed ipsi Ordini Eremitarū S. Augustini, de quo D nu. 772. p. 373

agitur in prædicto capite, *Religionum*.

Hinc credit noua Defensio, E Eorū, vt Minoritæ quidam, historiæ imperiti, (sic illa habet,) E p. 366. vel magnificādis rebus proprijs, vel attenuandis alienis intenti, Simonis & Bonauenturæ acta confuderint; quasi Bonauenturæ Præsidentiæ munus, quod obscuro rumore Minoritam, ignoti forte nominis, præstitisse perceperant, tribuissent. At Simon in capitulo Bononiensi Præsidem non egit; sed Lugduni commorans, Procuratores prædictorū Eremitarum, simul cum electo Paduano, ad concordiam reuocauit; & capitulum Bononiense tantùm spectauit ad Eremitas B. Ioannis Boni; lis autem & dissidium erat de præsidentia capituli generalis Romæ pro vnione diuersarum Congregationum in vnum S. Augustini Ordinem celebrati. Ex tam tenui, & obscuro fundamento tanta noui ædificij moles insurgit; nec Author Defensionis agnoscit inuentionem, sed confusionem; & tamen in assignando Monachatu Augustiniano S. Francisci, non confusionem, sed inuentionem adiectam mordicus arbitratur, & censet. Nos, si vtrumq; falsum, aut improbabile est, vtriusq; assertores existimamus potiùs imperitè rem confudisse, quam fallaciter inuenisse; ne humana facilitate crudeliter accusemus in-

inauditos, quos benignitate Christiana misericorditer possumus excusare.

D. Bonauenturæ præsidentiã non placidè auditam addit Defensio; F & Philippum Bergomensem Eremitam, ne Bonauenturam Rectorem, aut Directorẽ admitteret, (quasi vtrumque simul stare nõ posset; & quasi primus huiusce Monachatus author esset Bergomensis.) B. Franciscũ, Bonauenturæ magistrum, Ioannis Boni scripsisse discipulum, ex vetusto chirographo, quod aliquandô visum asseruit. De Bergomensi iterum redibit sermo. Interim repetam quod scripsi in Responsione pacifica. G *Sanè si in hac re vel leue aliquod probabilitatis fundamentum inuenissem, faterer ingenuè. Mallem enim Seraphicum doctorem Bonauenturã, virum Sanctissimum, postea S. R. E. Cardinalem, & tandem Diuorũ cathalogo adscriptum, nostræ vnionis Præsidem egisse, quam Richardum Annibaldensem Diaconum Cardinalem.* Et infra, de commissione Fr. Simonis Mediolanẽsis, lectoris de Ordine Minorum agentes, hæc addidimus. *Non inficiamur hæc fateri, & negaremus D. Bonauenturã nostræ vnionis præsidem? Nunquid melior, aut dignior Fr. Simon Mediolanensis lector, quàm S. Bonauentura? Negamus ergo rẽ, quam vellemus ita fuisse; nõ quia nobis noceat, sed quia non fuit.*

F *vbi suprà*

G *nu. 7. p. 2*

Secuti sunt alij Bergomensem, & inter eos Hieronymus Roman, qui plus cæteris in hac re se diffudit. *Insurrexit acriter Antonius Daza Minorita*, ait Defensio, H *veteremque resumpsit cantilenam de præsidentia Bonauenturæ.* Aduersus eum M. Ioannes Marquez integro volumine decertauit, & latè defendit Monachatum Augustinianum S. Francisci probabiliter asseri. Displicuit vel sola probabilitas R. A. P. Fr. Lucæ Vvadingo, amico nostro, viro doctissimo; & edito Apologetico impossibilem & improbabilem data opera cẽsuit. Nos huic Apologetico Respõsione pacifica occurrimus, rei etiam probabilitate cõtenti. At sapientissimus Pater, I Pacificam inscriptam asserit, ita tamẽ scriptam, vt ipsi sit bellum præscriptum; & à fronte reliquum corpus, à titulo totum opus dissideat. An id verè assertum, lectoribus relinquendum. In propria enim causa nullus integer inter homines iudex, & à suspicionibus liber. Pacificæ nostræ Responsioni obiecit idem eruditissimus Author Defensionem Apologetici Lugduni editam an. 1641. sumptibus Laurentij Durand, in qua se pacatiorem & mitiorem Responsione pacifica pollicetur. An promissis steterit, qui vtriusque opuscula legerit, & intellexerit, dummodô liuoris & iudicis, amoris aut odij sit

H *pa. 366.*

I *p. 1.*

ex pers, claris videbit oculis, & imperante intellectu iudicabit. Nunc nos blandiore manu, mitiore stylo, quandoque etiam refellendi necessitati cedentes, Augustiniani Monachatus S. Francisci probabilitatem propugnātes, Clypeum edimus, quo illatos ictus in Responsionem pacificam retundamus; & siquid fuerit contra nos veraciter ostēsum, humiliter agnoscamus; *vt probemur*, vt ait ad Hieronymū Augustinus, K *non solùm indoctos quanta charitate doceamus, verùm à doctis etiam quanta humilitate discamus*. Eius defensioni respondemus absque amici offensione, nisi à se ipso velit offē-

K *epistol. 28*

di; aut, nisi eius placitis cæco calamo subscribamus, offensionē, à qua se defendere oporteat, putet hostilem; vel Regem prouincias inuadentem credat se defēdere abijs regionibus, quæ non vltrò eius subiugantur imperio. Quàm sincera ego charitate virum dilexerim, quàm ingenua reuerentia coluerim, & quàm vnicè colam, & diligam, opuscula nostra, quæ edidi, clarè testantur; & quę edidero, testabuntur. Facilè enim ijs, quos colimus, & diligimus, asperioris ingenij delicta condonamus; & remittendo offensas, quos offensos nolumus, amicamus.

§. II.

RESPONDETVR AD SECTIONEM primam, & secundam.

Ex triplici Apologetici, Responsionis pacificæ, & Defensionis opusculo triplex est ortum querelarū genus. Quędam sunt, quas de Apologetico conceptas in Respōsione nostra pacifica attigimus. Has omittimus, quia & dimisimus. Et sanè fœminei, aut puerilis est animi, querulis hinc inde lamentationibus aerem verberare, præcipuè cum de sano authorum animo constat. Sat est semel, aut iterum querelarum causas attigisse, & vulneri locum quasi gladij cuspide demōstrasse. Sed sunt plerique in eo hominum numero, *qui*, vt ait Terentius, L *ita putant sibi fieri iniuriam vltrò, siquam fecere, ipsi expostulant, & vltrò accusant*. Possemus & nos ex solo Apologetico grandem querelarum congeriem cumulare; sed maluimus ab ijs abstinere, quasdam insinuasse potiùs, quam deplorasse contenti; ne simus de eorum numero, de quibus dixit Cicero, M *Quorum plerique aut queruntur semper ali-*

L *in Adel.*

M *de Amic.*

aliquid, aut etiam exprobrant; & ne dum nimis queritamur, quę ruli potiùs quam iustè conquesti videamur; licet iustè possemus cõqueri; quia ille nõ iustè queritur. Vt enim rectè dixit Ouidius, *N. Nam nisi iusta tua est, iusta querela mea est.*

N lib. 4. de Ponto, Eleg. 3.

Hoc vnum tamẽ lectorem velim admonitum, longè diuersum esse querelarum genus quas de nobis concepit Author, & quas de Authore concepimus. Ille enim de verbis tantùm vel asperè, vel inaduertenter prolatis queri fortasse poterit; at nos de verbis durioribus, & de rebus iniustè ablatis. Nos enim illi Franciscum Seraphicũ non tollimus; sed pro eo tẽpore, quo probabile est sacrũ Minorũ Ordinẽ non instituisse, & Eremitã egit, nõ Eremitã sæcularẽ egisse, sed in Cõgregatione B. Ioannis Boni Eremiticum D. Augustini institutum fuisse professum probabile arbitramur. Quę inde iniuria, vt in amaras querelas Consodales eruperint? *an ob id minor, aut vilior,* (sic ipse rectè ait) *O eius institutor, quod alienam clariorem reddiderit sodalitatem?* Nos nil alijs auferimus. Compossidere probabiliter volumus, quod alij se solos iactant possidere. Franciscum vtrique familiæ pro diuerso tempore communẽ probabiliter asseri arbitramur; illi diuisum, & sibi solis proprium, & pro nullo tempore alienum mordicus censent. Vnde non immerito in rem præsentem quodammodo adaptabimus, quæ Augustinus in sermonibus à Sirmõdo editis eleganter adiecit, *P Litigator terrenæ possessionis, cũ audiuit aduersarium dicentem, Possidere volo, respondet, non permitto. Ego autem fratri dico, Possideas mecum volo; ille litigando dicit, Nolo. Non itaque timeo ne contemnat me Deus, & corripiat sicut illos fratres, vel illum fratrem, qui eum interpellauit in populo, & ait, Q Domine, dic* fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem. *Cõtinuo Dominus proferens correptionem, qui oderat diuisionem,* dic homo, *inquit,* quis me constituit iudicem, aut diuisorem hęreditatis inter vos? Ego autem dico vobis, cauete ab omni cupiditate. *Istam correptionem nõ timeo. Interpello enim Dominũ meum; fateor, interpello. Non tamen dico, Domine dic fratri meo vt diuidat hæreditatem mecum; sed dico, Domine dic fratri meo vt teneat mecum vnitatem. Ecce possessionis huius tabulas recito, non ad hoc vt solus possideam, sed vt fratrem meum nolentem possidere conuincam.*

O in Apologet. pag 4.

P ser. 36. p. 396.

Q Lucæ 12.

At ille in suo Apologetico nõ tantùm verbis læsit, sed res nostras vel iniustè abstulit, vel in dubium vertit. *Noui certè circa hoc,* ait, *R nimirum de non præscripta Fratribus Regula per Augustinum, non dissimilem, neque*

R p. 17.

a,ic-

alienum esse aliorum sensum; idq; non paucis asserere, &c. Et infrà.
S pa. 41. *S Tantum itaque abest, vt ab Eremitis Augustinianis, aut à Ioanne Bono insignia illa corrigiæ, baculi, aut nigri habitus Franciscus acceperit, vt illi potiùs ea acceperint à Sede Apostolica quibusdam annis à Francisco defuncto.* Et rursus infrà.
T pa. 44. *T Quæ à nobis superiùs statuta sunt circa annorum seriem de eremicolatu Ioannis Boni, & admissa in eius societate circa annum 1233. regula S. Augustini, &c.* Et infrà.
V pa. 45. *V Secundum consectarium est, nō adeò essentialem fuisse illum habitum, nec à S. Augustino acceptum, vt non potiùs liberè fratres nouum elegerint, aut à Pontifice, eiusque legatis acceperint, vt constat ex clausula Bullæ Innocentij IV. inferiùs referenda, quā antiquum retinuerint.* Et infrà.
X pa. 58. *X Ad id præcipuè has retulimus Bullas, vt ostenderemus neq; habitum, neque corrigiam Eremitarum originem habuisse ab Augustino, sed ab exorta illa controuersia, & illius temporis Pontificibus, &c.* Idem sæpè inculcat, & repetit. Et infrà.
Y pa. 72. *Y Fidenter id dixerim, inefficaciter Marquez probare in veste, sua consimili, incessisse S. Doctorem, quod largissimè, & data opera conuincit Gabriel Pennotus, ad quem lectorem remitto, ne videar actum agere, &c.* Et infra,
Z pa. 73. Z affirmat in Marquez alijs inter alia displicuisse quod sibi omninò D. Claram Montefalcensem adscripserit. Dixerat Author etiam sic suprà.
A pa. 28. *A Quid? Quod & Eremitæ Thusciæ, in qua comprehenduntur tractus Pisanus, & Senensis, vsque ad annum 1. Innocentij IV. non fuerunt Augustiniani. Nam præterquam quod ille omnium primus tunc eos iusserit Regulam S. Augustini assumere, vt constat ex Bulla eiusdem,* Incumbit nobis, *data 17. Ianuarij ad vniuersos Eremitas Thusciæ, (exceptis Fratribus Guillelmitis, sub regula etiam S. Benedicti degentibus, quos noluit tunc ad illam vnionem reducere,) quæ habentur apud meum dissertatorem, & in Regesto eiusdem Pontificis num. 333. apertè asseritur eos vsque ad illud tempus regulam obseruasse S. Benedicti, &c.* Et infrà.
B pa. 108. *B Profectò absque cuiuspiam iniuria potius crediderim ipsis verbis concilij expressè dicentibus velle Pontificem, & Patres concilij eum Ordinem in suo statu permanere, non absolutè, sed ad tempus, donec scilicet aliter de illo ordinaretur.*

Hæc sunt inter alia, quibus Author Apologeticum respersit; non verba aduersus vnum, vel alium hominem asperè aut incautè prolata; sed grauia, olim ab æmulis intētata, modo ab amicissimo & religiosissimo viro gratis renouata litigia. Tollit enim nobis Augustinum Patrem, Regu-

gulam, & habitum ab ipso haben tes originem; D. Guillelmum, & eius Cōgregationem; & B. Clarā Montefalcensem iterum vocare videtur in litem. Dum hæc sacra pignora tolluntur à nobis, si que rar, si plorem, si clamem, & quidā mihi dixerint, quid quereris? Quid ploras? Quid clamas? Nonne meritô accommodatis verbis cum Micha potero respondere? C *Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & Sacerdotem, & omnia, & dicitis, Quid tibi est?* Quasi diceret, vt ait Lira, *illa, quæ tulistis, ita pretiosa erant mihi, quod fūrū, aut nihil appretior residuū.* Et tamen hæc ex animo dimitten da iudicauimus, vt pax Christi vincat incordibus nostris.

C *Iudic.* 18

Aliæ sunt querelæ, quas de nostra Responsione pacifica Author in sua Defensione congessit; D in qua, vt cum Augustino ad Hieronymum dixero, E *Multa in me cōperi tuæ beneuolētissimæ charitatis; & rursus quædam non nullius animæ tuæ offensionis in dicta. Itaq; vbi mulcebar legens, ibi continuò feriebar.* His etiam querelas omittimus, quia lectorē remittimus ad nostram Responsio nem, vt clarè inspiciat vter fuerit pacatior & mitior; tranquilior & serenior animo; & quam fuerit noster gladius, (si tamen gladius) potiùs melle litus, quā veneno infectus; & si quæ minùs mitia verbula exciderat, vi potiùs disputationis extorta, quā maleuo lo corde cōtorta in eū vsum, quē impugnantes, vel etiam expugnantes, vnicè colebamus, & diligebamus. At cōtorques, inquit, opportunè, vel importunè, in Authorem plura D. Augustini loca, contra Iulianum, Pelagium, Cresconium, & Petilianum, & alia hæreticorum monstra prolata; neq; hoc Responsioni pacificæ congruit. Opportunè ne, an importunè fuerint contorta, is, in quem contorquentur, Iudex nō esto; legat alius, affectu alius, & iudicet. Non appellabimus ab eo, quem compellamus. Mirari tamen satis non possum, quod vir doctissimus & religiosissimus iniuriæ suæ passim repetitis questubus deputet quod plura Augustini loca contra hæreticos pugnantia, aduersus ipsū sparsim accommodauerim, ac si perinde personam personæ con tulissem. Absit à Christiano corde tam iniqua suspicio. Si ita lo ca accommodasse à te putatus sum, *profectò* (dicā cū Augustino ad Hieronymum.) *F hoc ipso læsisti prodnè, quod me ita sensisti.* Neque enim ego tam superbè fastu arrogans, vt me non vererer Augustino conferre; neque tam iniuriosa dicacitate audax, vt strenuum fidei Catholicæ pugilem, virum vndequaq; clarissimum, litteris, doctrina, & religione fulgentem, & intima famiharitate nobis humanissimè vni tum, quoquomodo hæreticis cō pa-

D *Sectio.* 2 *p.* 153
E *epistol.* 15 *c.* 1.
F *epistol.* 15 *c.* 1.

pararem. Non ego in ijs locis personam personæ comparo; sed in re non omninô dissimili, vel aliquatenus simili, causæ causam accommodo. Hoc autem non in uenustè fit, imô & absque dispendio innatę modestiæ, aut debitæ humilitatis. Posse autem causæ causam adaptari absque comparatione personarum, probatione non eget. Sed rem, ex se clarissimam, clarè ad hominem demóstremus. Author enim, tàm in Apologetico, quã in Defensione pluribus vtitur locis, in quibus non negabit se causam causæ quodammodò adaptare, non verô personam personæ conferre. In Apologetico editionis Matritensis anni 1625. G vtitur Author illo loco Mat. 26. *Quid adhuc egemus testibus?* Quod dictum fuit à Caipha Principe Sacerdotum in Christum. Et Author verba illa suæ causæ accómodauit absq; eo quôd personam dicentem personæ dicenti, & personam patientem personæ patienti compararet. In Defensione etiam H his Hieronymi verbis I ad Pammachium & Oceanum aduersus me vtitur; *Non enim consueui eorum insultare erroribus, quorum miror ingenia.* Et tamen nec suspicor Authorem personæ comparasse personam; quod si faceret, se ipsum Hieronymo, me autem contulisset Origeni, quem Hieronymus hæreticum, & fontem Arij in eadem epistola nũcupauit. Et ibidẽ eiusdẽ epistolæ verba, quæ de Origenis, & eius fautoribus scripsit Hieronymus, lepidè Magistro Marquez & mihi Author accommodat; nec credimus eum voluisse cóparare Magistrum Marquez Origeni, neque eius amicis; neque hanc Authoris accommodationem, & alias vertimus in iniurias, quibus lacessamur. Si ergo Authori Apologetici, & Defensionis licet, & iure licet, loca accõmodarę absq; collatione personarũ, cur nobis in nostra Responsione non licuit? Immeritô vir doctissimus de his doluit amarè, de quibus nos doluisse doleremus.

G §. 4. n. 18. p. 59.

H sectio. 3 pag. 167.

I epistol. 65.

Sed inquit, vsus horum locorum, & verba quædam aspera à titulo pacificę Responsionis dissident; quasi quam promisi, non seruauerim lenitatem, & personam personæ, non causam causæ aliquo modo contulerim. Respondebo cum Augustino contra Cresconium, K personam persoпæ nullatenus conferens, sed causam causæ quodammodô accommodans. Promiserat Augustinus L se litteras daturũ adnõ nullos Donatistarum Primates, *nec tamẽ cotumeliosas, sed pacificas.* Obijcit Augustino Cresconius quôd promissam in exordio non seruauerit lenitatem, sed Petilianum Satanæ comparauerit. Respondet his verbis Augustinus. *Quin etiam me promissam* in

K lib. 3. ca. 78.

L lib. 1. contra Petil. c. 1.

in exordio lenitatē non seruasse reprehendis, eo quòd Manichæorū facta mētione per me dixerim, M Sicut non potest, quod Dominus ait, Satanas Satanam excludere, ita non potest error Manichæorum Donatistarum errorem edertere; *quasi Petilianum Satanæ comparauerim, ac nō errorem, cuius eum cupio laqueis expediri.* Neq; hoc esse contra promissas Pacificas litteras ostēdit Augustinus ex verbis Apostoli, N vbi sic ait: *Seruum autem Domini litigare non oportet, sed esse mitem ad omnes docibilem, patientem, in modestia corripientem diuersa sentientes:* & tamen continuò subiunxit; *Ne fortè det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant de Diaboli laqueis, captiuati ab ipso secundùm ipsius voluntatem.* Ad quæ Apostoli verba, hæc subdidit Augustinus. *Ecce Apostolica mansuetudo, cum quibus placidè, patienter, modestèque agi præcepit, eos ipsos dicit a Diabolo captiuatos; nec tamen quam commendabat, amisit lenitatem; quia eam, quam docebat, tacere noluit veritatem.*

M lib. 1 cont. Petil. c. 26.

N 2. Timoth. c. 2.

Aliæ denique sunt querelæ, quas dare possemus de noua Defensione, de qua non immeritò ad Augustinum cū Hieronymo O dixero, *Diuersas vt tu nominas,* Sectiones: *vt ego sentio, reprehensiones opusculorum meorum* cōtinet. *Ad quas si respōdere voluero, libri magnitudine opus erit.* Has quoq; querelas omittimus, quia & dimittimus, & lectorem ad vtriusq; opuscula legenda remittimus. *Ego* enim, vt Augustinus ad Hieronymū inquit, P *difficillimè bonus iudex lego quod scripserim, sed aut timidior recto, aut cupidior. Video etiam interdum vitia mea; sed hæc malo audire à melioribus, ne cum me rectè fortasse reprehendero, rursus mihi blandiar, & meticulosam potiùs mihi videar quàm iustam tulisse sententiam.* Hoc tamen pacis amans, ad amicissimum nobis virum cum Augustino ad Hieronymum addam, Q *Rogo te, si fieri potest, vt inter nos quæramus, & disseramus aliquid, quo sine amaritudine discordiæ corda nostra pascantur, fiat. Si autem non possum dicere quid mihi emendandum videatur in scriptis tuis, nec tu in meis, nisi cum suspicione inuidiæ, aut læsione amicitiæ, quiescamus ab his, & nostræ vitæ salutique parcamus.*

O epist. 10. c. 1.

P epist. 15. c. 13

Q epist. 15. c. 15.

§. III.

AD SECTIONEM TERTIAM.

NOVA hæc Defensio non diu est quòd venit in manus nostras; & hæc, qualiacumque sunt, proferre compellor, *& tumultuario respōdere sermone*, vt Hieronymus ait ad Augustinum, R *non maturitate scribentis, sed dictantis temeritate.* Plura in Defensione respondet Author, plura obijcit, plura defendit. *Respondeamus igitur ad omnia*, (Hieronymi verba sunt.) *ac multiplices quæstiones, si Christus iusserit, breui sermone soluamus. Prætermitto salutationis officia, quibus meum demulces caput; taceo de blanditijs, quibus reprehensionem mei niteris consolari. Ad ipsas causas veniam.* Conabor, quātum potuero, modum breuis libelli non egredi.

R *epist. 10. c. 1.*

2. Laudauimus in Responsione nostra varijs in locis M. F. Ioannem Marquez, virum immortali gloria dignum. Sed adeò extulimus, vt vereatur Author ne potiùs illi inuidiam quàm famam conciliauerim, & omnes ægrè ferant omnibus vnum præferri. At id non vereatur à magnis; vereatur à paruulis, quos occidit inuidia. *In eo enim*, ait Guerricus Abbas Igniacensis, S apud D. Bernardum, T *quòd aliquis alicui inuidet, minorem se ostendit eo, cui inuidet. Hæc inuidia paruulum occidit; quia nisi inferior esset, de bono alterius non doleret*; neque alterius gloriam faceret suam pœnam. Et sanè satis paruulus est, qui propriæ iniuriæ deputat laudes alienas; & quod alteri adijcitur gloriæ, sibi detrahi suspicatur, & dolet. Neque de alienis laudibus semper est æqua causa dolendi. Neque enim cum aliquem extollimus, eum omnibus alijs strictè præferimus, etiam si nullum illi similem inuentum prædicemus; sed tantùm eximiam eius magnitudinem cōmendamus. Nonne de S. Simpliciano canit Ecclesia, *Non est inuentus similis illi?* Et tamen nemo dicet ab Ecclesia Ambrosio, Hieronymo, & Augustido præferri Simplicianū, eisdem sanctis Doctoribus coæuum. Quin imò & ab eadem Ecclesia de Ambrosio, & Augustino etiam canitur, *Non est inuentus similis illi*, absque Simpliciani depressione.

S *serm. in die Purific.* T *col. 1921.*

sione. Extulimus quidem Magistrum Marquez, sed nō eum omnibus prętulimus, quamuis in aliquorum donorum congerie meritò præferretur. Effer & tu, efferat & quiuis aliùs, suæ, aut alienæ sodalitatis viros. Absit vt inuideam, aut doleam. Vera enim laus hominū alienis laudibus nec perit, nec decrescit. Et quidem si de hisce laudibus excitaretur inuidia, omnes familiæ religiosæ mutuis contentionibus decertarent. Quis enim dum consodales laudè dignos extollit, tàm æqua lance laudes librat, ut eos alijs præferre non videatur? Quod & ipsi Authori fortè comperies non semel in suis Annalibus accidisse.

Sed illum, inquit Author, vocas *Phænicem Hispaniæ*. At nunquid vnus tantum Phænix? Ita visum Ambrosio in Exameron, V & libro de Fide Resurrectionis, X & Hieronymo in epistola ad Præsidium, Y & alijs; quamuis Plinius sic habeat: Z *Æthiopes, atque Indi discolores maximè, & inenarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabia Phænicem, haud scio an fabulosè, vnum in toto orbe, nec magnoperè visum.* Sed sit vnus in Arabia naturalis Phænix; nunquid in Hispania vnus tantum in sacris litteris mysticus Phęnix? Horum sanè Phænicum feracior Hispania, quàm illorum Arabia. Neque ideô virum singularis ingenij Phænicem sui sæculi appellaueris, quia vnicus in toto orbe fuit, sed quia rarus.

V *lib.* 5 *c.* 23.
X *pag.* 31.
Y *to.* 9 *p.* 197.
Z *lib.* 10. *c.* 2.

At, subdit Author, vocas etiam *Salmanticæ Aquilam*. Sed nunquid vna tantum Salmanticæ Aquila, sicut Phænix Arabiæ? Sunt etiam vbiq; plures, nec vna vaga & solitaria moratur in montibus. Nonne, *vbicumque fuerit corpus*, A *illuc congregabuntur & Aquilæ*? Sed dico etiam fuisse *linguam & ingenium scholæ Salmantinæ, eiusque ingenium orbi fuisse portento.* Quidni dixero? Ecclesiæ linguam Bernardus Augustinum appellauit. B Nunquid ideô negauit Ambrosium, Hieronymum, & alios insignes illius æui patres, fuisse etiam Ecclesiæ linguas? In mystico corpore non opus est vt vna tantùm sit lingua. Quemlibet egregium doctorem absq; aliorum iniuria Ecclesiæ linguam & ingenium appellabimus. Et si per antonomasiam id dixeris, aliquid innues peculiare præ alijs. Neque id defuit Magistro Marquez in schola Salmātina. Nec mirum quòd eius ingeniū portēto fuerit orbi, cuius vel vnicum de Gubernatore Christiano opusculum totus orbis celebrat, & miratur. Et quarè

A *Mat.* 24. & *Lucæ* 17.
B *serm. de S. Stepha. col.* 1677.

non dicam ingenium huius viri orbi fuisse portento, cum de Adeodato, sexdecim annorũ, vel circiter, adolescente, dixerit Augustinus, *C Horrori mihi erat illud ingenium?* Neque ob hoc tollimus quòd aliorum hominũ eiusdem ætatis ingenia fuerint etiam orbi portento.

C 9. Conf. 6.

Sed, excesserimus in laudibus. Venialior in laudãdo excessus, quàm in detrahẽdo. Et sanè non oportebat ingentis viri & merita, & dotes minutim examinare, & tàm scrupulosa lance trutinare, & vellicare, & in publicum prodere quid de viro singulariter ingenioso consodales, vel irati irreligiosè iacularentur, vel ludentes festiuè iocularẽtur. Sic dum læsum se putat Author, & lacessitum iniurijs, scribit iniuriam in marmore lædens, & in lucẽ scripto protulit perennaturam iniuriam. Id quidem viro tàm graui, & tàm religioso non dignum. Quamuis enim fuisset culpa laudare, laudari tamẽ quod crimen? In me vnum, qui laudaui, forent tela vibrãda; in eum, qui laudatus est, vt quid commota est indignatio? *Cum reuerteretur percusso Philistæo Dauid*, ait sacer textus, *D egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel cantantes, chorosq; ducẽtes in occursum Saul Regis, &c. Et præcinebant mulieres ludentes, atq; dicebant; Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste. Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid a die illa, & deinceps.* Quid hoc est, ait Chrysostom⁹? *E* Laudãt mulieres, laudatur Dauid; & in Dauidem, non in fæminas ira Saulis efferbet? *Etiã si hæc præter meritũ fuissent dicta,* inquit, *ne sic quidem oportebat hostilem in eum gerere animũ. Verùm vt donemus non rectè fecisse mulieres, quid hoc ad Dauidem? Neq; enim ipse composuerat cantionẽ, neq; eas iusserat dicere. Proindè etiã si indignandum erat, mulieribus oportuit indignari, non publicitùs de Republica benemerito, & infinitis digno coronis.* Demus igitur me non rectè laudasse; quid hoc ad Marquez? *Esto*, addam cum Hieronymo aduersus Ruffinum, *F ego te læseram, & quibusdam, vt dicis, stimulis ad maledictorũ insaniã prouocaueram; quid meruit homo latens*, (imô iam mortuus.) *vt nudares cicatricem eius, & obductam cutem insperato dolore rescinderes?*

D 1. Reg. 18

E hom. de Dauid & Saule.

F in Apolog. col. 359

Sed quid, adijcit Author, tantoperè laudas Magistrum Marquez, *cuius passim redarguis asserta? Tu propugnãdum suscepisti, & in multis impugnas,*

nas,

nas. Vereor ne vti Hieronymus (G *epist.* 65.) *dixit de Origenis amicis*, G *si ipse adhuc viueret, tibi suo fautori irasceretur. Si in ea persistis sententia, quam alias tradidisti*, (H *Resp.* 1. *n.* 12) H *sufficiat solùm Marquez re maturè perpensa dixisse aliquid probabile esse, vt à viris sanæ mentis probabile reputetur, cur tot eius asserta manifestè refellis?* Sed hisce scrupulis abundè satisfactum iri credimus hac ratione. Laudamus Magistrum, cuius aliqua scripta refellimus; *quæ enim stultitia est*, ait Hieronymus, (I *epist.* 65.) I *sic alicuius laudare doctrinam, vt sequaris & blasphemiam*, siue errores, aut deceptiones, quibus vt homo fallitur? Et quem inueniremus dignum laudibus hominem inter Ecclesiæ Doctores eximios, si talis esse deberet, vt nulla eius scripta refelli potuissent? Magistrum, quem in pluribus impugnamus, suscepimus propugnandum in principali puncto probabilitatis Monachatus Augustiniani S. Francisci, & in ijs, quæ ad illam necessario conducunt; non tamen in omnibus eius assertis. Neque enim eum in nullo errasse contẽdimus, ne de nobis dicatur quod de Origenis laudatoribus asseruit Hieronymus, (K *vbi supr.*) K *Origenem sic fertis in cœlum, vt nihil eum errasse dicatis*. Neq; sic intumescimus, aut tantum illi & nobis tribuimus, vt credamus nihil ab illo dictum, quod à nobis scitè defendi non possit. Vnde & Responsione 1. sic aio, L *Quantumcumque vir magnus ille, potuit in aliquo labi*, (L *n.* 12 *p.* 4.) *in quo alius, licèt multò minor, non offenderit*. Et infrà. M *Id fortassè, imò certè accidit* (M *p.* 5.) *in aliquibus Magistro Marquez, fortè & tibi, & cuicumque alteri.* Qui hæc in principio testatur, non suscepit Magistrum in omnibus propugnandum, sed quandoq; defendendum; & si à verô deflexerit, impugnandum. *Audi ergo*, ait Hieronymus ad Ruffinum, N *vir sapientissimè, & Romanæ dialecticæ caput, non esse vitij hominem laudare in alijs*, (N *in Apolog. col.* 365) *& in alijs accusare; sed eandem rem & probare, & improbare.* Ego in quibusdam Magistrum laudo, & propugno; & eum in nonnullis alijs refello; nec vereor quod de Origene veritus est Hieronymus. Melius sentio de fratre meo. Potiùs, si viueret, responsurum arbitror cum Augustino ad Hieronymum; O *Ego quidem absit vt* (O *epist.* 15. *c.* 1.) *lædar, si mihi certa ratione volueris, & potueris demonstrare, &c. Imò verò absit vtnõ cũ gratiarum actione lucris meis deputẽ, si fuero te docẽte instructus, aut te emendãte correct.*

Proponit deniq; Author me di-

dixisse reputandum esse probabile, quidquid Marquez esse probabile affirmauerit re mature perpensa; cum tamen hoc omninô sic dixerim, P *Imò potius ego crediderim ab omnibus, qui aut cæcitate mensis, aut voluntatis effectu non laborauerint, vel ex eo solũ per principia extrinseca placitum hoc censendum esse probabile, quia tantus vir re maturè perpensa & cõsiderata illud inter probabilia collocauit.* Hæc tũc dixi; hęc in illa mea Respõsione scripta sunt. Dixi, quod & nunc dico. Authoritas enim vnius doctoris probi & docti, etiam in rebus ad animam pertinentibus, sententiam per extrinseca principia probabilem reddit, vt cum pluribus Authoribus docet Sanchez in opere Morali, Q & Bonacina in tractatu de Legibus, R Merolla, S & Filliucius, T & alij. Et ratio est. Quia opinio probabilis est, quæ non leui innititur fundamento; authoritas autem viri docti & probi, qui rem maturè perpendit, & considerauit, fundamentũ nõ leue ab omnibus iudicatur, dũ non constat tale assertum continere errorem, vel abolitum esse, & antiquatum. Vndè si authoritas viri docti & probi cum prædictis circunstantijs placitum constituit intra probabilitatis metas, mirum non erit quod authoritas Magistri Marquez rem, de qua agimus, probabilem per extrinseca principia reddiderit. Claruit enim ingenij acumine, & maturitate consilij; & rationes omnes, quæ tunc in oppositum adducebantur, diligenter vidit, & expendit, easque minùs sufficientes iudicauit. Non tamen ideò asserimus verũ esse quòd ille probabile arbitratur. Aliud enim est rem esse probabilem, & aliud esse veram; & inde accidit vt plura falsa possint esse probabiliora veris. Vndè Augustinus contra Cresconium sic ait; V *Vndè etiam si vestros probabiliter nostris traditionem obiecisse concederem, non ideò verum obiecisse contenderem.* Et clariùs, X suprà. *Vt omittam, quia probabile quando dicitur, non consequenter est verùm, cum ea dicuntur, quæ fieri possunt, ac solet, & ideò probantur, hoc est, approbantur, etiam si facta non sint.*

Neque censemus placitũ, quod propter authoritatem viri docti & probi probabile iudicabatur, reddi non posse improbabile, noua adducta, aut considerata ratione. Vt enim doctè aduertit P. Gabriel Vazquez tom. 1. in 1. 2. D. Thomę; Y *Si aliquis videns legem, aut decretum, vel considerans rationem illam nouam,* con-

P *n.* 12 *p.* 4.
Q *lib.* 1 *c.* 9. *n.* 7
R *disp.* 2. *q.* 4. *puncto.* 9. *n.* 1.
S *to.* 1. *disp.* 3. *c.* 4. *dub* 1. *n.* 4.
T *to.* 2. *tracta.* 21. *c.* 4. *n.* 134.
V *lib.* 3 *c.* 76.
X *c.* 75
Y *disp.* 62. *c.* 4. *n.* 18.

contra antiquos Doctores opinetur cum recentioribus, non poterit contra suam opinionem operari iuxta opinionem antiquorum; quia iam non debet censeri probabilis antiquorum opinio, qui decretum illud, aut rationem non considerarunt. Stat ergo optimè quôd persistamus in ea sententia, vt arbitremur probabilia per extrinseca principia esse ea, quę, re maturè perpensa, & considerata, probabilia cēsuit Marquez, dum non constabat oppositum; & quod posteà, aliquo fundamēto adducto, quôd ille aut non vidit, aut non considerauit, aliqua eius asserta refellamus. Neque enim diximus omnia eius asserta semper futura esse probabilia; quis enim nouit an aliqua efficax ratio lateat, quæ posteà ostensa rei improbabilitatem conuincat?

V lib.3 c.76.

X c.75

Sed dicet Author se id præstitisse in Apolopetico, & fundamenta adduxisse, quæ ille non vidit, aut non considerauit, quæ rei impossibilitatem demonstrant. Licebit ergô ab eius sententia recedere, & improbare quôd probabile reputauit. Facilis est responsio, & huius nodi solutiô. Posset quidem fortasse id fieri; neq; enim nosse possumus an lateat aliquod fundamentū, quod rei impossibilitatē, & improbabilitatem ostendat; ita tamē factum esse ab Authore negamus, & tàm in Responsione pacifica, quàm in hoc Clypeo defendimus. Non autem nefas ducimus quôd Author improbet quod Marquez probabile reputauit; miramur tamen quod in Apologetico sic habeat; Z *Sed neque probabilem esse, ego me faciliter conuictum putem; quod vt abundè probarem, sufficeret vt quæ ille pro sua commendanda sententia in medium protulit, ego breuiùs referrem.* Hęc, & meritô, mirati sumus his verbis: A *Mirum mihi sanè esset adeò in hac re M. Marquez cæcutisse, vt quod ille iudicauit esse probabile, tu ex opposito satis abundè probes non esse probabile, si quæ ille pro sua commendanda sententia in mediū protulit, tu breuiùs referres, &c. Quis enim crederet Phænicem Hispaniæ adeò desipuisse, Salmanticæ Aquilam, &c. adeò caligasse ad Solis radios, vt indè rem censuerit niti ī probabilitate, vnde conuincat alter abundè esse improbabilem?* Hoc non immeritô mirati sumus. Non miraremur autem quôd Marquez iudicasset aliquid esse probabile, quod Author ex nouo efficaci fundamento impossibile demonstraret. Ingenuè enim fassi sumus non semel Marquez

Z nu.2 p.3.

A resp 1.n.12

disp. .c.4. 18.

ab

ab Authore in aliquibus fuisse conuictum. Nobis enim, licet sit amicus Plato, magis amica est veritas. Vndè fallitur qui existimat me in omnibus refellendum Authorem suscepisse; cum in pluribus agnouerim Marquez ab eo veraciter expugnari. Refellendum tantùm suscepimus in ijs, quæ probabilitatem Monachatus Augustiniani S. Francisci conuellere, & eradicare nituntur; quæ, nisi refellantur, probabilitatem expugnant.

§. IIII.

AD SECTIONEM QVARTAM.

OMISSIS querelis mutuis, quas (Lectorē in his, & quibusdā alijs minusculis ad vtriusque opuscula remittentes) amico dimisimus, & in quibus inane ducimus immorari; sanè aliquam causam Author habuit vt notaret *B* à me tribui Christo verba illa, *Pòst tres dies resurgam*, quæ in Euangelio non exprimuntur vt dicta à Christo, sed vt Christo attributa ab eius inimicis, prout habetur ex cap. 27. Matthęi in margine annotato. Tamen si vidisset in nostro Originali sic haberi *Mat.* 27. *Marci* 8. & voluisset aduertere ea verba in nostra Responsione pacifica *C* non exprimi diuerso caractere, facilè cognouisset non ideô adduci, quia à Christo ipso dicta Mat. 27. referantur; sed quia id, quôd Principes Sacerdotum, & Pharisæi dixerunt ad Pilatū fuisse prolatum à Christo, Marcus expressit in hunc modum; *D Oportet Filium hominis pati multa, & reprobari à senioribus, & à summis Sacerdotibus, & Scribis, & occidi, & pòst tres dies resurgere*; quod perinde est ac si Marcus retulisset Christum dixisse, *Post tres dies resurgam*; Ipse enim Christus erat Filius hominis, de quo loquebatur. Vnde Suarez tomo 3. in 3. p. disp. 46. Sect. 1. pag. 851. Sic ait; *Vndè alÿ Euangelistæ expressiùs dicunt eum prædixisse se resurrecturum post tres dies*, *Marci* 8. Non tamen negabo, vt hicine scrupuli euitarentur, clarùis & cautiùs dici potuisse in hunc modum; *Qua ratione dixit Christus Filium hominis, atque adeò se ipsum, post tres dies resurrecturum*; quod negari non potest Christum Marci 8. dixisse; idque ad præ-

B *pag.* 169.

C *n.* 3. *p.* 2.

D *cap.* 8

scrip-

scriptum intentum satis erat. Quid ni id fatear, cum Augustinus dixerit, *Eiturus autem, quam rediturus, dixissem securius?*

E 1. Retr. 1.

Quidquid tamẽ in hac parte dicatur, semper in vi sua manet argumentum. Quia cum dicitur ab Eremitica vita S. Francisci sumptam occasionẽ a Bergomensi (id antea ex Hẽrico de Vrimaria, & Iordano de Saxonia constare, latè conuicimus in Responsione pacifica, & infra etiam demõstrabimus) post trina integra sæcula eum Eremitis adiudicandi; vel sermo est de tribus integris sæculis, finitis & completis; (quæ dubium non est ab Authore accepta in communi & vsitata significatione pro spatio centum annorum.) vel tantum inceptis & inchoatis; vel ita transactis, quod licet impleta non fuerant, tamen parum deerat vt implerentur.

Si dicatur primum, contra est. Quia vt trina integra sęcula essent completa, deerant anni viginti duo, numerando ab anno 1209. vsque ad annum 1486. vtroque termino inclusiuè enumerato; & sic pag. 2. num. 2. cõputaui; vel deerant anni viginti & vnus, numerando ab anno 1207. vsque ad annum 1486. vtroque termino non inclusiuè enumerato; & sic computaui Responsione 5. num. 763. & 799. quia inter hos terminos hoc vel illo modo enumeratos tantũ intercedunt anni 278. vel 279. Non ergô post trina integra sæcula completa; scilicet ab editione saltem anni 1486. non anni 1505. Tum, quia si hoc modo illi liceret numerare, etiam saluare posset post trina integra sæcula id factum, etiam si Bergomensis suam primam editionem ann. 1460. promulgasset. Quod quam dissonum sit, quis non videat? Tum, quia quando dicitur sumptam fuisse occasionem rem aliquam tali tempore nouiter diuulgandi, sermo est de primo tempore, quo sumpta occasione est diuulgata. Sanè hoc effugium, vt arbitror, nulli placebit; neque credere possum Authori placuisse. Sed aliquando homines difficultate presi quędam comminiscuntur, non tàm vt respondeant, quã ne non respõdisse videantur. Et tamen adhuc ab anno etiam 1206. vsque ad annum 1505. non sunt trina integra sæcula, vt dici in rigore posit sumptam fuisse occasionẽ post trina integra sęcula completa.

Si verô dicatur secundum, vel tertiũ, contra est. Primo, quia dici non potest post trina integra sæcula fieri, quod non

fit

fit post trina sæcula completa; sicut non rectè diceretur Christum resurrexisse post tres dies integros, quia non surrexit post tres dies cōpletos. Vnde meritò P. Franciscus Suarez tomo 2. in 3. p. D. Thomæ sic habet. F *Ex quo colligitur, quādo in Scriptura dicitur Christum resurrexisse die tertia, intelligendū esse die tertia inchoata, non finita. Quia cum mortuus fuerit feria sexta iam iā exeunte, si ante Resurrectionē fuissent tres dies integri transigendi, non potuisset die Dominica resurgere. Quapropter cū in alijs locis dicitur resurrexisse post tres dies, intelligendū est de dieb⁹ inchoatis.* Hęc Suarez. Quid planius? Quid distincti⁹? Quid apertius? Dicitur ergô Christus post tres dies resurrexisse, nō quia post tres dies integros resurrexerit; neq; vllus erit Catholicus, qui audeat dicere Christum post tres dies integros resurrexisse; sed quia, communi & vsitata locutione, quod die tertia fit, dicitur per Synedochē fieri post tres dies, scilicet inchoatos. Et nil amplius voluit Augustinus in Ioannem tract. 10. G (non 11. vt per errorem præli habetur in Defensione. H) cum dixit, *Manifestum est occisum Dominū post triduum resurrexisse.* Ipse enim totus est in asserendo triduum non fuisse plenum & integrum; atque adeò tantū per Synedochen dici posse Christum post tres dies resurrexisse. *Ipsum autem triduum,* ait, I *non totum & plenum fuisse, Scriptura testis est; sed primus dies à parte extrema totus annumeratus est; dies verò tertius à parte prima, & ipse totus; medius autem inter eos, id est, secūdus dies, absolutè totus viginti quatuor horis suis, duodecim nocturnis, & duodecim diurnis.* Et infra. *Ab hora ergò noctis vsque ad diluculum Resurrectionis horæ sunt quadraginta, vt etiā ipsa hora nona connumeretur, &c. A vespere autem sepulturæ vsque ad diluculū Resurrectionis triginta sex horæ sunt, qui est quadratus senarius.* Et de Doctrina Christiana sic habet. K *Tropus Synedoche, aut à parte totum, aut à toto partē facit intelligi; sicut vnus Euangelista post dies octo factum dicit,* L *quod alius post dies sex,* M *quando in monte discipulis tantùm tribus præsentibus facies Domini vt Sol resplenduit, & vestimenta eius sicut nix. Vtrumque enim verū esse non posset, quod de numero dierum dictum est, nisi ille qui dixit,* post dies octo, *intelligatur partem nouissimam diei, ex quo id Christus prædixit futurum; & partem primam diei, quo id ostendit impletum; pro totis diebus duobus atque integris.*

F *disp.* 46. *sect.* 1. *pag.* 853.
G *pag.* 39.
H *pag.* 170.
I *lib.* 4. *de Trin. c.* 6. *p.* 113.
K *lib.* 3 *c.* 35. *p.* 27.
L *Luca* 9.
M *Mat* 17. & *Marci.* 9.

gris posuisse: is verò, qui dixit, post dies sex, *integros, omnes & totos, sed solos medios computasse. Hoc modo locutionis, quo significatur à parte totum, etiã illa de Resurrectione Christi soluitur quæstio. Pars enim nouissima diei, quo passus est, nisi pro toto die accipiatur, id est, adiuncta etiam nocte præterita; & nox, in cuius parte vltima resurrexit, nisi totus dies accipiatur, adiuncto scilicet die illucescente Dominico, non possunt esse tres dies, & tres noctes, quibus se in corde terræ prædixit N futurum.*

N *Mat.* 12.

Contra est secundô. Quia demus dici posse fieri post trina integra secula, quod fit vel post trina sæcula inchoata, vel parum antequam cóplerentur; si ita ab Authore dici potuit, quare a Marquez dici non poterit, O in libro de origine Ordinis Eremitarum S. Augustini, Iordanũ de Saxonia scripsisse ante trecẽtos annos inchoatos, licet non finitos, sed tantũ 260. vel 280. plùs minùs ve? Et tamen Marquez cap. 21. §. 1. ex quo tantùm citatur in Apologetico, P non asserit Iordanum scripsisse ante tercentũ annos, sed esse authorem plusquam trecentorum annorum. Et licet Authori vterque modus loquendi idem sonet, tamen ipsi Marquez, & alijs non idem sonat. Manifestè enim

O *cap.* 21. §. 1 *p.* 354.

P §. 5. *nu.* 7. *p.* 87.

duo sunt longè diuersa; & in re chronologica multùm fauet quod Author, licet V. G. scripserit anno 1600. vixerit ab anno 1540. inde enim fidem aliquam sibi cóciliat vt credamus illi narranti res, quæ an. 1500. acciderunt; quia potuit illa audire ab ijs, qui viderant. Et quidem in eo sensu Marquez asseruisse Iordanũ esse authorẽ plusquam trecentorum annorum, manifestè constat (vt & in Respõsione pacifica notauimus, Q) ex ipso Marquez; R sic enim habet, vt probet Iordanum esse authorem, qui ante trecentos annos præcesserit: *Como el mesmo escriue en el lib. 2. del Vitasfratrum capitulo 14. en que dize, que la orden en vn Capitulo general le nombrò para que presentasse lo actuado al Papa Clemente, VI. que fue elegido el año de 1342. Y es de creer que quando le encargaron esta obediencia, tendria mas de quarenta.* Ecce in quo sensu ibi dixit esse authorem plus quam trecentorum annorum; nempè, quia ab eius Natiuitate trecenti iam excurrerant anni.

Q *Resp.* 6. *n.* 25. *p.* 372.
R *cap.* 8. §. 5. *pag.* 145.

Sed addit Author in Defensione S fidelissimè ab ipso relatum asseruisse Marquez Iordanũ de hoc Monachatu scripsisse ante annos tercentum. Sic enim habet infra eodem capite. T At noua hac citatione

S *sect.* 4. *n.* 7. *p.* 173.
T §. 3. *p.* 356.

antiquæ nostræ obiectioni non sit omnino satis. Nos enim non diximus Marquez id nullibi asseruisse, sed infideliter referri ex cap. 21. §. 1. ex quo in Apologetico citabatur, *V* ibi enim id nô habetur. En nostra verba. *X Verùm neque præterire possum, quòd eo in loco minùs recta fide refertur M. Marquez asseruisse Iordanum scripsisse ante tercentum annos*. Idê etiam aduertimus alibi in hæc verba *Y*: *Sed additur in fine secundæ confirmationis, Marquez minùs probabiliter asseruisse Iordanum scripsisse ante 300. annos; & allegatur in margine ex cap. 21. §. 1. Verùm eo in loco verba M. Marquez hæc sunt; E segundo es el B. Iordan de Saxonia, Author de mas de 300. años.* Hæc nos ibi arbitrati sumus, quæ & nunc verissima reputamus. Addimus nunc, fideliter modô ab Authore allegari Marquez ex c. 21. §. 3. ibi enim expressè tradit *Z* BB. Henricum, & Iordanum scripsisse ante trecêtos annos. Vestigauimus nos olim *A* an Marquez alibi affirmasset quod obijciebatur; & licet non longè distaret, non inuestigauimus. Quæsiuit modô Author, & inuenit. Vidit quod nos non videramus. Perspicaciores sunt oculi aduersariorum, quàm amicorum ad inuestigandos defectus nostros; & quod amica lumina non intuêtur, aduersantes oculi facilè inspiciunt. Dicere modò possumus cum Cicerone. *B Sed quoniam diligentia inimici inuestigatum est quod latebat, côfitendum est, vt opinor*, imò vt perspicuum est, Marquez prædicto §. 3. affirmasse Iordanû scripsisse ante trecêtos annos. Sed huic vulneri eadem medicina est adhibenda, atque relationi asserti Monachatus post trina integra sæcula. Vtrumque enim, si sanari potest, eodê salutifero Synedoches pharmaco, aut planchestro, est sanabile; vel est potiùs vtrumq; vt ego suspicor, insanabile.

Refert deinde Author se in suo Apologetico *C* hæc dixisse; *Satis se obtinuisse putat Marquez, si quam alij ex suis consodalibus certam iudicarût opinionem, ille saltem probabilem esse conuinceret*; & addit me ad hęc verba opposuisse nullû ex meis confratribus certâ iudicasse. Subdit se velle scire quo sensu accipienda sint illa verba Bergomêsis, quæ ipse in Apologetico *D* ex ipso transcripsit; *Inter B. Ioannis Boni discipulos S. Franciscum fuisse constat*. Et Hieronymus Roman, inquit Author, eadem certitudine, & orationis serie refert *E* Nicolaum Tolentinum, & Franciscum Assisiatê fuisse Augustinianos; & paulô post longo discursu probat sanctum virum ex Augustinia-

V §. 5. n. 7. pa. 87.
X Resp. 1. n. 3. pag. 2.
Y Resp. 5. num. 725. p. 372.
Z pag. 359.
A pag. 372. vbi sup.
B Pro Lipa.
C §. 1. n. 1. p. 3.
D §. vltrò nu. 14. & seq.
E lib. 2. Reip. c. 6.

nianis prodijsse, & mille Authores huic veritati suffragari, & se id ostendere duobus testimonijs fidei indubitabilis; seque credere veritatem hanc sufficienter probasse. Iordanus etiam de Saxonia, vel qui Author est libri Vitasfratrum, certissimæ narrationi diplomatis Apostolici tanquam rem certam hanc narrationem interserit. *Vide quæso,* ait Author, *an hi habuerint pro certo, quod Marquez probabile tantum iudicauit.*

Ad hæc, respondemus plura. Primum est. Ego non asserui nullum ex meis consodalibus eam opinionem certam iudicasse. Neque enim tâm hebes, aut præceps sum, vt incunctanter censerem à nullo consodale asseri, cum certô nossem me non legisse omnes consodales. *Quod ostendere,* vt cum Augustino contra Iulianum dixero, F *pene superfluum est. Admonendi enim sunt potiùs, qui hæc nosse desiderant, vt non eos pigeat vtrũque legere, & quod scripsi, & quod respondere voluisti. Ita enim se res ipsa declarat, atque indicat, vt nimium tardi sint, qui hoc à nobis postulent demonstrari.* Sed præstat, vt clariùs fiat assertum nostrum omnùs fideliter referri, verba transcribere, quæ sic se habẽt ad Authoris verba citata. G *Fateor me non vidisse vllum ex nostris hucusque authorem, qui opinionem hanc iudicarit certam. Certum enim est, cuius oppositum non est opinabile. Inter duas enim opiniones, nulla est certa. Asseruerunt quidem plures B. Franciscum sub Augustini regula Eremitam egisse, non tamen dixerunt esse certum. Marquez verò, quod illi absolutè affirmarunt, censuit hoc esse probabile. Nunquid hoc erit iudicare eam opinionem esse certam? Nemo ita iudicat, qui non credat oppositam esse improbabilem.* Hęc verba mea sunt. Est ne vnũ & idem assertũ, quod nobis ab Authore tribuitur, & quod nos in nostra Responsione tradidimus? Ille ait, *opponis nullum ex tuis cõfratribus certam iudicasse;* ego sic scripsi, *Fateor me nõ vidisse vllũ ex nostris hucusq; Authorem, qui opinionẽ hanc iudicarit certam.* Recidunt ne in idẽ hæc duo asserta, aut æquipollent, ita vt necessariô vtrumq; sit verũ, vel vtrũq; sit falsum? Consulamus Dialecticos. Fortè erit Logicus adeô subtilis, qui ea non esse diuersa, vel esse æquipollentia imaginetur.

Secundũ est. Si vult Author scire quo sensu accipienda sint verba Bergomensis, vbi ait, *inter B. Ioannis Boni Discipulos S. Franciscũ fuisse constat;* dicam ad amicum, quod Augusti-

F *Libr. 1. c. 1.*

G *Resp. 1. n. 11. pag. 4.*



H *epist. 29.* stinus ad Hieronymũ; *H quãtũ possum, adiuuante Domino, aperire conabor. Quod si effecero, approbabis, vbi verò causæ defuero, tu supplebis.* Fateor illud verbum, *Constat*, si strictè accipiatur, idem valere atque *Manifestum est.* Sic enim verbo *Consto*, habet noster Calepinus; *in tertia persona sumitur pro manifestum est.* Sic etiã hoc verbum, *Patet*, idem valet atque *constat, manifestum est.* Sic enim verbo, *Pateo*, tradidit idem Calepinus: *Ponitur aliquando pro constare, siue manifestum esse; & hoc in tertijs personis, tàm singularibus, quã pluralibus.* In hac stricta significatione non fuisse locutũ Bergomensem, loco citato his verbis ostendi. *Quin imò Philippus Bergomensis, qui libr. 12. ad annum 1199. dixerat*; Huius sancti viri, & Patris Ioan. Boni inter celebres præstantesque Discipulos Seraphicũ Franciscum de Asisio Ordinis Minorum conditorem fuisse constat; *idem nihilominus, vt & tu ipse refers,* I *§. vlt. nu. 18. pag. 101* *I liberam fecit optionem, vt quam vellet in hac re sequeretur quisq; sententiam; quod non fecisset, si suam sententiam crederet esse certam, & oppositam improbabilem.* Cui non parum fauet Author, dum vbi supra hæc adiecit: *Neque enim in re irrefragabili, & omnium firmissimo testimonio comprobata, & certissima (qualis hæc esset, si ipsum haberet apud se, vel videret Chyrographum) diceret, vel iuberet vt quisque teneret quod sibi placeret.* Addidimus deinde hæc verba, K quæ tàm de Bergomensi, quàm de Iordano de Saxonia, & quibusdã alijs proferri debent; & nodũ, si nodus est, facillimè vel dissoluunt, vel scindunt. *Asseruit ergo absolutè rem, non iudicãs esse certam, sed affirmans ita esse; non quidem certò, sed probabiliter; sicut tu affirmas absolutè & simpliciter doctrinã Scoti, licet non existimes omnia illius placita esse certa, sed tantùm probabilia.* K *Vbi supra, pag. 4.*

Sed instabit Author, in quo ergo sensu accipienda sunt verba Bergomensis? Respondeo in eo sensu, in quo accipienda sunt verba Scoti, D. Thomæ, & omnium Scholasticorum, cũ passim in libris sententiarum, & in partibus aliquas propositiones probantes, sic aiunt, *Patet maior, Patet minor.* Et tamen ly, *Patet*, strictè acceptũ, idem est atque, *constat, manifestum est.* Eadẽ prorsus in vtroque verbo difficultas est. Et tamen nullus dicet, aut credet acutissimum Scotum, D. Thomam, & alios Scholasticos innuisse illas propositiones adeô esse certas, vt oppositæ essent improbabiles. Communiter ergô,

gô, & in vulgari acceptione accipienda sunt verba D. Thomæ, Scoti, Scholasticorum, & Bergomensis; in qua constare, & patere, idem sunt atque probari, prout abstrahit à probatione, quæ rem probatam reddit certam ex parte subiecti, & obiecti; & ab ea, quæ tantũ reddit certam ex parte subiecti; & ab ea, quæ neque reddit certam ex parte subiecti, neq; ex parte obiecti, & oppositam non reddit improbabilem; sed tantùm rem suadet ratione, quæ iudicio probantis robusta est & fortis, intra limites tamen probabilitatis. Sic ego interpretor D. Thomam, Scotum, Bergomensem, & alios. Imò ego fortasse non satis hoc explanare potuerim. *Veruntamen* (ad Authorem cum Augustino ad Hieronymum L dicã) *Quia præuolas ingenio, non solùm quod dixerim, verùm etiã quid dicere voluerim, satis, vt opinor, intelligis, vt causa reddita, quod mouet edisseras.*

L *Epist.* 10. *c.* 2.

Tertium est. Citauimus in nostra Responsione M Hieronymum Romã ex lib. 6. Reip. Christ. quia sic allegabatur in Apologetico, N non quia lectus esset à nobis. Eum non semel quesitũ inuenire nequiuimus. Forte etiam & is non ita suam sententiam tradidit esse certam, vt oppositam censuerit improbabilem. Sed de Romano, quẽ non videram, quodlibet sentiat Author, facilè cederem, diceremque de Romano ad sapientissimum virum, quod Augustinus ad Cresconiũ de Optato. O *Et de Optato quidem, de quo nihil conscriptum* (scilicet, ex libris Reipublic. Christ.) *valeo recitare, quodlibet sentias, facile cedo.* Neque id est contra me, qui tantùm dixeram; *Fateor me non vidisse vllum ex nostris hucusque Authorem, qui opinionem hanc iudicarit certam.* Romanũ enim tunc in loco citato non viderã. Vidimus modò; & sanè, ni fortè fallimur, lib. 6. Reip. Christ. cap. 6. pag. 339. & cap. 20. pagin. 368. non id tradit vt certum, & eius oppositum improbabile; sed quædam adducit, vt ostendat se id non tradere absque sufficienti fundamento, sed probabilitatis, non certitudinis. Bergomensis etiam, & Iordanus, quos videram, nõ sic hunc Monachatum referunt, vt censeant oppositum esse improbabile, vt constat ex dictis. Neque obstat quod Iordanus illum interserat certissimæ narrationi diplomatis Põtificij. An ipse Author in suis Annalibus nihil tantùm probabile certissimis narrationibus interserit?

M *N.* 1. *p.* 1.

N *§.* 5. *nu.* 18. *Pag.* 100.

O *Libr.* 3. *c.* 12.

§. V.

AD SECTIONEM QVINTAM.

Difficultas prima, de anno ortus, interitus, & ætatis B. Ioannis Boni.

PRæcipuus huiusce controuersiæ cardo in eo potissimum vertitur, vtrum Monachatus Augustinianus S. Francisci cum Chronologia temporum, quam in vita B. Ioannis Boni, ex processu Canonizationis extracta, & concinnata Cõstantius Laudensis, è sancto Geruasio, Brixianus, Eremita Augustinianus, Theologus Cõgregationis obseruantiæ Lombardiæ, testis domesticus, omni exceptione maior, designauit. Constantium elegit Author *P* huius itineris ducem, & nos in eum consensimus in hæc verba. *Q Iure ausim dicere, si ex eius relatione non cõstiterit manifestè B. Franciscũ sub magisterio B. Ioannis Boni audire potuisse, ego libens, lubensque causa cedo. Non aio ex eius testimonio conuinci Seraphicum Patrem à B. Ioanne Bono fuisse instructũ, eius ve Discipulum extitisse, sed esse potuisse, quantum est ex temporũ Chronologia, quæ ex vita Sancti viri per Constantium Laudensem scripta desumi potest.* Conspirat modò Author in sua defensione *R* in Constantij iudicium, ne damnare audeat, quem impẽsè laudauit; & quia inde putat facili negotio litem terminandam; vt dicere potuerit cũ Augustino ad Hieronymum; *S vnde illa* (de Monachatu controuerso) *sententia, si hanc fidem fundatissimam non oppugnat, sit & mea; si oppugnat, non sit & tua.* Nos quoque modò ex testimonio Constantij deducere possibilitatem, vel impossibilitatem cohærentiæ Monachatus Augustiniani S. Francisci cum Chronologia temporum libenter admittimus, nec triũphari timemus. Veniamus ad causã.

P §. 2. n. 2. pagin. 6. Apolog. Q Resp 2. n. 4. pag. 7.

R Sect. 5. nu. 1. pagina. 177.

S Epist. 28.

En argumentum, quo Author in Apologetico *T* causam euicisse putauit, & nunc in defensione *V* reuincere arbitratur. Sanctus vir Ioannes Bonus anno 1168. natus est; & anno 1249. die 23. Octobris mor-

T §. 2. n. 2. pagin. 7. V Sect. 5. à pag. 177.

tuus, anno scilicet ætatis suæ octogesimo quibusdam additis mensibus; & ex his annis in sæculo quadraginta consumpsit, cæteros in eremo traduxit. Quæ omnia, vt ipse existimat, patent ex Constantio. X Ergo S. Franciscus B. Ioannis Boni non potuit esse Discipulus. Patet consequentia. Quia B. Ioannes Bonus à sæculi vanitate, & arte Comica primò cōuersus est anno 1208. Conuersus enim fuit anno quadragesimo ætatis, & natus fuerat anno 1168. At B. Franciscus Ordinem Minorum anno 1208 instituit. Ergò illo biennio ante sui Ordinis institutionem non potuit esse discipulus Beati Ioannis Boni, præcipuè sub regula Augustiniana, quæ vsque ad annum 1233. vel circiter inducta non est in Congregationem B. Ioannis Boni. Hic totius belli molesi, hic præcipuus controuersiæ cardo versatur.

X Libr. 1. c. 14 & 15. & lib. 2 c. 25.

Putauimus & nos in Responsione nostra Y huic rationi abundè satisfactum, & impossibilitatem cohærentiæ Monachatus controuersi cum Chronologia temporum satis superque retusam. Aliter visum sapientissimo viro in Defensione citata. At dicere cum Augustino ad Hieronymum potero: Z *Hominibus hoc visum est, multum quidem ingeniosis, studiosis, sed tamen hominibus.* Adeò diuersè diuersa hominum ingenia arbitrantur, & quod vni placuit, alteri displicet; vt non minorem intellectuum in iudicando, quam voluntatum in amando diuersitatem agnoueris. Litem intentatam, dum inter se dissentiunt, nō dirimunt litigātes; & à reo, vel actore non fertur æqua sententia. A iudice, qui partium iura fideliter libret, ferri debere omnia iura proclamant. Non ergò ex Constantio censeat Author pro se, & neque ego pro me censebo, litem curatam. *Auferamus itaq; de medio, si placet* (vt Augustini verbis ad Iulianum A vtar.) *ista communia, quæ dici ex vtraque parte possunt, quamuis veraciter dici ex vtraque parte non possunt.* Litem ergò hàctenus decidendam remittamus lectori, qui vtriusq; partis fundamēta valeat trutinare.

Y Resp. 2. àn. 5. p. 7.

Z Epist. 29.

A Libr. 1. c. 1.

Vt hoc igitur argumentum retundamus, hæc nobis placet ex dictis in Responsione pacifica in memoriam reuocare. B. Ioannes Bonus anno 1168. natus est; & ad cælos abijt anno 1249. die 23.

I Lib. 2. f. 179.

K To. 1.

L Folio 30.

Chronographia, *I* circa an. 1171. Cherubinus Gerardacius in Historia Bononiensi, *K* in Indice Episcoporum Bononiensium, sub Gerardo, qui ab an. 1145. vsque ad 1161. illi Ecclesiæ præfuit. Compendium rerum Ordinis iussu Card. Seripandi editũ an. 1549. *L* sub anno 1159. Et ex his Authoribus Pamphilus, & Gerardacius anno nonagesimo octauo ætatis eum asserunt decessisse. Non ergô ita temerè erratum à sapientissimo viro, vt coniecturam parum fundatam sine teste, aut Authore glorianter ex probremus.

M Sect. 5. §. 1. n. 178.

Sed tu (sic obijcit Author) *M Num. 7. admittis Magistri coniecturam fundari super relationes falsas; & num. 9. dicis esse falsam, vtpote innixam super Authorum relationibus veritati contrarijs. Vt quid ergò dubitas fateri esse parum fundatam; aut mihi succenses quia ita iudicauit Mie, & parum fundatam oportet esse sententiam, quæ fundamentis omninò infirmis, imò, secundum te, falsis innititur.* Sic ille. At ictus hiccine facilè retundetur. Primô enim vellem scire vtrum aliqua ex sententijs, & coniecturis, quas ill. Author non malè, aut parum fundatas habet in suis Annalibus, sit falsa, & innixa super relationibus veritati contrarijs; aut non? Si dicatur primum; non ergò erit mirum asserere coniecturam M. Marquez fuisse falsam, & innixam relationibus veritati contrarijs, & nihilominus non fuisse parum, aut malè fundatam. Si verô dicatur secundum; mirum valde esset, & supra communem hominum felicitatem, sic omnia examinasse, vt in nullo errauerit, neque innixus fuerit principijs veritati contrarijs. Et sanè nõ tribueretur modestiæ hanc sibi sortem arrogare. *Quis enim*, vt ait Sãct. Leo Papa ad Leonem Episcopum Rauennatem; *N Ita sit suspicationibus suis deditus, vt verum esse diffiniat, quod omni manifestatione cessante, ex opinione ambigua suspicatur?*

N epist. 37. col. 350.

Secundò, quia sententiã aliquam, vel cognitionem esse falsam, nihil aliud est, quam disconuenire, vel non adæquari cum re ipsã prout est in re, vt Metaphisicis notum est. At esse parum, aut malè fundatam est non esse innixam principijs saltem probabilibus. Quæ enim principijs probabilibus ini-

ni-

nititur, bene fundata eſt, quamuis in re ſit falſa. Sed negari non poteſt multa falſa eſſe inter homines probabiliora veris. Ergò inter homines ſtat optimè aliquid eſſe falſum, & nihilominus non eſſe parum; aut malè fundatum. Quia id, quod probabilius eſt, non parum, aut malè fundatum eſt. Adde; ſi vt ſententia nō ſit parum, aut malè fundata, requiritur quod nōn ſit falſa, neque innitatur principijs veritati contrarijs, in nulla quæſtione poſſent benè fundari ſententiæ cōtradictoriè oppoſitæ, cum non poſsint ſimul eſſe veræ, & vna earū debeat eſſe falſa, & inniti principijs veritati contrarijs, quia ex verô non ſequitur niſi verum. Quis autem dicat parum, aut malè fundatas eſſe ſententias Thomiſtarum, & Scotiſtarum in ijs, in quibus contradictoriè opponuntur? Stabit ergô conie- cturam M. Marquez falſam fuiſſe, & innixam principijs veritati contrarijs; & nihilominus non parum, aut malè fuiſſe fundatam; quia innitebatur principijs, quæ, dum non conſtabat de relatione Conſtantij, probabilia iudicabantur.

Sed ſupereſt præcipua difficultas; quo ſcilicet ætatis ſuæ anno B. Ioannes Bonus obierit? Reſpondet Author in Apologetico O mortuum octuageſimo ſuæ ętatis anno, quibuſdam additis menſibus; idque à Conſtantio lib. 1. cap. 15. tradi teſtatur. Vnde tenetur aſſerere eū natum an. 1168. poſt diem 23. Octobris. Si enim eo die, vel antea natus fuiſſet, non obijſſet ann. octuageſimo ętatis quibuſdam additis menſibus, ſed anno octogeſimo primo cōpleto, vt Mathematica cōuincit demonſtratio. O. §. 2. n. 2. & 3. pa. 7.

Oſtendimus nos in Reſponſione pacifica P Conſtātium non omnino ſincerè referri. Ille enim ſic habet. *Rendè l' alma al Creatore in eta di anni ottanta, e piu.* Hæc autem verba non negant Beat. Ioannem Bonum non impleuiſſe annum octogeſimum primum; atque adeô neque affirmant obijſſe anno octuageſimo quibuſdam additis menſibus. Si enim affirmarent, negarent neceſſariô illud. Quod verô illud non negent, ſic oſtēdo. De eo enim, qui vixit octoginta duos annos, rectè dicimus iuxta communem loquendi modum vixiſſe annos octoginta, & ampliùs; & de eo, qui rem ali- P Reſp. 1. n. 11 pag. 8.

aliquam egit anno 33. ætatis, rectè etiam dicitur eā fecisse cum esset maior annis triginta. Ergô Constātius asserens Beat. Ioannem obijsse anno octogesimo ætatis, & ampliùs, non negat eum anno octogesimo primo cōpleto decessisse. Vnde, si supponamus eum natum fuisse, v.g. die 23. Ianuarij anno 1168. (quod non accidisse, neque ex Cōstantio, neque aliunde conuincitur) rectè cohæreret cum Chronologia temporū à Constantio assignata ipsum obijsse anno ætatis octuagesimo, & ampliùs. Natus enim esset die 23. Ianuarij anno 1168. & obijsset die 23. Octobris anno 1249. atque adeô cum ageret annum octogesimum secundum, & esset annorum octoginta & ampliùs.

O §. 1. n. 2. & 3. pa. 71

P Resp. 1. n. 11 pag. 8.

Insto rem hanc triplici exemplo, Primùm desumitur ex Posidonio in vita D. Augustini, Q vbi agēs de Augustino, cum per Antistitem Ambrosium diuina percepit Sacramenta, sic ait: *Et erat tunc annis maior triginta, &c.* Et tamen certissimum est Augustinū fuisse baptizatum anno ætatis saltem trigesimo tertio. Secundum exemplum accipitur ex Breuiario Romano, quod de S. Remigio Episcopo Rhemensi die 1. Octobris sic habet; *Ampliùs septuaginta annos summa cum laude Rhemensem Ecclesiam administrauit.* Et tamen, licèt Baronius sub ann. 541. putet nōn peruenisse ad annum 541. nec vixisse in Episcopatu annos 70. nihilominus Claudius Robertus in Gallia Christiano, sic ait: R *Obijt ætatis 96. ordinationis suæ 74.* (*ampliùs septuaginta*, dixit Breuiarium Romanum.) *Christi 545. in Breuiario Parisiensi, & Chron. Antisiodorensi, fol. 63. & Vvestmonasteriensi; Galtherus sæculo 15. Molanus Natal. Sanct. Belgij 13. Ianuarij, &c.* Et Baronius in notis ad Martyrologium, sic habet: *De eius ætate Sigebertus in Chron. scribit natum anno Domini 449. creatum Episcopum 471. obijsse diē 545. Septuaginta, & ampliùs annos in Episcopatu exegisse scribit etiam Gregorius Turon. de Glor. Cōfess. cap. 69. &c.* Tertium exemplum habetur ex Breuiario Romano, quod de S. Mauro die 15. Ianuarij sic recitat: *Denique Sanctitate, & miraculis clarus, septuagenario maior,* (hoc est, ætatis septuaginta annorū,

Q C. 2.

R Pag. 118.

&

& ampliùs.) *Migrauit in cœlum*. Et tamen Maurus anno ſeptuageſimo ſecundo ætatis ad cœlos abijt. Sic enim ait Fauſtus, Author coæuus, in eius actis: S *Dies autem vitæ B. Mauri ita ſupputantur. Oblatus eſt Deo, & traditus B. Benedicto, cum duodecim eſſet annorum. Habitauit cum eo viginti annis. Commoratus eſt in Monaſterio ſuo, quod ipſe ædificauit, annis quadraginta.* Vbi ſupponit etiam Maurũ Benedicto traditum cum eſſet duodecim annorũ completorũ. Quid aptius, vel congruentius rei, de qua agimus, ex cogitari potuit? Ex eo ergô quod Conſtantius dixit B. Ioannem obijſſe ætatis octoginta annorũ, & ampliùs, non rectè infert Author ob ijſſe anno octogeſimo primo nondum completo. Cõſtantius enim B. Ioannis Boni ætatem verbis, quæ hoc aut illud poſſent complecti, deſignauit.

S To. 1. Surij p. 357.

Sed contra hæc objicit Author in ſua Defenſione. T Primô, quia contendo per ly, *amplius*, intelligendum eſſe annorum, non mẽſium additamentum; & Ioãnem perueniſſe ad annum ætatis octogeſimum ſecundum; & quòd, vt id probẽ, recurro ad quaſdam argumentationes ſcholaſticas, & poſſibilitates Logicas, quibus annos effingo Metaphiſicos; quæ ad quæſtionem facti probandam nihil conducunt; & à re hiſtorica ſunt adeô aliena, vt in hac arte peritos in magnam rapiant admirationem.

T Sect. 5. §. 1. p. 178.

Mirùm ſane eſt ſic ab Authore noſtram referri ſententiam, quaſi nos cenſuerimus B. Ioannem Bonum ad cœlos abijſſe anno ætatis octuageſimo ſecundo, & ex poſſibilitate logica rem ita ſe habuiſſe deduxerimus. Non adeô caligamus in meridie, nec tam à limine Dialecticam ſalutauimus, vt ex poſſibilitate facti inferamus, & afferamus factum. Ex poſſibilitate effectus contingentis, aut liberi factum non inferri, adeô eſt per ſe notum, vt in id Catholici, & Hæretici conſpirarint: *Nã priùs diſtinguit* (ait de Pelagio Auguſtinus libro de natura & gratia.) V *Aliud eſſe quærere, an poſſit aliquid eſſe; quod ad ſolam poſſibilitatẽ pertinet; aliud, vtrumne ſit. Hanc diſtinctionem veram eſſe nemo ambigit. Conſequẽs enim eſt, vt quod eſt, eſſe potuerit; non eſt autem conſequens, vt quod eſſe poteſt,* V C. 7.

test, etiam sit. Quia enim Dominus Lazarum suscitauit, sine dubio potuit; quia verò Iudam non suscitauit, nunquid dicendum est: Nō potuit? Potuit, sed noluit.

Non ergô inferimus factum ex logica possibilitate facti; sed ex possibilitate cohærētiæ Chronologiæ temporum cum his, quę supponimus ex hippotesi non destruente rationē formalē, inferimus possibilitatē (quam Author mordicus negat.) cohærētiæ Chronologiæ temporum cum Monachatu Augustiniano S. Francisci. Neq; enim præsens hęc controuersia circa ætatem B. Ioannis Boni est de quęstione facti, sed potiùs de possibilitate facti attēta Chronologia temporum à Constantio assignata; vt inde examinemus, an cohærentia Monachatus Augustiniani S. Francisci cum Chronologia Cōstantij sit possibilis; cuius possibilitatem negabat Author in Apologetico, X asserens ex verbis Constātij efficaciter inferri B. Ioānem obijsse anno octuagesimo primo nondum completo; & nos ex opposito contēdimus cum verbis Constantij posse stare quod obierit anno octuagesimo primo cōpleto; non verô asseruimus, aut asserimus ita contigisse de facto. Neque aliquo alio indigebamus, vt euidenter negatiuè dissolueremus argumentum, quod Author ex verbis Constantij desumebat, assignans obitum B. Ioannis Boni sub anno octuagesimo primo nondum completo. Ad examinationem autem possibilitatis facti, & cohærētiæ cum Chronologia temporum, adeô necessariæ sunt argumentationes scholasticæ, & possibilitates Logicæ, vt viri peritissimi in dialectica, & Theologia, valdè mirati sint viros peritos in arte historica ex vsu harum argumentationū & possibilitatum in præsenti controuersia in admirationem rapi potuisse. Quo modo enim conuincemus non esse impossibilem cohærentiam Monachatus controuersi cum Chronologia tēporum; & ætatem 82. annorum B. Ioannis non pugnare cum relatione Constantij; nisi quia admissa hac, vel illa suppositione, quæ relationi Cōstantij non contradicit, omnia concordant, omnia cohærent? Sic enim efformatur argumētum. Si B. Ioannes Bonus natus fuisset V.G. die 23. Ianuarij, anno 1168. & primô conuersus ad vitam Eremiticam anno 1204. vel 1205. & sub regula S. Augustini suam instituisset Congregationem anno 1207. & obijsset anno 1249. die 23. Octobris, possibilis esset cohærentia Monachatus Augustiniani S. Francisci cum Chrono-

X §. 2. n. 2. p. 6

E no-

nologia tẽporũ; sed nulla pars prætactæ suppositionis pugnat cum Chronologia à Constãtio assignata. Ergo possibilis est cohærentia prędicti Monachatus cũm Chronologia temporũ à Constantio assignatã. Et cum prędicta suppositio de die natiuitatis B. Ioannis ex Constãtio non ostẽdatur impossibilis, fit consequens ex Constantio non ostẽdi B. Ioannem obijsse anno ætatis octogesimo, quibusdam tantùm additis mensibus.

Hæc nostra asserta longè diuersa sunt ab ijs, quæ nobis imponuntur; hę sunt nostrę argumẽtationes scholasticæ, hæ nostræ possibilitates Logicæ, nõ in quæstione facti, sed possibilitatis facti, & cohærẽtię Monachatus prædicti cũ Chronologia tẽporũ à Cõstantio assignata. Vndè, vt retulim⁹ suprà, Y diximus in Responsione nostra; Z *Nõ aio ex eius testimonio conuinci Seraphicũ patrẽ à B. Ioannẽ Bono fuisse instructũ, eiusve discipulum extitisse, sed esse potuisse*, (en quæstio, nõ de facto, sed de possibilitate facti, & cohærentiæ Monachatus cũ Chronologia ex Cõstantio desumpta.) *quantũ est ex tẽporũ Chronologia, quæ ex vita S. viri per Constantiũ Laudensem scripta desumi potest.* Sic asserta aduersariorũ quandoq; referuntur, vt speciosiùs impugnari, & robustiùs expugnari, ab imperitis, vel nimiũ credulis, aut præcipitibus ingenijs iudicentur, vel incautè credantur. Vndè non immeritô cũ Augustino dixerô; A *Sed nunc si legere voluerint quæ respondimus, profectò intelligent quid sit abijciendum, & quid tenendũ sit. Neq; enim illa nostra sunt, sicut ipsi possunt cõsiderare, si velint sine studio partiũ iudicare.*

Y *In principio huius §.*
Z *Resp. 2. nu. 4. pag. 7.*
A *De vnit. Eccles. c. 1*

Secũdô, & directiùs obijcit Author in sua Defensione, B quia B. Ioannes Bonus ex Angelica monitione Mantuam venit annos agens octoginta, vt refert Constantius; C & exceptus à Mantuanis, erecto apud Cõfratres oratorio vt ibi quietè oraret, paulô post obdormiuit in Domino. *Si ergò* (ait Author) *Constantius narrat è Casenna discedẽtem non nisi octoginta annis natũ, celeriter breue illud iter inter Casennam & Mantuã confecisse; & non nisi aliquoto breui tẽpore Mantuæ, sicut etiã tu ipse data opera ex bis capitibus à me citatis ostẽdis; D quomodo aliter potuit intelligi Constantius, dũ dixit obijsse*, de ottanta anni è piu, *quam quod decesserit octogenarius additis aliquot mensibus, siue anno octogesimoprimo ætatis nondũ completo?* Iuxta hãc Authoris supputationẽ oportet asserere B. Ioannẽ Bonum natum fuisse ann. 1168. V.G. mense Decẽbri, & venisse Mantuam

B *Sect. 5. §. 2. nu. 2. p. 179.*
C *lib. 1. c. 13. & 14.*
D *Resp. 3. num. 119. p. 61.*

an. 1248. V. G. mense Nouembri, antequam compleret annum octogesimum; & post vndecim, vel circiter menses ad superos euolasse.

Verùm neq; hęc omnia fideliter ab Authore referũtur; & præcipuè id, quod est fundamẽtum aliorum. Author enim testatur B. Ioannem Bonũ, referente c. 13. Constantio, venisse Mantuam cum ageret annos octoginta: at Constantius non ait Ioannẽ tunc agere octoginta annos, sed esse octoginta annorum. Audiamus verba Constantij. E *Accio che oltre alla lentezza de i passi, come di Vecchio, che di ottanta anni era, nõ gli ritardasse il viaggio ancora qualche altro accidentẽ.* Longè autem diuersa sunt, agere annum octogesimum, & esse octoginta annorum. Qui enim agit annum octogesimum, nondũ illum impleuit. *Annus, vel mẽsis vigesimus agitur*, (ait verbo, *Ago*, Calepinus) *hoc est, currit, vel in cursu est.* Qui verò octoginta annorũ est, & potest impleuisse, & non impleuisse, sed agere. Ille enim, qui impleuit annum octogesimum, optimè, etiam in communi acceptione, dicitur esse octoginta annorũ, scilicet completorũ. Sic plura in sacris litteris referuntur facta hoc, vel illo anno; & aliquã do sunt facta anno tantùm inchoato, aliquando verò cõplecto. Sic lib. 4. Reg. dicitur, F *Anno duodecimo Ioram filij Achab Regis Israel regnauit Ochozias.* Et infrà. G *Anno vndecimo Ioram filij Achab regnauit Ochozias super Iudam. Quæ loca*, ait doctus Gaspar Sanchez in lib. 4. Regum, H *cõciliari non possunt, nisi dicamus aliquem ex his annis inchoatũ esse, ita vt iuxta Scripturæ morem adhiberi possit, vel omitti*

E lic. 1. c. 13. f. 21.

Iuxta hanc doctrinam, quæ omnibus historicis, tã sacris, quã prophanis præcisè necessaria est ad cõciliãdas annorũ cõputationes, quę pugnare videntur, explicat idẽ Sãchez plura difficilia loca l. 4. Regũ, & in c. 3. sic ait, I *vbi diximus annos interdũ imperfectos omitti, interdũ cẽseri pro integris.* Et in c. 15. K *Aut quia anni imperperfecti interdum omittuntur, interdũ pro integris perfectisq; censentur.* Et in c. 17. L *dici autem potest anno tertio, aut quarto Achaz mortuus esse Phacee iuxta Scripturæ consuetudinem, quæ imperfectos numeros interdum omittit, interdum pro perfectis & integris vsurpat.* Adde. Nicephorus tradit M B. Virginẽ obijsse cũ ageret annũ ætatis sexagesimũ; & nihilominùs ait se sequi sententiã Euodij, qui asseruit eã obijsse ann. 59. ætatis. *Vndè sentit*, (ait Suarez.) N *quod Euodius dixit, intelligendum esse de annis*

F cap. 8. G ca. 9. H ca. 8. nu. 42. col. 1451. I nu. 1. col. 1575. K n. 24 col. 1553. L nu. 1. co. 1553. M lib. 2 Hist. c. 3. & 21 N to. 2. in 3. p. disp. 2 sect. 1 p. 343.

annis quinquaginta nouem expletis, &c. Vndè ergo conuincit, & demonstrat Author Cõstantium non omisisse annum octogesimũ primum inchoatũ, & non loqui de octoginta annis expletis?

Deinde, & ad rem præsentẽ accomodatiùs; *Viginti annorũ erat Achaz*, (ait facer textus.)
O lib. 4 Reg. 16 O *cũ regnare cæpisset; & sedecim annis regnauit in Hierusalem.* Et de Ezechia sic habet;
P 4 Regio. 18. P *Viginti quinque annorum erat, cum regnare cæpisset.* Ex quibus videtur sequi Achaz decessisse cum tantùm haberet triginta sex annos; & consequẽter Ezechiam, qui tempore mortis Achaz erat vigintiquinque annornm, genitum fuisse à parente decenni. Cui difficul-
Q quæst 4. in c. 18. lib. 4. Reg. tati occurrit Abulẽsis, Q asserens inchoatos annos Achaz fuisse omissos ab historico; ita vt cum Achaz, cum regnum inijt, ageret viginti & vnum annos, quia tamẽ annus extremus non erat completus, fuerit omissus. Regnauit item annos septendecim, quorum vltimũ, vt potè imperfectum, prætermisit historicus. Quare tẽpus, quo vixit Achaz, triginta & septem saltem annorum fuit. Sed præstat audire doctissimũ Abulensem. *Dicendum ergo*, ait, *quòd Achaz vixit triginta septem annis, vel modicũ plùs. Et hoc potest dici, quia suprà 16. dicitur quòd erat viginti annorum cum regnare cæpisset; & dicemus quòd illi anni erant completi, & magna pars vigesimi primi transierat*; (quare non licebit sic dicere de B. Ioãne Bono quòd tẽpore illius itineris erat octoginta annorum, sed anni illi erant cõpleti, & magna pars octogesimi primi transierat?) *& tamẽ nõ computatur nisi vigesimus, quia vigesimusprimus non erat consũmatus. Et cũ dicitur ibi quòd regnauit annis decẽ & sex, potest dici quòd fuerunt quasi decem & sex solùm, quia decimus septimus nõ erat completus. Et sic erunt quasi triginta octo anni, quibus vixerit Achaz. De Ezechia autem dicitur quod erat vigintiquinque annorum, quãdo cæpit regnare, intelligendũ est quòd esset viginti quatuor completorum, & inchoarat vigesimum quintum; & computatur ille, quia aliquando Scriptura computat annos incompletos, vt sæpè visum est in isto libro, & præc. &c.* Quid aptius, aut accommodatius ad rem, de qua agimus, potuit inueniri? Si ergo facer text⁹ ait de Achaz, *Viginti annorum erat Achaz*, cum tamen in sententia Abulẽsis ageret annum vigesimum primum; quare Constantius dicere de B. Ioanne non potuit; *Octoginta annorum erat Ioannes*, licet fortasis ageret octo-

ge-

gesimum primum? An quod sacro Historico licuit absq; præiudicio veritatis, Constantio licere nō poterit? Manifestum ergo ex dictis est, ex relatione Constantij non conuinci B. Ioānem obijsse an. 81. ætatis currente; atque adeô neq; conuinci natum fuisse ann. 1168. post diem 23. Octobris; potuisseq; salua relatione & Chronologia Constantij, nasci mense Ianuario eiusdem anni.

DIFICVLTAS SECVNDA DE ANNO conuersionis B. Ioannis Boni.

DVplex fuit conuersio B. Ioannis Boni. Prima, ab arte Comica, & ioculatoria, ad meliorem frugem & vitam Eremiticam, sed sæcularem, non verè & propriè religiosam. Secunda, ab Eremicolatu sæculari ad vitam Eremiticam verè & propriè religiosam sub regula & Ordine Eremitarum D. Augustini. De hac secunda Cōuersione agemus difficultate 3. modô de prima.

R *lib.* 1 *c.* 15. Retulit Constantius *R* B. Ioannem ex octoginta & amplius annis, quos vixit, quadraginta in sæculo consumpsisse. Ex hac relatione deduxit Author in Apologetico *S* B. Ioānem fuisse conuersum à sæculi vanitate, & Comica arte anno 1208. & in fine eiusdem, vel anno sequenti post diutinum languorem expiata conscientia Episcopo Mantuano, & extincta iam genitrice Bona, (à qua, & patre Ioanne Bonhonu, nomenclaturam Ioannis Boni desumpsit.) in Eremum Cæsennatensem secessisse. Eundē annum 1208. testatur assignari ab historia Mantuana, & in claustro Mantuano Augustinianorum ædis S. Agnetis ante ducentos annos. Nos in Responsione nostra *T* ad hæc respondimus plura; *Quæ tamen qualia sint*, (liceat dicere cum Augustino:) *V Si recensere quisque voluerit, qui & mea, & ipsius habet scripta, puto quòd intelligat quanta firmitate roborata sint.*

S §. 2. n. 4. p. 8

T *Resp.* 2. *à nu.* 16. *pag.* 10.

V *lib.* 3 *contra Petil. c.* 50.

Aliter tamen visum sapientissimo viro in sua Defensione, *X* in qua rem hanc *acutè sanè tractat, & versat*; (verba sunt Augustini,) *Y & quantum sibi videtur, redarguit, atque conuincit.* Id autem non insidioso blandiloquio, aut gladio melle lito, vt olim obijciebat Hieronymus Augustino; *Z* sed despicante magniloquio, dulciter

X *sect.* 5. §. 3. *à p.* 181.

Y *de nat. & grat. c.* 27.

Z *epist.* 14. *c.* 1. *&* 19. *c.* 4.

citer & amicè, contendit. Primò, quia ex paruulis infirmisque coniecturis chronologum ago disertissimum; vitæ annos ad placitum distinguo; menses præcipuis actionibus præscribo; & ipsum natiuitatis diē assigno. Natum dico 23. Ianuarij anno 1168. Comicam artem aggressum anno ætatis trigesimo; eamq; reliquisse anno trigesimo quinto; eius genitricem decessisse anno trigesimo sexto, & Christi 1203. ipsum ad eremum profectum ann. 1204. vel sequenti; Augustini Regulam subijsse in principio ann. 1207. V. G. mense Februario, aut Martio; & primā Francisci cōuersionem incidisse in annum. 1207. & mensem Iulium, aut Augustum; & secundam in annum 1209. & mensem Ianuarium, vel Februariū. Hæc autē omnia sine authore proferuntur; neq; quia possibilia sunt,
A sect. 5. §. 3. nu. 4. p. 184. admitenda sunt vt probabilia. *Egregie sanè*, (ait Author) A *vt quidquid excogitaueris possibile, sit & probabile; & per locum à possibili argumenteris ad probabile; nec quiquam hic solidum præter solam imaginationem. Hac ratione nihil non scribes, nihil non affirmabis, non erit apud te impossibile omne verbum.* Sic ille.

Secūdò, quia Historia Mantuana Hyppoliti Donesmundi
B l. 4. p. 207. Franciscani, B affirmat B. Ioānem cōuersum fuisse an. 1209. cum haberet annos ætatis quadraginta. Et claustrum Mātuanum sic olim habebat; *Donauit omnia pauperibus an. 1208* Et Marquez C tradit probabile esse quod quādo ad Eremum Cæsennæ abijt, versabatur inter quadragesimum & quinquagesimū annum. Et Constantius Laudensis ex processu authoritate Apostolica compacto sic C c. 26. §. 3.
ait; D *Reddidit animam Creatori in ætate annorum octoginta & vltrà.* Qui ergò natus est an. 1168. non nisi an. 1208. vel sequēti recessit à sęculo. *Quid quæso*, (ait Author.) E *So. idū, aut firmū ad tā aperta respōderi potest testimonia? Quid ad tot irrefragabiles dici Authores? Tu ab omnibus facilè te expedies, si omniū contemnis, vel negas authoritatem. Ita facis, & tuas præfers coniecturas cōstanti omniū assertioni. Quid ad Historiā Mantuanā responderes, nō habebas; ego saltē nihil te respondisse conspicio.* Sic ille. D lib. 1 cap. 15. E nu. 6. p. 186.

Tertiò, quia ex archiuo ciuitatis sic habetur; *An. 1208. il B. Gio. de Buonomi Mantuano, detto Giouanni Buono, si ritira à far penitenza in vn eremo vicino à Cæsenna duoi miglij in circa, nelli anni quaranta della sua eta, & iui per altri quarāta anni viue vita eremitica.* Et in Chronicis MSS. vetustis Monasterij S. Crucis Cæsennæ.

næ. *Giouãni Buono si ritiri all' eremo di Butriolo all' an.1208. Stette in detto eremo piu dequaranta anni, per che supero cõ la eta l'anno ottanta; & parti di Cæsenna, & mori à Mantua l'an.1249. cioe l'anno quarãtesimo primo della sua conuersione.* Et in Ephemeride Cæsennatica MS. Nicolai Marini. *Anno 1208. venne à Cæsenna il B. Gio. Buono, nel tempo che era Cõmissario per il Papa, & ristoro la cita Gio. di Brenna.* Et in Historia Cæsennæ Scipionis Claramontij; F *Natus est B. Ioannes Bonus Mantuæ anno 1168. quadraginta annos in sæculo, indignis curis mãcipatus, perdidit; inde à Deo benignè euocatus, se totũ illi reddit. Ad Cæsennam, ad eiusq; agrũ, seu recessum Butriolum venit, ita vt 1208. vel sub initium noni in Eremum concesserit, seq; ibi condiderit.* Et in Chronologia Episcoporum Cæsennatensium Fabricij Manzenij sic habetur de Oddone. 1202. *eligitur Cæsennatensiũ Antistes Oddo Monachus, qui B. Ioanni Bono domunculam quãdã apud Budriolum concessit, in qua eremiticã vitam per multos annos traduxit.* Tandem Author concludit his verbis, G *Iam tandem te tot testibus acquiescere posse, & debere existimo; namque vt vetus illud vsurpem, aut hoc testium satis est, aut nescio quid sit satis.* Sic ille.

F *lib.8. p.285.*

G *n.12 p.189.*

Nos autem cum Augustino ad Hieronymum; H dicemus ad amicum nostrum. *Prorsus (quod ad ipsas res, quas nosse vo lumus, attinet.) si quid veri me tenere vel scio, vel credo, vel puto, in quo tu aliter sentis; quãtum dat Dominus, sine tua iniuria conabor asserere. Quod autẽ pertinet ad offensionem tuã, cũ te indignatum sensero, nihil aliud quam veniã deprecabor. Nec omninò arbitror te succẽsere potuisse, nisi aut hoc dicerẽ, quod nõ debuit; aut nõ sic dicerẽ, vt debui.* Sed quod ad hãc causam spectat, fortasse, vt etiam suprà ex Augustino ad Hieronymum I dixi, *quemadmodum dixi, parum mihi visus es attẽdisse; imò ego fortasse non satis hoc explanare potuerim.* Imponuntur enim nobis plura in sensu a mente nostra longè diuerso, vt clarè videbit, qui apertis oculis vtriusq; opuscula legerit. Deduximus enim nonnulla, de quorũ aliquibus asseruimus ita accidisse stando in relatione Constantij, in cuius iudicium etiam Author conspirauit; de alijs verò non censuimus ita euenisse, (licet nobis hoc perperam imponatur;) sed potuisse euenire salua in omnibus relatione Constantij; atq; adeò non esse impossibilẽ, aut improbabilẽ cohærentiã Monachatus Augustiniani S. Francisci.

H *epist. 15.c.3.*

I *epist. 19.c.3.*

cisci cum Chronologia temporum à Constantio assignata; quia illis admissis, quæ Constantij Chronologiæ non repugnabant, cohærentia prædicta saluabatur illæsa.

Res hæc in nostra Responsione satis clara erat; tamen, vt cum D. Bernardo ad Adamum Monachum dixero; *K Etsi res per se iam satis elucescat, tamē propter quosdam, qui quærunt occasionem, vbi ratio non suppeditat, clarum faciam breuiter, & ita clarum, vt omnis dubietatis vmbra disppareat.* Id autem vt pręstem, suppono primô Authorem ex relatione Cōstantij plura deducere, quę nullus alius, quem viderim, ante eum deduxit, & expressit. Primô enim, ex eo quod Constantius asseruit B. Ioannem obijsse ætatis annorum octoginta & ampliùs, infert assertiuè non impleuisse annum octogesimū primum; & consequenter debet deducere natum fuisse an. 1168. post diem 23. Octobris; quia si ortus fuisset die 23, vel ante illam, decessisset iam impleto anno octogesimo primo. Et tamen B. Ioannem fuisse natum post diem 23. Octobris anno 1168. & non impleuisse annum octogesimum primum, nullus alius antiquus, quem legerim, Author expressit. Secundô, ex eo quôd Constantius dixit B. Ioannem Cæsenna discessisse cum esset octoginta annorum, infert assertiuè anno octogesimo nondum completo; & consequenter debet asserere discessisse anno 1248. in quo annum octogesimum impleuit. Et tamen B. Ioannem Cæsenna discessisse an. 1248. nondum impleto anno octogesimo ætatis, nullus alius antiquus, quem viderim, Author expressit.

K *epist. 7. col. 1394.*

Si ergô Authori nostro licuit ex Constantio hæc, & illa deducere, & affirmare, & claram annorum epocham inuenire; cur non nobis licebit etiam ex Constantio quædam inferre, vel tanquam quæ verè contigerint iuxta probabilem deductionem, vel tanquam non repugnantia Chronologiæ à Cōstantio assignatæ? Sanè prorsus non videô cur vni fas sit, & alijs fas esse non possit. *Quin potiùs* (dicam ad Authorem cū Hieronymo ad Augustinum.) *L humanitatis tuæ est, in quo veniam tibi tribuis, indulgere & cæteris.*

L *epist. 11. c. 6.*

Suppono secundô, diuersam esse quæstionem facti, & possibilitatis facti salua relatione Constantij, vt per se notum est, & exemplis claret. Diuersa sic quæstio est; An Iudas in nocte Cœnæ communicauerit; & an ita ex Euangelica historia constet non communicasse, vt impossibilis, & improbabilis,

lis sit opinio affirmantium cõmunicasse. Vndè potest quis esse dubius an communicauerit necne, imô & affirmare non communicâsse; & nihilominùs iudicare id non ita inferri ex Euangelio, vt opposita opinio sit improbabilis, & impossibilis cohærere cum relatione Euangelistarum.

Suppono tertiô, quæstionem in hac difficultate cõtrouersam non esse de facto, hoc est, an B. Franciscus fuerit Monachus Augustinianus; sed de possibilitate facti, quãtum est ex relatione Constantij; hoc est, an ex Chronologia temporum à Constantio assignata conuincatur impossibilem esse cohærentiam Monachatus Augustiniani S. Francisci cũ prædicta Chronologia; quod & suprã, *M* duximus obseruãdum.
M *Difficult.* 1
Author in Apologetico, *N* & in Defensione, *O* censet impossibilem esse cohærentiam Monachatus Augustiniani S. Frãcisci cum Chronologia temporum à Constantio assignata; Nos in Responsione nostra, *P* & in hoc Clypeo prædictam cohærentiam non esse improbabilem, neque impossibilem, quantum est ex relatione Constantij, defensare conantur.
N §. 2. *n.* 2. *p.* 6
O *sect.* 6. *n.* 1. *p.* 177.
P *Resp.* 2. *nu.* 4. *pag.* 7.

His suppositis, plura assero. Primum est. Censeo (sic etiam cẽsui in Responsione pacifica,) *Q* primam Ioannis secessionẽ in Eremum contigisse ad minùs circà annum 1204. vel 1205. paulô magis aut minus, quantum est ex relatione Cõstantij. Sic enim ibi adieci; *Si standum nobis est fidissimo testimonio ex processu Canonizationis desumpto, ex quo totam hanc litem dirimi voluisti.* Id autem deduxi, & deduco in hunc modum. Constantius lib. 1. c. 1. enarrat secessum Ioannis in Eremum Cæsennatensem ante professionem Regulæ Augustinianæ, quam cap. 2. refert; & ante eã retulit vitam adeô Angelicam duxisse, vt per vicina loca pro sanctissimo haberetur. Ad hoc autem videtur requiri tempus duorum, vel trium annorũ. Sed B. Ioannes professus est Regulam Augustinianã ab anno ætatis quadragesimo, qui ab ann. 1207. ad ann. 1208. currebat. Sic enim ait Constantius lib. 1. c. 15. *Rende l'alma al Creatore in eta di anni ottanta & piu; quaranta cioe spesi al secolo, & tutto il restante fra Romiti nella Religione Agustiniana.* Ergo prima B. Ioannis in Eremum Cæsennatensem secessio fuit duobus, vel tribus annis ante annum 1207. vel 1208. atq; adeô circà an. 1204 vel 1205. Hæc ne tam inepta deductio ex relatione Cõstantij, vt tam rigidam amici censuram mereatur? Nunquid aptiùs, aut congruentiùs deduci
Q *Resp* 2. *n.* 19. *pag.* 11.

tur ex Constantio B. Ioannem Cæsenna Mantuam profectum anno 1248. nondum completo anno octogesimo ætatis?

Adiecimus, hoc primæ secessionis in eremum terminô statuto, omnia posse quadrare quæ Constantius enarat de B. Ioannne ante secessum ad eremum Cæsennatensem. Ioannes enim (teste Constantio. *R*) exercuit artẽ Comicam in principio suæ ætatis iuuenilis per aliquod tẽpus. *Demus* (dixi) *S argumento, incæpisse illud munus anno trigesimo suæ ætatis.* Sed in exercitio artis Comicæ ad summum per quinq; annos peragrauit, cum Constantius *T* asserat per Italiam discurrisse, *vn pezzo*, id est, aliquanto tem pore, vn pedazo de tiempo. *Demus ergò* (addidi.) *V per quinq; annos egisse Comicum; tunc in se, & in domũ maternam reuersus an. 35. suæ ætatis graui morbo visitatur; voto facto restituitur ad pristinã sanitatẽ; sanus cõfitetur peccata sua Episcopo Mãtuano*; (nempe Hẽrico 2. Sigifredi successori, qui an. 1197. obijt, vt tradit Donesmundus parte 1. Historiæ.) *X eiusque mater interim moritur, anno scilicet sequenti, nempe 36. suæ ætatis; is autem erat, Christi 1203. ad ann. 1204. Constat ergò ex prædicta computatione iuxta relationem Constantij facta optime cohærere veritati, si dicamus B. Ioannem in eremũ Cæsennæ primò venisse an. 1204. vel ad summum anno 1205. Demus argumento*, dixi semel & iterũ. An inter subtiliores Dialecticos, qui dat aliquid argumento, asserit, & affirmat quod dat?

R *lib.* 1 *cap.* 1.
S *Resp.* 2. *n.* 22 *pag.* 11.
T *vbi sup.*
V *Resp. n.* 23. *p.* 12.
X *lib.* 4 *p.* 267.

Hoc ne est asserere hæc omnia de facto his annis, & temporibus accidisse? Hoc ne est vitę annos adplacitum distinguere, & menses pręcipuis actionibus præscribere, & temporum dare tempora? vel potiùs est ostẽdere quomodo potuerint quadrare ea, quæ Constantius retulit ante secessum in Eremũ, si semel admittatur, prout admittendum ostenderamus, B. Ioannem primô secessisse in Eremum ann. 1204. vel 1205. plùs minùs ve. Vndè ibidem sic conclusimus. *Y Cum ergò probabile sit*, (nempe, quãtum est ex temporum Chronologia à Constantio assignata, quia ex illa non conuincitur impossibile, aut improbabile, vt Author contẽdebat.) *B. Ioannem Bonum natum 1168. V. G. mẽse Ianuario, & in Eremum Cæsennatensem primò exyisse anno 1204. vel. 1205. & vouisse Regulam Augustinianam in principio anni 1207. V. G. mense Februario, aut Martio; & B. Frãcisci primam conuersionem incidisse in ann. 1207. V. G. mense Iulio, aut Augusto, vt statim ostendimus ad numerum sequẽtem;*

Y *n.* 28 *p.* 13.

tem; unde conuincitur ex temporum Chronologia (à Constantio assignata) *improbabile esse Magistri placitum asserentis sententiam de Monachatu Augustiniano S. Francisci esse probabilem?* Hæc ne merentur omnem illam verborũ cõgeriem, quibus nos Author ducit despicatui? Noluit aduertere quę esset mens nostra, & deceptus imposuit quæ longè erant à mẽte nostra; & in ea, quæ ipse malè conceperat, verba tot peperit, viris prudentibus non valdè placitura, de quibus infrà forsan iterum sermo redibit.

Z Resp. 2. n. 19. pag. 11. Secundum, quod assero, & asserui in Responsione pacifica, Z hoc est. *Arbitror B. Ioannis conuersionem sub Regula Augustini saltem in principio anni 1207. forte constituendam.* Hoc autẽ arbitrati sumus sub disiũ ctione, vel quia ita fuerit, vel saltẽ quia probabilè est quod ita fuerit quatenus ex relatione Cõstantij nõ ostenditur impossibilè, aut improbabile. Adveritatem autem propositionis disiunctiuæ sat est quod vna, vel altera pars sit vera. Probabilitatem verô illius prædictam sic suasimus, & suademus. Ex Chronologia temporũ à Constantio assignata non est impossibile & improbabile Regulam Augustinianam introductã fuisse in Congregationem B. Ioãnis Boni saltem in principio an. 1207. Nihil enim ex illa ostenditur, quod cõuincat non potuisse Regulam Augustinianam in principio anni 1207. introduci in prædictam Congregationem, vt constabit ex solutione argumentorum, & ex dicendis difficultate 3. Ergo probabile est quôd ita fuerit quantum est ex relatione Constantij, quatenus ex illa non ostenditur impossibile, aut improbabile.

Nunquid hæc adeô sunt inepta, & improbabilia, vt tota illa verbulorum strues nobis cõuenienter possit aptari? Nũ quid ex sola possibilitate facti colligimus probabilitatem facti? Nunquid temporũ damus tempora; & non erit impossibile apud nos omne verbum? Et certè hic non possum non mirari ea, quę ab Ecclesia in hymno, & à D. Luca in Euangelio A dicta sunt in laudem & gloriam prouidentiæ, & omnipotentiæ Creatoris, ab Authore trahi, verti, & accõmodari in derisionem, & despicatum creaturæ. Mirati eodẽ modo sumus in Responsione pacifica, B quôd testimonio Isaię (non ex cap. 42. V. 16. vt per errorem præli habetur in Defensione; C sed ex cap. 40. nu. 4. vt benè in Apologetico citabatur.) vtatur Author D in derisionem serui, quo vsus est Propheta in exaltationem

A cap. 1

B Resp. 3. n. 28. p. 37.

C sect. 1 num. 7. p. 148.

D §. 3. nu. 4. 7.

E Resp. 3. n. 27 pag. 47.

E Resp. 3.2.27 p.37. Domini. Sic enim diximus. *E Sic verbis sacris à Propheta in gloriam & exaltationē de Christo dictis, ad succensendum proximo, qui Isaiam non viderat, & prudenter credidit Ortelio, abutendum erat?* Non ergò numerati sumus, vt nobis perperam imponitur in Defensione, F quòd vtatur Author sacris verbis ad redarguendos aduersarios. Nouimus benè phrases ac cōmodatitias esse sanctis patribus familiares, & præcipuè Bernardo. Nos etiam illis vtimur, & nō inuenusté sacra verba quandoq; ab authoribus intermiscentur, & acōmodantur. Valde tamen dubito esse Patribus familiare, verba ab authore sacro prolata in laudem & gloriam Dei, accommodare in contemptum, & despectionem hominum Deo sacrorum. Hoc nos ibi, & modò vitio vertimus sapientissimo, & religiosissimo Authori. Verū ad argumēta in oppositum veniamus.

F sect. 1. nu. 7. p. 148.

Ad primum dico imponi nobis parum fideliter, quòd vitæ annos & mēses ad placitum distinguamus, quasi asseruerimus omnia, quæ ibi referūtur, contigisse de facto annis & mēsibus ibi assignatis. Vt enim supra ostendimus, aliqua determinatis temporibus facta fuisse probabili argumentatione ex Constantio deduximus, sicut alia quædam ex eodem deducit Autor, probabili ad summū ratiocinatione innixus. De alijs verò non præscripsimus annos & menses, quibus de facto cōtigisse decernamus; sed quibus fieri potuisse ostendebamus illæsa chronologia tēporū à Constantio assignata; vt inde constaret non esse impossibilem & improbabilē cohærētiam Monachatus Augustiniani S. Francisci cum chronologia temporum à Constantio assignata, vt Author mordicus contēdebat. Cętera huius obiectionis verba omittimus, & dimittimus.

Ad secundum dico plura. Primum est: Historia Mantuana fuit edita ab Hyppolito Donesmundo, claro Seraphici ordinis germine, Mantuæ anno 1612. & data opera contendit S. Franciscum non fuisse discipulum B. Ioannis Boni; atque adeò mirum non erit si eius testimonio non conuincamur. Adde. Donesmundus sic habet parte 1. suæ Historiæ Mantuanæ. G *Potest tamen esse verum, (vt ex parte fatemur authoritatem adeò grauium Authorum de hoc agentium.) quòd S. Franciscus trāsiens per Romandiolam, vbi multò tempore demoratus est S. Ioannes Bonus, propter suam spiritualem consolationem voluisset illum visitare, & aliquem etiam diem simul cum il-* G lib. 4 p. 267.

lo transfigeret, &c. Deinde Donesmundus ait B. Ioannem cõuersum fuisse anno 1209. & vitæ suæ quadragesimo; quod vt verum sit, oportet deceptos esse eos, qui annum 1208. huic conuersioni præscripserunt; & conuersum fuisse an. 40. completo, & quadragesimo primô inchoato, quia annum quadragesimum an. 1208. compleuit. Vndè autem habet Donesmũdus conuersionẽ contigisse anno quadragesimo completo, nisi quia ita præiactæ assertioni conducebat? Deniq; Donesmũdus ibidem H sub an. 1210. sic affirmat; *Anno sequenti* (scilicet, post annum 1209.) *Romã profectus est in habitu simplicis Eremitæ S. Augustini, cuius regulam amplexus fuerat, impetrauitq; ab Innocentio III. posse congregare omnes Eremitas eiusdem Regulæ, &c.* Hoc Donesmundi assertum refellitur mordicus ab Authore, vt difficultate sequenti videbimus; quare ergò & nos non poterimus aliud Donesmundi assertum refellere? An alij facultatem habent refellendi quos volunt, & in quibus volunt, quia errare non possunt; nobis autem neminem licet refellere, quia semper erramus?

H *vbi supr.*

Secundum est. Inscriptio claustri Mantuani, vt diximus in nostra Responsione pacifica, I iustã erroris causam habuit. Cum enim ille, qui scripsit, aut scribi iussit, legeret illum an. 1168. natum, & vouisse vitam religiosam sub Augustini nomine, vel Regula anno quadragesimo suæ ætatis; apposuit id factum (sed errans, vt probabiliter arbitramur.) an. 1208. quando implebatur annus quadragesimus ætatis; quasi dici non posset factum anno quadragesimo ætatis, etiam si fieret in principio an. 1207. præcipuè si natus fuisset in principio anni 1168. quod non ita accidisse ex Chronologia temporum à Constantio assignata non conuincitur.

I *Resp. 2. n. 25. pag. 12.*

Sed instat Author in sua Defensione K. *In quo quæso errauit? Nonne perfectè sibi correspondent numerorum partitiones? Nonne hoc anno completur mensura annorum quadraginta? Adde, quòd non loquitur de professione Augustiniana, sed de mundi contemptu, & conuersione à sæculi vanitate.* Respondeô. Errauit in duobus. Primò, quia (sincerè asseritur.) conuersionem à sæculi vanitate sub ann. 1208. determinatè præscribit, cuius oppositum suprà ostendimus, & difficultate sequenti iterum demonstrabimus. Secundò, quia huc conuersioni annum 1208. ita determinat, quasi dici non possit conuersus anno quadragesimo suæ ætatæ-

K *sect. 5. §. 3. nu. 7. p. 186.*

ætatis, etiam si anno 1207. vel 1209. (vt & Author sub disiunctione anni 1208. vel
L in Apolog. §. 2. nu. 4. pag. 8. 1209. admisit, L & alij existimarunt,) conuersus fuisset.

Tertium est. Assertio M. Marquez (vt & respondimus in
M Resp 2. n. 27. p. 12. Responsione pacifica.) M innititur falso fundamento anni natiuitatis, & mortis sancti viri, quia non vidit vitam à Constãtio editam, ex qua cõstat anno quadragesimo ætatis Regulã Augustinianam fuisse professum. Dum autem hæc non nouerat, admittebat vt non obstantia, & dabat arguenti plura; quæ nec dari poterant, nec debebant. Sed objicit Author
N vbi sup. n. 8 in Defensione; N quia licet errauerit Marquez anticipando orrum & interitum Ioannis, non officit vt in eo; quod verè loquitur, & in quo cum alijs concordat, non admittatur. Respondeo id esse verissimum; tamen in hoc Marquez nec verè loquitur, neq; cum alijs cõcordat, dum ait probabile esse B. Ioannem, quando ad Eremũ Cæsennæ abijt, versari inter quadragesimum & quinquagesimum ætatis annum. Constat enim ex Constantio, vt suprà deduximus, primô in Eremum secessisse saltem anno 1204. vel 1205. anno ætatis 36. vel 37. plùs minùs ve. Neque in hoc cum alijs concordat; cum Author, & alij ferè omnes, quos pro se adducit, determinent huic conuersioni annum quadragesimum ætatis.

Quartum est. Imponit Author Constantio, quòd dixerit B. Ioannem totos quadraginta annos in sæculo consumpsisse. Constantius enim sic ait; O *Quaranta cioe spesi al secolo.* O lib. 1 cap. 15.
Quę verba sic vertit Author vbi suprà; P *ex quibus quadraginta exegit in sæculo.* Oportebat autem ita vertere, quia, P nu. 5. p. 186.
Exigere, vt verbo, *Exigo*, notat Calepinus, *interdum significat complere.* At fideliùs verteretur: *Ex quibus quadraginta consumpsit in sæculo.* Quæ verba sunt indifferentia; & rectè saluantur, etiam si tantùm quadraginta annos inchoatos in sæculo egerit; sicut verè passim dicitur in libris Regum quod aliquis regnauerit decẽ, aut viginti annis, licet tantùm regnauerit his annis non completis, sed tantùm inchoatis. Sic autem fideliùs verteretur, quia, *spendere*, in lingua Itala non significat complere, sed consumere, expendere.

Deindè etiam nobis imponitur, dum de Constantio sic additur in Defensione vbi suprà; Q *Primo dicis minùs propriè locutum.* At nos sic habemus in Responsione; R *Primò, ad summum conuinceres Constantium minùs propriè locutum, cum annos transactos* Q n. 9. p. 186. R Resp 2. n. 18. pag. 10.

extra

extra Religionem approbatam, licet in pœnitentia elapsos, dixit fuisse consumptos sæculo, vel in sæculo. Secundò, iure optima Constantius tempus illud inclusit intra 40. annos cõsumptos in sæculo, &c. Hoc ne est dicere Constantium minùs propriè locutum? vel potiùs asserere quôd ex argumento aduersarij ad summum sequeretur minùs propriè locutum, quod mirum non esset, neque obesset asserto? Qui autem sic respondet, non afirmat minùs propriè locutum; sed, quidquid de hoc esset, conclusionem manere illæsam. Rem ex se claram, exemplo reddamus clariorem. Siquis contra asserentem non dari actionem indifferentem in indiuiduo sic argueret; D. Augustinus asseruit hoc &c. Sed hoc stare nõ potest nisi detur actio indifferens in indiuiduo. Ergò datur talis actio. Si alius dissolueret obiectionẽ in hunc modum; Respondeo dupliciter; Primò, ad summum sequitur Augustinum in ea fuisse sententia; secundò, Augustinus nihil dixit, ex quo conuincatur dari actionem indifferentem in indiuiduo; An sic respõdens affirmaret Augustinum in ea fuisse sententia? Quis ita desipiat vt credat sic respondentem id affirmare? Tantùm assereret, quidquid de eo esset, conclusionem falsitatis non cõuinci. Sic ergô in nostro casu. Quid planius, quid manifestius dici potuit? Fortè hic dicere possumus, quod ad Cresconiũ dixit Augustinus; *S Noli quod intelligis, vertere in aliud.* S lib. 4. c. 56.

Deinde addidimus in Responsione nostra, *T* Constãtium propriè locutum, dum tempus Eremicolatus sæcularis B. Ioãnnis Boni inclusit intra 40. annos cõsumptos in sęculo. Quia non dicitur quis propriè & in rigore exire de sæculo, nisi qui profitetur Religionem approbatam; & qui nondum exiuit de sæculo, adhuc consumit annos sæculo, vel in sæculo, licet studiosè. Qua ratione Author in suo Apologetico *V* explicat illa verba S. Francisci in suo testamento; *Et posteà parum steti, & exiui de sæculo.* Et ibidem *X* contendit Iesuatos S. Hieronymi tempore Abbatis dicendos esse sæculares, videlicet eo solum quôd non viuerent sub Religione & Regula approbata.

T Resp 2. n. 18. p. 11.

V §. 3. nu. 5. p. 28.

X §. vlt n. 27. p. 112.

Sed instat Author in Defensione; *Y Quomodo dicetur consumpsisse in sæculo eos annos, quos sanctissimè in arctissima pœnitentia peregit in Eremo?* At hoc, vt cum Augustino cõtra Petilianum dixero, *Z Certè iam manifestum est, certè iã non indiget interprete, neo disputatore, aut demonstratore.* Dicitur enim eos annos consump-

Y sect. 5. §. 3. n. 10. p. 187.

Z lib. 3 c. 52.

ſumpſiſſe in ſæculo, quia nondũ exierat de ſæculo per profeſſionem Religionis approbatæ; ſicut S. Franciſcus in ſententia Authoris biennium Eremicolatus ante inſtitutionem ſuæ Religionis dici debet cõſumpſiſſe in ſæculo, quia non exiuit de ſæculo donec illam inſtituit, vt ipſe vult; licet bienniũ illud ſanctiſsimè in arctiſsima pœnitentia peregerit in ſolitudine; & ſicut Ieſuati, licet ſanctiſsimè viuerent, adhuc dicebantur ſæculares, & annos in ſæculo conſumere, quia nondum propriè & in rigore à ſæculo exierant.

Neque ſatis eſt reſpondere *A* B. Franciſcum ideô ante inſtitutam Religionem non dici exijſſe de ſæculo, quia illo biẽnio per ciuitates & oppida inter familiares & notos adhuc diſcurrebat. Quia contra eſt 1. Quis enim reuelauit Authori B. Ioannem tempore ſui Eremicolatus ſæcularis non diſcurriſſe per oppida & ciuitates, præcipuè ſi ille Eremicolatus durauit toto eo tempore, quo Author voluit? Secundo, quia B. Franciſcus illo biennio, vt ait S. Antoninus, *B Nunc latebat in Eremis, nunc Eccleſiarum reparationibus inſiſtebat devotus*. Cur ergô non diceretur exijſſe de ſæculo, niſi ad hunc exitum propriè & ſimpliciter acceptum requireretur exitus per profeſsionem vitæ religioſæ? Nam quôd aliquando quis per ciuitates & oppida inter familiares & notos diſcurrat, non tollit quôd exierit à ſæculo, ſi modus vitæ, quam agit, eſt ex ſe ſufficiens ad exitum à ſæculo. Verbula, quæ in fine huius argumenti adijcit Author, etiam omittimus; & dimittimus.

A *vbi ſupr. n. 11.*

B *3. p. tit. 24. ca. 7. in princ.*

Ad tertium dicimus plura. Primum eſt. Si tot authores determinant annum 1208. ſeceſſui B. Ioannis Boni in Eremum Cæſennatenſem, quomodo Doneſmundus præſcribit annum 1209. & ipſe Author præfigit annũ 1208. vel 1209. Si ergo ijs licet contra prædictos Authores terminum prorogare, cur mihi fas non erit anticipare? Præcipue cum B. Iordanus de Saxonia, & alij antiqui Authores, fortè illis antiquiores, tradiderint B. Franciſcum fuiſſe diſcipulum B. Ioannis Boni.

Secundum eſt. Scipio Claramontius, & Fabricius Manzenius, Authores recentiſsimi videntur; e quibus Claramontius Vvadingi placito adhæſit; Fabricius verô ab Oddone Epiſcopo Cæſennæ teſtatur traditam B. Ioanni Bono domunculam apud Budriolum; & cum Oddo præſulatum inierit ab anno 1203. optimè potuit illam B. Ioanni donare ab anno

1204.

1204. vel 1205. plùs minùs vè.

Tertium est; non constat nobis de antiquitate relationis archiui Cæsennæ, & chronicarum MSS. monasterij S. Crucis Cæsennæ, & Ephemeridis Cæsennaticæ MS. Nicolai Marini, & potuerunt hi authores occasionem errandi ex eo desumere, quod legerunt, vel audierunt Ioannem anno 1168. natum, annos quadraginta in sęculo consumpsisse. Hoc autem, vt ex dictis habetur, non conuincit eum anno 1208. tunc primum secesisse in eremum Cęsennatēsem; imò nec eo anno incępisse regulam Augustinianam obseruare.

Quartum est; potiùs fides est danda Constantio, qui ex processu Canonizationis vitā collegit, & ex eius relatione rē hanc examinato inter nos communi consensu firmatum est. At ex relatione Constantij manifestè constat primam secessionē in Eremum Cæsennatensem fuisse antè annum 1208. cum testetur Ioannem ab anno 40. ætatis vixisse inter Eremitas in Religione Augustiniana. Ergo citati authores non obstant, quominùs asseramus ex Constantio primā B. Ioannis secessionem in Eremū Cesennę an. 1204. vel 1205. plùs minùs vè cōtigisse.

Vltimum est. His authoribus opponimus grauissimos alios authores, & precipuè Constantium, qui Eremi colatum B. Ioannis protrahunt per plures annos, vt nullo modo incipere potuerit anno 1208. sed per aliquot antea annos. Cōstātius enim sic habet: C *Si enfermo egli ancora di più sorte di malattie cōttrate, ò per gli disagi patiti ne i deserti, oue austeramente trasse la vita da quaranta in cinquanta anni &c.* Id est, *ille etiam ægrotauit vario morborum genere, contractorum, aut ex laboribus toleratis in desertis, vbi vitam traxit à quadraginta ad quinquaginta annos.* Petrus de Natalibus, Episcopus Equilinus (vel qui author est Additionū) in cathalogo sanctorū editionis Lugdunensis anni 1545. D sic ait, *In qua regione per annos quinquaginta commoratus, in patriam inde reuersus est.* Philipus Bergomensis in Supplemēto chronicorum sic habet; E. *Tandem cum vir sanctus annis quinquaginta, & ampliùs in Flaminia commoratus fuisset, &c.* Arthmanus Schedel, in Ætatibus mūdi sic ait; F. *Tandem cum vir sanctus quinquaginta annis in Flaminia commoratus fuisset, &c.* Philippus Ferrarius in Cathalogo sanctorū Italiæ die 22.

C *lib.* 1. *cap.* 10.

D *libe.* 12. *cap.* 6. *fol.* 239.

E *lib.* 12. *an* 1199.

F *ætate* 6. *f.* 266

Octobris, G. sic inquit; *Quibus in locis annos quinquaginta cõmoratus in patriam venit*. At hæc ſtare non poſſunt, ſi B. Ioannes primô venit in Eremum Cęſennæ ann. 1208. Non ne etiam, & nos vetus illud poſſumus vſurpare, *Aut hoc teſtium ſatis eſt, aut neſcio quid ſit ſatis*. Et quare non dicemus, *Iam tandem te tot teſtibus acquieſcere poſſe, & debere exiſtimo*.

G pag. 662.

DIFFICVLTAS III. DE anno introductionis Regulę Auguſtinianę in Congregationem B. Ioanis Boni.

PVNCTVM I. DE QVÆSITO.

Exiſtimauit author in ſuo Apologetico, *H* vt Monachatũ Auguſtinianũ S. Franciſci impoſsibiliorem, & improbabiliorem redderet, regulam D. Auguſtini (ſuppoſitã Nicolai Cruſenij aſſertione de 25. annis vitæ anachoreticæ B. Ioannis Boni) nõ fuiſſe introductam in Congregationem B. Ioannis Boni ante annum 1233. Nos in Reſponſione noſtra aſſeruimus tria. Primũ eſt; *I* probabile eſt regulã D. Auguſtini introductam fuiſſe in Cõgregationem B. Ioannis Boni in principio anni 1207. & de hoc egimus difficultate pręcedenti. Secũdum eſt; *K* regula D. Auguſtini introducta fuit ad minus in fine anni 1208. vel in principio anni 1209. Tertiũ eſt; *L* regula S. Auguſtini introducta fuit multô ante annum 1233. & de his duobus vltimis in præſenti difficultate nobis eſt agendum.

H §. 3. nu. 11. pag. 38.

I Rep. 1. n. 19. pag. 11.

K n. 17 p. 10. & reſp. 3. n. 120. pag. 60.

L Reſp. 3. n. 109 Pag. 58.

Modô Author in Defenſione, *M* mordicus in ſua prima perſiſtit ſentẽtia, vt appareat nihil ab illo dictũ, quod ſcitè defendi non poſsit; ſed facilè ab ipſa diſceſſurus, & daturus manus, vt ipſe, ait, *N* & litem terminaturus, ſi fateamur B. Ioannem Bonum à ſæculo, & arte comica anno 1209. (& non curat de anno 1208. quem authores ab ipſo citati præſcripſerunt, licèt à nobis curari voluerit) conuerſum. Id autem contendit dulciſsimo blandiloquio, & ver-

M Sect. 5. §. 4. à pag. 190.

N Nu. 18. pag. 206.

bis adeò pacificis; vt potiori iure dicere ad amicũ possem, quod ille ad me dixit, O vt putabat, læsus, vt patebat, iratus; *Si appenderentur verba mea in statera, grauior valde hac tua ira appareret.* Sed verba omittimus, & dimittimus verba. Veniamus ad causam. Aduertimus tamẽ in sua Defensione Authorem pag. 219. lin. 10. sic scribere; *Accepit cum sodalibus regulam S. Augustini circa annum, MCCXXXIII.* Cum tamen in Apologetico, P sic scripsisset; *Quod si ita verùm sit, efficitur, vt post annum 1233. illam acceperit, &c.*

O *Sect.* 1. *n.* 4. *pa.* 147

P §. 3. *n.* 11. *p.* 38.

Ego sanè, si in hac, & in alijs cum authore controuersijs aliqua ratione conuincerer, vel aliquem nodum enodare, vel scindere non valerem, faterer ingenuè, nec recantare puderet; libensque æmularer parentem Augustinum, qui humiliter, & vtiliter palinodiam in pluribus cecinit; & ea, in quibus vt homo mendax errauerat, vt homo sapiens, & humilis veracitèr retractauit. Longè enim debet esse mens catholica, & religiosa ab hęretica pertinacia, de qua eleganter dixit Augustinus; Q *Quid nõ audeat humana temeritas, cum in sententiam nefandi præcipitatur erroris, quam relinquere propter vanitatem pudet, & defendere contra veritatem non pudet.* Si in aliquo me decipi, aut errare congnoscerem, non puderet propter vanitatem relinquere errorem, sed puderet contra veritatẽ defendere errorẽ. *Sicut enim* vt ait Augustinus cõtra Cresconiũ, R *Laudabile est à vera sententia non amoueri, ita culpabile persistere in falsa; quã nunquã tenere, prima laus est; secunda, mutare, vt aut ex initio vera permaneat; aut mutata falsa, vera succedat.* Dũ tamen intellectus non conuincitur, a sententia, cuius argumẽtis erat fortiter innodatus, facilè dimoueri non potest. Si res hæc ad solam voluntatem spectaret, libens lubensq́ amico voluntatem dedissem, cui intellectum gratis dare non possum; fatererque opinionem asserentem Monachatum Augustinianum S. Francisci non solum esse falsam, sed improbabilem, sed implicantẽ contradictionem. Vnde in nostro Alphabeto Augustiniano, sic habemus; S *Sapiẽtissimi M. Marquez vestigijs inhærentes de sola probabilitate gloriabimur, eo solo contẽti, quòd si qui ægrè ferũt Franciscum alterius instituti fuisse professorem ante proprij Ordinis fundationem, ægrè non ferant id esse probabile. Quòd*

Q *lib.* 4 *contra Cresco. cap.* 38.

R *lib.* 3 *cap.* 3.

S *litt.* F

si & probabilitati inuiderint, eaque molestiam ingesserit, ego (quod ad voluntatem spectat) etiã probabilitati volens, & lubens cederẽ. Malo enim pacem habere cum fratribus, quam Franciscum ipsum Seraphicũ aliquando inter fratres Augustinianos habuisse. Franciscum quippè, si meus fuit, etiamsi volens cessero, non possum amittere; pacem verò facile etiam nolens amittam; & gloriosius mihi, & felicius reputo pacem, & charitatem conseruare, quam Franciscum possidere. Magna quidem gloria, ingens honos ex tanto fætu Augustiniano nomini accederet; sed non adeò sterilis, aut parum fætosa, & abundans in egressibus suis soboles Augustini, vt sine Francisco Seraphico maneret ingloria.

Ad rem igitur accedentes, præsentem controuersiam sic explicamus, & examinamus. Regulam D. Augustini intro ductam fuisse in Congregationem B. Ioannis Boni saltem anno 1208. vel in principio anni 1209. atque adeò multò ante annum 1233. sic olim ostendimus. *T* Constantius Laudensis, quem Author in Apologetico, *V* vocat testem omni exceptione maiorem, in vita B. Ionnis Boni ex processu canonizationis edita, sic habet; *X Rende l'alma al Creatore in eta d'anni ottanta, & piu, quaranta cioe spesi al Secolo, & tutto il restante fra Romiti nella Religione Agostiniana.* Hoc est; *Reddidit animam Creatori ætatis annorum octaginta, & ampliùs, nimirum quadraginta consumptorum in sæculo, & omniũ reliquorũ inter Eremitas in Religione Augustiniana.* Ex quib constantij verbis, sic assertum probaui. Constantius annos quadraginta dixit sæculi, & omnes alios Religionis Augustinianæ. Tunc sic, vel loquitur de anno quadragesimo incæpto, vel de completo; & quocumque modo loquatur non potest congruè anticipari ante principiũ anni 1207. neque protrahi post annum 1209. cum natus fuerit anno 1168. & impleuerit annum quadragesimum anno 1208. Ergo necessariò fatendum est Regulam Augustinianã fuisse introductam, saltem anno 1208. vel 1209. Hoc, vt existimo, fundamento persuasus Ludouicus Iacobillus in Vitis Sanctorum, & Beatarum Fulginatensium, editis Fulginei anno 1628. censuit B. Ioannem Bonum anno 1209. suscepisse habitum S. Augustini, in hæc verba. *B. Ioannes Bonus Ordinẽ quasi extinctũ Augustinianum amplificauit in*

T *Res.* 3 *n.* 120. *pag.* 60.

V §. 1, *n.* 2. *p.* 7.

X *lib.* 1 *cap.* 15.

in Italia, sicut & fecit priùs S. Guillelmus Dux Aquitaniæ, qui fuit altera columna Ordinis Eremitani. Hic S. Ioannes Bonus fuit nobilis Mantuanus ex familia Bonbomia, aut Bona; & a Deo inspiratus assumpsit habitum S. Augustini anno 1209. Fundauit Conuentũ S. Mariæ de Budriolo prope Casennam, & Congregationem Zambonitarum, &c.

Hac ratione conuictus, vel, vt author vult, *Y* verbis Cõstantij, sed malè perceptis innixus, Hippolytus Donesmundus, Franciscanus, licèt data opera neget Monachatum Augustinianum S. Francisci; tamen B. Ioannem Bonum, & eius Congregationem ab anno 1210. authoritate Innocẽtij III. obseruasse regulam Augustini fatetur his verbis; *Z Anno sequenti* (scilicèt, post annum 1209.) *Iuit Romam in habitu simplicis Eremitæ S. Augustini, cuius regulam amplexus fuerat; impetrauitque ab Innocẽtio III. posse insimul congregare omnes Eremitas eiusdẽ regulæ, qui dispersi viuebant antea extra ciuitates, vt claustraliter aggregati cum determinatis legibus meliùs seruirent Ecclesiæ. Id quod per quadraginta alios annos, quos vixit, sic effecit vt postea sit a multis appellatus, Fundator Eremitarum S. Augustini in congregatione viuentium.*

Y sect. 5. §. 4. n. 18. p. 206.

Z p. 1. libe. 4. pa. 267.

Sed huic validissimo argumento duo respondet Autor in sua Defensione. *A* Primò, monet ne verbum quidẽ huiusmodi extare in processu originali. At ego potiùs fido Constãtio, (in quem etiã ille consenserat) qui in principio operis, post Innocentij IIII. Bullam hæc testatur. *Fu se cõdo la Bola formato il processo & trouato quãto à pũto seguira.* Et in fine dicti operis hæc adiecit; *B Et appare tuto cio, ch e nel presente tratato detto habiamo, per processo formato ad instãza della felicissima memoria D. Innocenzo IV.* Qui semel in principio, & iterum in fine testatur omnia à se enarrata in processu canonizationis contineri, nisi quis etiam velit pium virum temeraria malignitate mentitũ, suspicioni, nisi temerè, nõ est obnoxius. Neque Author debet fidem Constantij insuspicionem vocare, cum in hac Defensione sic habeat; *C Ego pari consensu in huius iudiciũ conspiro, nec damnare ausim, quem impensè laudaui, vnde & facili negotio litem terminandam putem, dum in vnius compromittimus sententiam.* Non ergo recedat Author à compromisso, fidem constantij extenuans, quẽ in suo Apologe-

A sect. 5. §. 4. nu. 2. p. 190.

B lib. 3. cap. 45. alias 46

C sect. 5. §. 1. nu. 1. p. 177.

logetico, *D* dum huius argu-
D §. 1. menti vim non perpenderat,
num. 2. testem omni exceptione maio
pag. 7. rem appellauit.

Secundò docet Constātiū apertè intelligendum esse de societate Eremitarum à B. Ioanne inchoata, quæ posteà euasit, non quæ nata est Augustiniana. Socios enim habuit Eremitas, antequam regulam Augustinianam à Sede Apostolica acciperet. Sed quis negauit B. Ioannem habuisse socios ante introductā D. Augustini regulam? Fatemur ita contigisse, sed per duos, vel tres annos plus minus vè, scilicèt ab an. 1204. vel 1205. Et de hoc tempore verificari potest quod Iordanus his verbis asseruit; *E*
E *lib.* 1. *Similiter Fr. Ioannes Bonus*
c. 9. *p. primò eremiticam vitam du-*
19. *xit; & posteà multorum Cænobiorum institutor fuit, & rector.* Et tēpore vitæ Eremiticæ, pro se, & pro alijs (vt verôsimiliùs est, quidquid in
F. *sect.* oppositū velit Author) *F* do-
5. §. 4. mum apud Budriolum incæ-
n. 9. *p.* pit de licentia diœcesani. Sic
198. enim habetur in fine Diplomatis Pontificij; *Non obstantibus, &c. seu conditione, quam prædictus Episcopus Casennatensis in concessione, quam fecit Fr. Ioanni Bono de loco Ecclesiæ S. Mariæ de Casenna prædicta, apposuisse refertur, quòd nec ipse Fr. Ioannes Bonus, nec aliquis eius successor, posset locum, & Ecclesiam prædictam alicui loco supponere, vel personæ, &c.* Si autē pro se solo domum incæpisset, nō ageretur de illius successoribus in instrumento donationis.

Prædicti autē duo, vel tres anni vitæ Eremiticæ ante introductionē regulæ à Constantio cōputantur intra quadraginta annos consumptos in sæculo, quia nondum exierat de sæculo per professionē Religionis approbatæ. Vi-
deat lector quæ diximus in G *resp.*
Responsione pacifica; *G* & om 2. *a nu.*
nia, quæ nunc ab Authore re- 47. *p.*
producūtur, *H* dissoluta repe 16. &
riet. Supersedemus enim à re *resp.* 3.
latione omnium, ne rem actā *n.* 100.
agere videamur, cum nihil no *p.* 55.
uæ difficultatis appareat. So & *resp.*
lum aduerto ex dictis vbi su- 4. *num.*
prà, *I* propagationē Congre 307. *p.*
gationis B. Ioannis Boni (de 145.
qua apud Bullā Innocētij IV.
& Iordanum de Saxonia) du- H *sect.*
pliciter saluari. Primò, si dica 5. §. 4.
mus contigisse ante introdu- *nu.* 2. *p.*
ctionem regulæ Augustinia- 191.
næ, ab anno 1204. vel 1205.
vsque ad principiū an. 1207. I *pag.*
Secundò, si asseramus cum 17.
Constātio, *K* & M. Marquez, K *lib.* 1
L propagationē fuisse post in *c.* 2 *p.* 4.
ductam regulam Augustinia- L *c.* 26.
nam (licèt ante eam propaga- §. 5. *p.*
tio- 433.

tionem, & introductionem regulæ quosdam etiam socios habuisset) & à Iordano de Saxonia, & Bulla Innocentij IV. per anticipationem (vt familiare est authoribus sacris, & prophanis) referri propagationem congregationis, antequam regulæ introductio referatur.

Ex his autem argumentum ex Constantio desumptum non retunditur. Semper enim ille testatur B. Ioannem ab anno quadragesimo suæ ætatis vixisse inter Eremitas in Religione Augustiniana. Asserere autem mentem Constantij eam fuisse, vt diceret B. Ioannem consumpsisse reliquum vitæ tempus in Religione Augustiniana, quia illud consumpsit in sodalitate, quæ ab anno 40. ætatis neque erat Religio, neque Augustiniana; sed decursu temporis, post viginti quinque annos incæpit esse Religio, & Augustiniana; quis non videat esse per vim extortum, & sinistrè cōtortum; neque argumentū veracitèr elidi, sed eludi fallacitèr? Præcipuè, cum Constātius, posquam in fine capitis primi dixerat B. Ioannem in eremo Cæsennatensi vitam angelicam ducere, & in circū uicinis populis pro sanctissimo haberi, hęc, quę sequuntur immediatè subiunxerit. *M* *Quando per tanto maggiormente accostarsi à Christo il santo Padre Romito, & far maggior profitto nella Religiō Christiana, si ristrinse con nuouo voto all'habito della cappa nera con la cintura di cuoio, di che gia vestiua Agostin santo, intendendo di passare à vita piu seuera, & piu rigorosa: nō passo molto che per la diuolgata sua santita concorreuano alui da ogni lato huomini risolutissimi di lasciare il mōdo ad essempio suo, & seco vita Romitica viuere, &c. Di modo che in meno di due anni crebbe tanto il numero delli Romiti in quella prouincia, che piu non ve ne capeua. Onde fu forza à quegli, che dopo conuennero, dilatarsi per altri paesi, noue solitudini ricercando.* Hoc est. *Cum vt magis sanctus Pater Eremita Christo adhæreret, & in Religione maiorem profectum faceret, se nouo voto restrinxit ad habitum cappæ nigræ cum corrigia coriacea, quibus olim S. Augustinus vestiebatur; intendens transmigrare ad vitam seueriorem, & rigorosiorem. Nec diu fuit, cum propter diuulgatam eius sanctitatem ab omni latere ad eum concurrebant homines resolutissimi ad relinquendum mūdum ad eius exemplum, & cum illo ducendam vitam eremiticam, &c.*

M *lib.* 1 *cap.* 2. *pag.* 4.

Ita

Ita quod in minori quàm duorum annorum tempore adeò numerus Eremitarum creuit in illa prouincia, vt plures non caperet. Vndè necesse fuit, vt qui postea conuenerint nouas solitudines vestigantes in alijs regionibus dilatarentur. Hęc Cōstātiusex processu canonizationis. Admittit ne regulam D. Augustini introductam post viginti quinque aut ampliùs annos ab incolatu eremi Cæsennatensis? Sanè non ita iudicauit Iacobillus, nec Donesinũdus; nec iudicabit quicunque rē attentè, & nullo affectu cæcus inspexerit. Quid igitur restat, vt ex Augustino verba mutuemus, N *nisi aut istum* Author *suum damnet errorem, aut eũ sic* Constantium *laudasse pæniteat.*

N *lib.* 2 *de grat. Christi, cap.* 41.

At propagationem huius Congregationis, licèt contingerit post inductam regulam Augustinianam, referri aliquando per anticipationem, siue recapitulationem, ante illius introductionem, suasimus in Responsione pacifica, O his fundamentis. 1. Quia in Bulla Innocentij IV. domus eremi Cæsennatensis refertur incæpta ante aliorum discipulorum conuersionem; cum tamen difficilè quis sibi persuadeat non fuisse incæptam post aliorũ discipulorũ accessum. 2. Quia Constantius in vita B. Ioannis Boni, P non assignat multiplicationem illius Cōgregationis, nisi post introductionē regulæ Augustinianæ. 3. Quia credibile non est eam Cōgregationem intantũ eo tempore excreuisse, nondũ approbatam, & sine approbata regula; cum tamen per eadem tempora Religio Seraphica in quibusdam prouincijs non sineretur ędificare loca, & ab alijs cum iniuria expelleretur, pro eo quôd sui status nullam litteram authēticam afferebat, vt S. Antoninus testatur. Q

O *resp.* 2. *n.* 51. *pag.* 18.

P *lib.* 1 *cap.* 1. & 2.

Sed non patitur Author propagationem huius Congregationis fuisse post acceptam regulam Augustinianam, & per anticipationem referri in Bulla Innocentij, & relatione Iordani; & in oppositum plura objicit in sua Defensione. *R* Primo, quod violentèr contorquetur narratio; *Et iniuria fit Guilielmo Card. Protectori, qui nescierit breuem historiolam exorientis Congregationis sibi commissæ legitima serie contexere;* & Iordanus de Saxonia eodem modo, quo Cardinalis, historiam retulit, nulla excogitata recapitulatione. At hæc facilè dissoluuntur. Sicut enim explicare loca sacræ Scripturæ per recapitulationem, siue anticipa-

Q 3. *p. titt.* 24 *c.* 7. *fol.* 237.

R *sect.* 5. §. 4. *nu.* 4. *p.* 193.

ticipationem, non est violentèr contorquere narrationē; neque iniuriā facere scriptori sacro, quasi nescierit historiam, siue historiolam legitima serie contexere; ita neq; in prę senti explicando narrata per recapitulationem, siue anticipationem, contorquetur violentèr narratio; neque fit iniuria Card. Protectori; neque Iordano de Saxonia, qui explicatione per recapitulationem nō eguit, quia nō erat tūnc aduersarius, qui obijceret D. Franciscum non potuisse esse discipulum B. Ioannis in Religione Augustiniana, quia regula D. Augūstini ante annum 1233. in illam Cōgregationem nō fuerat introducta.

Obijcit. 2. Quia Iordanus, qui hoc ipso modo, quo narratur in Pontificia Bulla, exordia huius Congregationis retulit in sua historia; *S* sic habet. *Vocabantur autem isti homines, Fratres Eremitæ Fr. Ioannis Boni, cum ipse fuerit primus institutor eorum, & quasi Prior Generalis Ordinem illum paterna solicitudine gubernaret. Cum autem ijdem Religiosi aliquam de approbatis regulam non haberent, Ordini Eremitarum S. Augūstini de mandato Sedis Apostolicæ sunt vniti, &c.* Ecce ante acceptam regulam, vocabantur Eremitæ Fr. Ioannis Boni, nulla facta mentione S. Augustini. At vbi obtinuerunt ā Sede Apostolica B. Augustini regulam sibi dari, statim affixum est nomen S. Augustini. Sic enim ait Diploma. *Qui cum iām vocarētur Fratres Eremitæ Ioannis Boni Ordinis S. Augustini, &c. Ergo liquet manifestè aliquoto tempore extitisse Congregationem antequàm fieret Augustiniana, & multis annis cū Eremitis vixisse ante hanc, quam contendis, professionem.*

S *lib. c 8. p. 16.*

At hæc objectio ex dictis suprà, & in Responsione pacifica, duplici via retunditur. Prima est, si dicamus eam nomenclaturam Eremitarū Fr. Ioannis Boni conuenisse per illud duorum, vel trium annorum tempus (nō annorum 25. vt Crusenius in Monastico asserit; *T* neque vltra annos octo decim, vel viginti, vt Marquez admisit; *V* vterque enim ex falsa suppositione annorum Natiuitatis, mortis, & ætatis B. Ioannis Boni, cum non vidisset vitam ā Cōstantio editam, deceptus errauit) quod intercessit ā prima secessione in Eremum Cæsennatensem anno 1207. iuxta superiùs dicta. Neque longiori tempore opus erat vt sic denominarentur.

T *par. 2 c. 24. p. 107.*

V *c. 26. §. 3. pa. 431.*

Secunda est, asserendo, ea verba per anticipationem dicta, inuerso, & immutato aliquantulū ordine narrationis Pontificię. Iordanus enim denominationem Eremitarū Fr. Ioannis Boni, & gubernationem, & institutionem Ordinis à B. Io[redacted]e Bono priùs retulit quàm acceptionem regulæ; Diploma verô Pontificium priùs retulit acceptionem regulæ. Cum enim ante acceptam regulam D. Augustini nullam illorum Eremitarum nuncupationem, neque gubernationem B. Ioannis *Bo*ni enarrasset, post acceptam regulam hæc adiecit. *Qui cū iam vocarentur Eremitæ Fr. Ioannis Boni Ordinis S. Augustini, &c.* Et infrà. *Cumq; dictus Fr. Ioannes Bonus, qui per plures annos Fratribus prædictis præfuerat, & Fratres ipsi eidem tanquam instituтori Ordinis ipsorum reuerentèr intenderāt, &c.* Anticipauit ergo Iordanus hęc, quæ Bulla post acceptam regulam enarrauit. Omisit autem affigere nomen S. Augustini, ex communi modo loquēdi, quo eo tempore nunc ea Congregatio vocabatur Ordo Eremitarum Fr. Ioannis Boni, nunc Ordo Eremitarum Fr. Ioannis Boni Ordinis S. Augustini. Aduerto tamen circa narrationē Diplomatis, Discipulos B. Ioannis Boni, antè sancti viri obitū vocatos Eremitas Ioannis Boni, sed à populo, sed ab alijs. Ipsi enim, vt notaui in Responsione pacifica; X hanc denominationē non
assumpserunt vsque ad capitulū Ferrariense anno 1249. X *resp.* 4. *num.*
in quo cognita B. Ioannis 295. *p.*
morte statuerūt vt professio 139. *&*
fieret hoc modo. *Ego N. facio* *nu.* 308.
professionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ, & tibi Priori Generali Fratrū Eremitarum Ioannis Boni, &c. *p.* 146.

Objicit. 3. Author; Y *Quòd*
in illa eremo neque domus, Y *sect.*
neque Cænobium, neque Reli- 5. §. 4.
gio præextitit Augustiniana; *n.* 6. *p.*
neq; alij ante eū in deserto Ca- 196.
sennatensi erant Eremitæ, cum quibus vixisse potuerit, vti toties inculcas. Ipse primus fuit huius eremi cultor; non ille se alijs adiunxit, sed alij ad eum accesserunt, & eius exemplo conuersi sunt, &c. Non explicat Author vbi id toties inculcauerim. Prudenter agit; quod enim nunquā asserui (ni memoria omninô me fallit) inculcatum ostendi
non potest. Quin immô; Z hoc Z *resp.*
inter S. Guillelmū, & B. Ioan- 4. *num.*
nem discrimē assignaui (sicut 310.
assignauerat Marquez) A A *c.* 13.
quòd B. Ioannes Bonus fun- §. 10. *p.*
dauit suam Congregationē, 227. *&*
cùm esset extra Ordinem S. §. 18. *p.*
Au- 246.

Augustini; at verò S. Guilelmus priùs suscepit habitum, & regulam Ordinis S. Augustini; & iam existens intra Ordinem, erexit nouam Congregationem sub obedientia separata. Et ibidē *B* expresſè
B *resp.* 4.*num.* 317.*p.* 148.
assero Congregationem B. Ioannis non esse per continuatam successionem ab aliquibus Eremitis ab Augustino institutis propagatam. Et ibidem *C* obseruo per errorem tribui Marquez quôd di
C *num.* 314.*p.* 147.
xerit habitum nigrum fuisse ab aliquo Eremita S. Augustini datum Congregationi S. Ioannis Boni. Vbi ergo toties inculco in eremo Cæsennatensi præextitisse domum, Cœnobium, aut Religionem Augustinianam, vel Eremitas Augustinianos, ad quos B. Ioannes Bonus accesserit? Sed fortè oportebat hæc nobis etiam imponi. Aduerto nihilominus, etiam si asseruissemus in desertis Cæsennæ, & Flaminiæ extitisse aliquos Eremitas Augustinianos, & ab eis B. Ioannem Bonum impetrata priùs à Sede Apostolica regula, & Ordine B. Augustini, habitū suscepisse, non omninô sine Authore loqueremus, vt constabit ex authorū testimonijs, quę in responsione ad quintam Authoris ob-
D *sect.* 5. §. 4. *nu.* 7. *p.* 197.
ijectionem allegabimus.

Objicit. 4. Author; *D* quia mirum non est, quôd Constantius dixerit B. Ioannē vixisse reliquum vitæ tempus inter Eremitas in Religione Augustiniana; nō quia tunc erat Augustiniana, sed quia posteà euasit Augustiniana. Sic enim Religio Frāciscana dicta est Ordo Minorum ante, & post susceptam, & cōfirmatā à Sede Apostolica regulā; & Dominicanum institutum eodem Religionis nomine audiuit, licèt per aliquot annos sua exordia habuerit ante acceptam à Pontifice Honorio S. Augustini Regulam.

At certè valdè mirum esset quôd B. Ioannes Bonus assereretur à Constātio egisse omne reliquum vitæ tempus in Religione Augustiniana; quę tamen tunc non erat propriè, & in rigore Religio; neque Augustiniana; sed post viginti quinque circitèr ann. euasit Religio, & Augustiniana. Præcipuè, cum Constantius expresſè asserat *E* B. Ioannem suscepisse habitum S. E *lib.* 1. *c.* 2. *p.* 4
Augustini, & eius instituti votum emisisse, non multô post susceptam vitam Eremiticā, vt ex fine capitis primi satis clarè colligitur. Quod autē adducit Author de Religione Dominicana, & Franciscana, longè est disparis rationis. A principio enim suæ institutionis, siuè essent strictè,

siuè largè Religiones, semper fuerunt institutæ à B. Dominico, & à D. Francisco; atque adeo à primo suo exordio dici, saltèm largè, potuerunt Religiones Dominici, & Frãcisci; sicut eadem Congregatio B. Ioannis Boni, propter eamdẽ rationem, potuit à suo ortu largè nuncupari Religio Ioannis Boni; nõ verò potuit à suo ortu appellari Religio Augustiniana, nisi à suo ortu Augustino esset addicta; sicut neque Religio D. Dominici dici potuisset à suo principio, Religio Prædicatorum Ordinis S. Augustini, quia à suo principio Regulam D. Augustini non acceperat.

F *vbi sup. nu. 10. pag. 199.*

Obijcit 5. Author; F quia Constãtij testimonio nihil probatur. Is enim ait in capitis secundi titulo Ioannem suscepisse habitum S. Augustini; & in ipso capitis exordio, eius instituti votum emisisse. *A quo quæso* (ait Author) *suscepit habitum? In cuius manibus votum emisit? A quo instructus, si priùs nullos habuit qui habitum conferrent, votũ admitterent, instituti legibus erudirent?*

Sed hæc obiectio eamdem difficultatem patitur, etiam si regula anno 1233. fuerit introducta, & B. Ioannes habitum susceperit, & votum emiserit. Et tamẽ hæc anno 1233. vel sequenti contigisse Author affirmat. Tunc sic. *A quo B. Ioannes suscepit habitum veræ, & propriæ Religionis anno 1233? In cuius manibus votum emisit. A quo fuit instructus in regula Augustini?* Quidquid ergo Author respõderit pro an. 1233 respondebo & ego pro anno 1207. Et sanè, in nouis Ordinum, aut Congregasionũ institutionibus habitus solet suscipi ab eo, cui Pontifex id munus commisit, & in eius manibus votum emitti; & ille quædam alia necessaria præscribit; & institutores hinc inde colligunt pro suis sodalitatibus instructiones, vt manifestum est in plurimorum Ordinum, aut Congregationum fundationibus apud Authores, qui historias Religionum euulgarunt; & colligitur ex cap. *viduitatis* 27. Quæst. 1. & de facto ita contigit anno 1408. in Fr. Stephano Senensi, qui Congregationem Canonicorum Regularium S. Saluatoris de Silua lacus primùs erexit.

Duo tamen circa hanc obiectionem obseruo. Primum est, vel Author reijcit testimonium Constantij, qui ex processu canonizationis vitam cõcinnauit, vel admittit. Si reijcit, quomodo in Apologetico G Constantium tam

G §. 2. n. 5. 6.

impensè laudauit, & testem asseruit omni exceptione maiorē? Quomodo in Defensione H sic ait? *Ego pari consensu in huius iudicium conspiro, nec damnari ausim, quem impensè laudaui, vnde & facili negotio litem terminādam putem, &c.* Si verò admittit, fateatur cum Constantio non multis annis post secessum in eremū B. Ioannem induisse habitum nigrum & corrigiam Ordinis S. Augustini, & exinde Religionem Augustinianā in ea solitudine propagatam.

H sect. §. 1. n. 1. p. 77.

Secundum est. Constantius non est singularis dum asserit B. Ioannem suscepisse habitum S. Augustini, & eius instituti votū emisisse. Id enim expressè asserunt plures, & graues Authores, tàm exteri, quàm domestici. Ex domesticis Philippus Bergomensis in Supplemento Chronicorum editionis anni 1486. sic ait? *I Idéque susceptio Religionis Eremitarum D. Augustini habitu, adeò in principio carnalibus incēdijs pulsatus fuit, &c.* Vener. Alfonsus de Orozco in Chronica Augustiniana edita anno. 1551. sic habet; *K Dos leguas de Cesena en vn iermo hizo gran penitencia en soledad. De alli vino a tomar el habito de N. P. S. Augustin, &c.* Inter exteros verò Petrus de Natalibus (vel potiùs Author additionum ad illum) in Cathalogo Sanctorum sic inquit; *L Post modū sumpto Eremitarum D. Augustini habitu carnalibus incendijs torerri cępit, &c.* Paulus Morigia in Historia Religionum, edita Venetijs anno 1569. sic inquit; *M Prese i'habito religioso dell' ordine Romitano di S. Agostino & in quello visse in gran Santimonia, &c.* Philippus Ferrarius in Cathalogo Sanctorū Italiæ sic ait; *N In specu apud Cęsennam aliquandiù se mirā dū in modum afflixit, quoad habitu Eremitarum S. Augustini indutus, cum carnis incendijs æstuaret, &c.* Ludouicus Iacobillus vbi suprà pag. 207. sic ait; *Et à Deo inspiratus assumpsit habitum S. Augustini anno 1209.* Et Hippolytus Donesmundus, Franciscanus, in historia Mantuana; O suprà à nobis relatus, sic habet; *Anno sequenti* (scilicèt post annum 1209.) *Iuit Romam in habitu simplicis Eremitæ S. Augustini, cuius Regulam amplexus fuerat; impetrauitque ab Innocentio III. posse in simul congregare omnes Eremitas eiusdem Regulæ, qui dispersi viuebant anteà extra ciuitates, vt claustralitèr aggregati cū determinatis legibus melius seruirent Ecclesiæ.* Erant ergo in sententia Donesmundi in desertis Flaminiæ Eremitæ S. Augustini, a quibus B. Ioannes Bonus potuisset habitum

I lib. 12 sub ann. 1199.
K f. 36.
L libr. 12. c. 6. f. 239.
M c. 17 fol. 45.
N pag. 661.
O parte 1. lib. 4. p. 267.

bitum Augustinianum suscipere, & in eorũ manibus eius insti tuti votũ emittere. Nunquid in suo asserto valdè singularis est Constantius? Sed, esto esset singularis, fides illi ab Authore foret adhibenda, tum quia ipse in eum compromisit, tum quia Constantius ex processu canonizationis omnia enarrauit.

Obijcit. 6. vel respondet Author, *P* mirum non esse Frãciscanos fuisse repulsos, dum testimonium authenticum sui status non afferebant; Ioan. Bonitas verò non fuisse repulsos; quia Franciscani extra Italiam missi, ex quibusdam prouincijs iniuriosè repellebantur, quia dum ex fine & instituto missionis in populis prædicabant, tãquàm aduentitij & ignoti peregrinæ vestis viri abijciebantur; at Eremitæ illi intra Italiam tantũ, in regionibus, per quas noscebantur, in solitudinibus delitescebant.

P §. 4. *nu.* 11. *p.* 199.

Sed contra est. Quia Antoninus sic ait; *Q Missi hinc inde per orbem Fratres, a quibusdam prouincijs* (nõ explicat an hæ quædam prouinciæ essent omnes extra Italiam) *recipiebantur vt pauperes, sed non sinebantur ædificare loca, & ab alijs cum multis iniurijs expellebãtur tanquàm falsarij & suspecti, pro eo quòd sui status nullam litteram authenticam afferebãt.* Ea est causa ab Antonino assignata, propterquàm non sinebantur ædificare loca etiã in prouincijs quibusdam, in quibus recipiebantur vt pauperes. Sinerentur ergo ædificare loca, si testimonium authẽticum attulissent. Ergo Eremitæ, qui vbique sinebantur tot loca ædificare, authẽticum sui status testimonium afferebãt. Neque alicuius momenti est disparitas, quòd essent extra Italiã, vel intra Italiam; quia vbicumque requirebatur testimoniũ authenticum sui status. Et deinde quis reuelauit Authori eam repulsam tantum extra Italiæ limites contigisse? Licèt enim Antoninus dicat Fratres hinc inde missos per orbem; tamen si mitterẽtur, v.g. ab vrbe Romana, vel Asisiatẽsi; rectè dicerentur mitti per orbem, etiam si aliqui eorum in varias Italiæ prouincias mitterentur. Neque obstat quòd Patres Ordinis Seraphici ante has repulsas in præcipuis Italiæ partibus mirabilitèr creuerint. Id enim dicendũ est ibi contigisse, vel quia pro his partibus afferebãt aliquod testimonium authenticum; vel quia satis ibi constabat Religionem illam esse ab Innocentio III. viuæ vocis oraculo confirmatam. Si autem non afferrent aliquod testimonium authẽticum, vel saltèm non cõstaret

Q *vbi supra.*

eam

eam familiam esse viuæ vocis oraculo confirmatam, non sinerentur Fratres loca edificare, saltèm post concilium generale Lateranense. Ergo si Eremitæ sinebantur tot loca ædificare, afferebant aliquod testimonium authenticum sui status, vel aliàs constabat eos esse legitimè confirmatos.

Adde in libro, *Monumenta Ordinis Minorum*, sic habetur fol. 3. *Amo igitur III. Pontificatus istius Domini Honorij cum regula Fratrum Minorum non esset adhuc rescripto Apostolico, & Bulla communita, nec modus viuendi fratrum mundo agnitus, ab aliquibus cēsebātur insani, a nonnullis etiā nouitatū inductores, & adhuc non Catholici; propter quod multa patiebantur in primitiua eorum Religione opprobria*; (non limitat extra Italiam) *quo accepto a dicto Honorio III. deuotione maxima, qua ad ipsum Ordinem, ac ad eius institutorē afficiebatur, motus, misit litteras omnibus Archiepiscopis, & Episcopis, cæterisque alijs Prælatis, eis mandans vt in diocesibus suis Fratres tanquā Catholicos, & verbi Dei seminatores benignè, & charitatiue recipiant, se fauorabiles eis exhibētes. Quarum tenor incipit; Honorius, &c.* Cum dilecti filij. *Quarè infra in sijo tractatu.* Extant hæ litteræ infrà in eodem tractatu, fol. 22. & datæ sunt 3. Idus Iunij anno 3. Pontificatus; & diriguntur in hunc modū; *Archiepiscopis, & Episcopis, Abbatibus, Decanis, Archidiaconis, & alijs Ecclesiarum Prælatis. Cum dilecti filij, &c.* Neque vlla apponitur limitatio ad Prælatos extra Italiam constitutos. At in Supplemento priuilegiorum Ordinis Minorum, edito Barchinone ann. 1523. habetur parte 2. fo. 83. aliud priuilegium eiusdem Honorij datum Viterbij 4. Cal. Iunij an. 4. Pontif. vbi testatur se Ordinem Minorum de approbatis habere, & dirigitur tantum ad Prælatos per Regnum Franciæ constitutos.

PVNCTVM II. CIRCA primam probationem tertij asserti.

SED progrediamur vlterius, & examinemus tertiū nostrum assertum. Censuimus in Responsione nostra, Regulam Augustinianam fuisse introductam in Congregationem B. Ioannis *R resp. 3. num. 109. & seqq. p. 58.*

Ioannis Boni multò ante annū 1233. Idque triplici verissimo testimonio confirmauimus.
S §.3.n. 11.pag. 38. Crediderat olim Author *S* regulam prędictam non fuisse introductam antè annum 1233. Nunc in *T* Defensione triplex
T sect. 5. §.4. à nu.12 p.200. illud testimonium multiplicitèr vellicat & retundere intendit. At ni fallor triplex horum testimoniorum cuspis retúdi non potest, neq; eorum gladius facilè poterit hebetari.

V vbi supra. Primum testimonium desumpsimus *V* ex Bulla Innocētij IV. data Agnanię 7. idus Septembris anno 1254. Incarnationis Dominicæ in fauorem Ordinis Eremitarū B. Ioannis Boni; ibi. *Omnes libertates, & immunitates a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus locis vestris concessas, &c.* Ex quo sic argumentati sumus. Ergo huic Congregationi viuēti sub regula S. Augustini confirmat Pontifex priuilegia à suis prædecessoribus ipsi concessa, dū sub Augustini regula viueret. Aliàs Pontifex deberet exprimere se confirmare priuilegia, etiam si essent concessa antequàm regulariter se haberent; sicut quando post vnionē anni 1256. Pontifices nobiscō firmarunt priuilegia, expressè addiderunt se loqui de priuilegijs etiam antè vnionem concessis. Sed prędecessores immediati fuerant, Cælestinus IV. qui tantùm vixit 17. diebus, Gregorius IX. & Honorius III. Ergo saltèm Honorius III. & Gregorius IX. sunt prędecessores, quorum privilegia Innocentius IV. confirmauit; atque adeò Regula S. Augustini in ea Cōgregatione seruabatur adminùs anno 1227. in quo Honorius III. Romæ obijt 15. Cal. Aprilis.

Respondet Author vbi suprà; *X* me apertè decipi in Diplomatis intellectu; seque admirari me non aduertisse Scriptores vti ordinarijs & communibus formulis, tàm in alijs materijs, quàm in susceptione monasterij, aut Religionis sub protectione Sedis Apostolicæ; quod videre etiam licèt in Bullario Augustiniano, in quo eadē Bulla ponitur pro Eremitis Tuscię, Brittinēsibus, Vltramōtanis, & pro Ordine Eremitarū. Addit deinde Scriptores non se astringere vt seriò, aut strictè examinent àquibus, aut quot Pontificibus cōcessa sunt priuilegia; sed sub cautiori, & securiori clausula, & formulà verborum scribere confirmari à Pontifice omnes libertates, & immunitates à suis prædecessoribus concessas; nimirùm, si plura à pluribus Pontificibus sint ipsis, vel ipsorum locis concessa, ea omnia velle rata & confirmata; neque ampliùs probare Bullam Innocentij. X n.13 p.201.

In hoc sensu intelligenda esse prædicta Bullę verba, probat Author, vt ipse ait *Y* *manifestissimè*, ex ipso Innocẽtio, & Bullario Augustiniano. Idem enim priuilegium sub eadem forma verborum concessit Innocentius Eremitis per Thusciam constitutis, 6. Cal. Maij anno 1244. cum nõ nisi anno præcedenti, 17. Ianuarij ipse eis cõcesserit regulã S. Augustini, vt ex constit. 1. & 4. in prædicto Bullario constat, & Author dixit in Apologetico *Z*. Et idẽ Pontifex Innocentius concessit idem priuilegium expressis eisdem verbis in Bullario Cherubini, *A* Monachis Siluestrinis, cum illi paulô ante sub Gregorio IX. incæpissent.

Y n. 15 p. 203.

Z §. 5. n. 3. & seqq.

Respondet 2. priuilegium non loqui de immunitatibus à prædecessoribus Romanis Pontificibus concessis Religioni, aut Religionibus; sed *locis*, inquit, *vestris cõcessas. Potuerunt autem*, ait Autor, *acquisiuisse loca aliqua, aut templa, longè antea ędificata, quibus aliquot Pontifices multa indulserint fauorabilia*. Et adhuc modum decet Honorium III. vetustæ Ecclesiæ S. Romani Tolosæ priuilegia confirmasse Dominicanis, qui ante paucos annos sub Innocentio III. Ordinem inchoarant. Omitto, & dimitto plurima, tertio quoq; verbo, verbula, quibus gloriantèr exultat, triumphat, & pungere intendit. At nos alitèr.

Non mirarer me in huius Diplomatis intellectu, & in sexcentis alijs, fuisse deceptum. Noui enim hominũ esse errare, & humanum a me nihil alienum puto. *Quis enim homo est*, ait Ambrosius, *A* (vel qui Author est commentariorum in Paulum) *Quem non aliquid latet? Interdum enim, aliquit vtile putamus, quod inutile est, &c. Nam quædam causa nos fallere solent ex causis aliquibus orta, vt quod nõ est vtile, putemus vtile*. Forsan & hoc mihi accidit. Et si accidisse cognoscerem, gratias agerem instructori meo, etiam si foret indoctus quidã è populo. *In eo enim quod Iethro dat consilium genero suo Moysi, B ne occupatus iudicijs populi & ipse & populus consumeretur cõsũptione intolerabili*, ait Augustinus, *C Scriptura nos admonet per quemlibet hominem detur consilium veritatis, non debere contẽni*. Crediderim tamen me non putasse vtile quod inutile erat; & fortasse sapientissimum Authorem, si hæc videre dignatus fuerit, nobis consensurũ. Ostendam enim clarè in nulla alicuius Religionis, aut Congregationiis, ab Eremitica

A in c. 4. epist. 1. ad Cor.

B exodi. 18.

C q. 68. in exod.

Augustiniana diuersæ, confirmatione clausulam prædicti temporis apponi, nisi ea Religio, aut Congregatio, vel eius loca, a duobus saltèm prædecessoribus Pontificis concedentis aliqua obtinuissent priuilegia. Id autem ostendemus summatim referendo confirmationes, quas nosse potuimus, stabilientes ea, quæ supponimus pro huius argumenti explicatione, & solutione.

Igitur suppono 1. prædictam clausulam Bullæ Innocentianæ non sic esse clausulã styli scriptorũ, quod adaptetur Religioni, aut Congregationi, siue ipsa, aut eius loca, habuerint priuilegia aliquorũ Romanorum Pontificum concedentis prædecessorum, siue non; sed necessariò supponere eam solitudinem, siue eius loca obtinuisse priuilegia aliorũ saltèm duorũ Pontificum Romanorum. Id autem suadeo 1. Quia licèt Pontifices, dum virtutes alicuius commendant, vel crimina notant, communi hominum more vitia, aut merita amplificent, & exaggerent; tamen in clausulis narratiuis, & quæ factum continent, adduci nõ possum, vt credam eos aliquid admisscere quod veritati repugnet, sicut repugnaret asserere priuilegia fuisse à prædecessoribus concessa, cum concessa nõ essent. Si enim concessa non erãt; Pontifex asserens fuisse concessa, mentitus est. *Si autẽ ibi mentitus est*, vt cum Augustino ad Hieronymum D dicam, *vbi verum dixit?* Scilicèt, in similibus rescriptis & clausulis. *An ibi verum dixisse videbitur, vbi hoc dixerit, quod lector sapit? Cum verò contra sensum lectoris aliquid occurrerit, officioso mendacio deputabitur.* D *epist. 9. c. 3.*

2. Idem suadeo. Quia hæc clausula, de qua agimus, non est omninò eadem in omnibus priuilegijs eiusdem formulæ, quę incipit, *Religiosam vitam eligentibus*. Hæc autẽ disparitas ex nullo alio capite oriri potest, nisi quia in vno priuilegio esset vera, & in altero falsa; & Pontifex non voluit apponi clausulam narratiuam falsam; vel quia nondũ Pontifices incæperant eo modo confirmare priuilegia prædecessorum: Ergo clausula de qua agimus, non sic est clausula generalis ex stylo scriptorũ, vt aliquando sit falsa. Maiorem, in qua est difficultas, varijs exemplis ostendo. Primum est Cælestini III. pro Congregatione Monachorum Montis Virginis, in Bullario Cherubini, E sub Dat. Laterani 2. Nonas Nouembris anno 1197. quę est in eo tomo Bulla prima huius tenoris, E *to. 1. p. 31.*

&

& in ea aponitur prædicta clausula, licèt Pontifex suscipiat monasterium sub sua protectione adinstar Alexandri III. & Lucij III. Et tamen pag. 99. Vrbanus IV. sub dat. Vrbeueteri V. Idus Ianuarij anno 2. Pontif. sic habet; *Et omnes immunitates, & libertates à Romanis Pontificibus vobis, vel monasterio vestro concessas, &c.*

Secundum exemplũ est Honorij III. pag. 44. in confirmatione illustrissimi Ordinis Prædicatorum, sub dat. Romæ Cal. Ianuarij anno 1216. vbi prædicta clausula sic habetur; *Libertates quoq; & immunitates antiquas, & rationabiles consuetudines Ecclesiæ vestræ cõcessas, & hactenus obseruatas ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas permanere sancimus.*

Tertium est Innocentij IV. pag. 64. in confirmatione Ordinis Monachorum Siluestrinorum, sub Dat. Lugduni 5. Cal. Iulij anno 1247. Ibi. *Præterea omnes libertates & immunitates a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Eremo vestræ concessas; nec non libertates, & exceptiones sæculariũ exactionum à Regibus, & Principibus, vel alijs fidelibus rationabiliter vobis indultas, authoritate Apostolica, & præsentis scripti priuilegio communimus.*

Quartum est Benedicti XI. in appendice, *F* in confirmatione Ordinis Cælestinorũ, sub dat. Laterani 2. Idus Martij anno 1304. in qua Bulla deest clausula, de qua agimus, licèt in principio de eiusdem Ordinis monasterijs sic habeatur; *Quæ per speciale priuilegium Sedis Apostolicæ nouimus ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinere.* F to. 3. p. 13.

Quintum est Innocentij IV. in Bullario Augustiniano, G pro Fratribus Eremitis in Tuscia, sub dat. Laterani 6. Cal. Maij anno 1244. Ibi: *Præterea omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus locis vestris concessas; nec non libertates, & exceptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel alijs fidelibus rationabiliter vobis indultas, authoritate Apostolica confirmamus.* Eandem omninò clausulam habet *H* pro Fratribus Eremitis in vltramõtanis partibus, sub dat. Asisij 2. Cal. Iunij anno 1253. Et pro Fratribus Eremitis, *I* scilicèt B. Ioannis Boni, sub dat. Anagniæ 7. Idus Septẽbris an. 1254. Et Alexander IV. eandẽ etiam G pag. 166. H pag. 181. I p. 335

omninô clausulã habet, *K* pro
Kp. 2. Fratribus Eremitis in Tuscia
sub dat. Anagniæ 3. Cal. Augusti ann. 1255. adinstar fel. rec. Innocẽtij sui prędecessoris. Et pro Fratribus Eremitis de Brittinis, *L* adinstar fel.
Lpa. 6. rec. Innocentij, sub dat. Neapoli 4. Idus Aprilis an. 1255. Et Vrbanus IV. pro Fratribus Eremitis in regno Hungarię, *M* sub dat. Viterbij (sic
M pag. 371. vidimus in originali. At in Bullario deest) 3. Kal. Aprilis an. 1262. Et Clemens IV. adinstar Innocẽtij IV. *N* pro Fratribus Ordinis Eremitarum
N pag. 252. S. Augustini in Tuscia, sub dat. Viterbij 6. Nonas Maij anno 1268.

Quid ergo est, quod in priuilegijs aliorum hæc clausula, vel non apponitur, vel diuersismodis apponitur, atque in priuilegijs nostrorum Eremitarum; vel si eodem modo apponitur, sermo est de Religione, Congregatione, vel domo, quæ iam habebat priuilegia à duobus saltèm Romanis Pontificibus concessa? Quid aliud esse potest, postquàm ea formula incæpit esse communis, nisi quia veritas quærebatur, & in alijs nõ verificabatur, quôd eorũ loca haberent immunitates a Romanis Pontificibus concessas? Si enim esset generalis clausula styli, absque attẽtione ad verificationem, quare in priuilegijs aliarum Religionum, quæ sunt similis formulæ, & tenoris, vel non fuit apposita, vel non eodem modo?

3. Idem suadeo. Quia in his, & similibus priuilegijs hæc clausula solet apponi in confirmationibus Religionũ, aut Congregationum, sub D. Augustini regula militantiũ; & mutatis mutandis, etiam in confirmatione earum, quæ D. Benedicti legibus subsunt: *In primis siquidem statuẽtes, vt Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. Augustini regulam in domibus ipsis authoritate Apostolica institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obseruetur.* Hoc modo habetur in priuilegijs nostrorũ Eremitarum; sed in priuilegio Brittinensium hęc adijciũtur verba; *Atque institutionẽ Eremiticæ vitæ Fratrum Brittinẽsium.* Inquiro modo ab Authore, an ex hac clausula generali rectè inferatur illum Ordinem Canonicum esse in pluribus domibus institutum, vel non? Si dicatur primum, vt dici debet; ergo etiã ex eo quod immunitates dicũtur concessæ à Romanis Pontificibus, infertur fuisse concessas à pluribus Romanis Pontificibus.

Si verô dicatur secundum; contra

cōtra est. Quia in alijs similibus priuilegijs non apponitur, *in domibus vestris*. In priuilegio Monachorum S. Basilij S. Saluatoris Messanensis in Bullario Cherubini, O quod est Alexandri III. sub dat. Anagnię 12. Cal. Nouembris anno 1175. sic habetur; *quæ in eodem monasterio antiquitus instituta esse dignoscitur*. Et in priuilegio Monachorum Montis Virginis, P *In eodem monasterio*. In priuilegio Ordinis S. Mariæ in Saxia de Vrbe, Q quod est Innocētij III. sub dat. Laterani 13. Cal. Iulij anno 1204. *In eodem loco per nos instituto*. In priuilegio Ordinis Prædicatorū R, *in eadem Ecclesia*. In priuilegio Ordinis Siluestrinorum, S *in eadem eremo*. In priuilegio Cælestinorum, in Appendice, T sic habetur; *In primis siquidem statuētes, vt Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & B. Benedicti regulam in monasterijs, Prioratibus, & membris, & alijs locis prædictis institutus esse dignoscitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur*. In priuilegio Gregorij IX. anno 1237. cuius mentionem fecimus in nostra Responsione pacifica, V pro Hospitali Pragēsi S. Francisci, *in eodem Hospitali*. Vt quid ergo hoc discrimen, nisi quia etiā in his clausulis narratiuis generalibus seruatur attentio ad veritatem, & immutabatur clausula pro vt opus erat, vt verificaretur?

O to. 1. p. 27.
P p. 31.
Q p. 38.
R p. 44.
S p. 64.
T to. 3. p. 13.
V resp. 5. num. 314. p. 47.

4. Idem suadeo. Quia in prima confirmatione Religionum, siuè Congregationum plurimarum, nulla fit mentio priuilegiorum à Romanis Pōtificibus concessorum; fit autēm posteā in successorum priuilegijs, quando iam præcesserant alij Pontifices, à quibus priuilegia obtinuerant. Ergo quando in prima cōfirmatione non fit mentio, est quia illa non impetrauerant, vel non cōstabat de illorum impetratione; quando verô fuit, est, quia iam illa obtinuerant; & non quia formula erat generalis sine attentione ad verificationem. Si enim res ita se habuisset, etiam in prima confirmatione apposita fuisset illa clausula generalis. Antecedens, in quo videtur esse difficultas, sic ostendo. Absq; vlla mētione priuilegiorum à Romanis Pontificibus concessorum, confirmatur in Bullario Cherubini, X Congregatio Camaldulensis ab Alexandro II. sub dat. Lucæ 4. Cal. nouembris anno 12. Pontificatus. Et Congregatio Vallis vmbrosæ, Y a Gregorio VII. sub dat. Romæ 8. Idus Aprilis anno 1090. Et Congregatio

X to. 1. p. 11.
Y p. 14.

Ac omnia & singula, immunitates, exemptiones, libertates & condēdi, & alterandi statuta & ordinationes, ac alia quaeuis indulta eidem Societati, & illius Praeposito, per praedecessorem nostrum (non ait, per praedecessores nostros) *& Sedem huiusmodi sub quibuscumque tenoribus & formis concessa, & confirmata, &c.*

Et eodem modo contigit in plurimis alijs. Non ergo est clausula generalis in confirmationibus Religionū, aut Congregationum confirmare priuilegia à Pontificibus Romanis concessa, quando illa saltèm à duobus Pontificibus non habebant.

Adde, quia aliquibus Religionibus, licèt in prima confirmatione non confirmarentur priuilegia Pontificum, confirmantur tamen in sequentibus priuilegijs, quando illa iam impetrauerant; & quando tempore primae cōfirmationis generalis iam habebāt priuilegia Pontificum, etiam in prima confirmatione fieri solebat illorum mentio. Ergo quando in priuilegijs nostrorū Eremitarum fit mentio immunitatū locis nostris concessarum a Pontificibus Romanis, ideo fit, quia illas iam habebant; non quia erat clausula generalis. Si enim ea esset ratio, in omnibus priuilegijs ea clausula deberet apponi. Antecedens, in quo videtur esse difficultas, suadeo ex varijs priuilegijs, quae habentur tom. 1. Bull... Cherubini. Sic Alexāder IV. V sub dat. Viterbij 10. Cal. Augusti anno 1258. in priuilegio Congregationis Camaldulensis, iam ait; *Praetereà omnes libertates, & immunitates à praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, & alijs Archiepiscopis, monasterijs, & locis vestris concessas, &c.* Et X sub dat. Florentiae 4. Nonas Octobris anno 1441. Eugenius IV. Fratribus S. Ambrosij ad Nemus iam sic cōcedit; *Quod S. Ambrosij; & omnia alia, & singula monasteria, domus, seu loca, & Fratres huiusmodi omnibus, & singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, indulgentijs, gratijs, & indultis, quibuscumque ex monasterijs praefatis per nos, vel Sedem praedictam concessis, aut forsan in posterum concedendis, vti & gaudere valeant, &c.* Et Y sub dat. Romae 5. Cal. Augusti an. 1506. Iulius II. iam meminit priuilegiorum, quae Sixtus IV. Innocentius VIII. & Alexander VI. Minimorū Ordini cōcessere. Et tomo 2. Bullarij, Z sub dat. Romae 7. Idus Februarij 215.

V p. 87

X pag. 291.

Y pag. 411.

Z pag.

bruarij anno 1567. Pius V. iam meminit priuilegiorum, quæ Clemens VII. Paulus & Iulius III. Clericis Regularibus Theatinis indulserant, At verò etiam in prima generali confirmatione Regularium, quando iam à pluribus Pontificibus obtinuerant priuilegia, fit illorum mentio.
Ap. 27. Sic tomo 1. Bullarij, *A* sub dat. Anagniæ 12. Cal. Nouēbris anno 1175. Alexander III. approbans Ordinem Monachorum S. Basilij in monasterio S. Saluatoris Messanensis, sic ait; *Libertates quoque & immunitates antiquas, & rationabiles consuetudines monasterijs vestris concessas, & hactenus obseruatas, habemus &c.* Et tomo 3. in Appendice
Bp. 12. *B* Benedictus XI. sub dat. Laterani 3. Idus Februarij anno 1. confirmans Ordinem Seruorum B. Mariæ, sic ait; *Ac vobis per specialia priuilegia dicta Sedes indulsit.* Ergo quando Pontifices Congregationibus nostrorum Eremitarum immunitates à Romanis Pontificibus eorum locis concessas confirmarunt, verè concessæ erant a pluribus Romanis Pontificibus. Quare enim tantuum respectu nostrorum Eremitarum clausulą generalis falsa dicetur apponi.?

Suppono 2. Quando in priuilegijs Religionum confirmātur immūnitates eorū locis concessæ, sermo est de immunitatibus cōcessis eorū locis pro tempore, pro quo ad eamdem Religionem spectabant, nisi in priuilegio oppositum exprimatur. Id probo 1. Quia quanndo Pontifices volunt confirmare priuilegia concessa locis antequàm ad eorum Ordinem spectarent, id exprimunt in suis rescriptis. Sic expressit Honorius III. confirmans Ordini Prædicatorum recèns instituto immunitates antiquas Ecclesiæ Tolosanæ S. Romani. Sic Celestinus V. tomo 1. Bullarij, *C* sub dat. Aquilę 5. Cal. Octobris anno 1. approbāns Ordinem & statuta Monachorum Cælestinorum, & iis gratias & indulta concedens, sic ait; *Exemptionum gratijs in illis ex vestris monasterijs, quæ priùs per Sedem Apostolicam exempta fuerāt, in suo robore nihilominus duraturis.* Sic etiam Pontifices, in priuilegijs, quæ olim concessere monasterijs Cistercio ex alio instituto incorporatis, vt M. Angelus Manrique, in Annalibus Cisterciensibus, *D* notauit, hac clausula vsi sunt; *Quæ idem monasterium, antequàm Cisterciensium Fratrum instituta susciperet, possidebat.* Ergo clasula, de qua agimus, cum oppositum non expri-

C pag. 139.

D to. 1. omni. 1141. c. 8, n. 11. pa. 414.

non exprimatur a Pontifice, intelligi debet de priuilegijs cōcessis eorum locis pro tempore, pro quo ad eumdem Ordinem pertinebant.

Secundô, quia in confirmationibus aliarum Religionum ea clausula non apponitur; aut exprimitur agi de priuilegijs loco concessis quādo ad eum Ordinem non spectabat. Vix autē videtur credibile quôd solę, aut fere solę Congregationes nostrorum Eremitarum haberēt loca antiqua, quibus Pontifices varia indulserint fauorabilia, quæ voluerint alij Pontifices confirmare non exprimendo ea fuisse concessa, cum erant in alio statu, cū tamen id de alijs expresserint. Tertiô, quia, vt constat ex dictis circa primam suppositionem, licèt Pōtifices aliquando in primis cō firmationibus nō meminerint priuilegiorum eorum locis cō cessorum, tamen in alijs eorū meminerunt, quando iam eorum loca sub eodem Ordine constituta Pontificias immunitates impetrarant.

Ex his constat in intellectu Diplomatis Innocentij IV. non ita apertè nos decipi; & clausulam non ita esse generalem, vt in ea non seruetur & veritas; neque eam intelligi de priuilegijs, quæ concessa fuerāt locis, quādo ad Augustinianum Ordinem non spectabant. Vnde ad primam obiectionem, seu responsionem Authoris, dico eā clausulam esse generalem, sed in ea seruari veritatem; & ad eam se priuilegiorum scriptores adstringere, & ideò in ijs, in quibus integra clausula verificari non poterat, vel omittitur, vel aliquātulum inimutatur, vt veritas illibata permaneat. Ad id autem, quod Author addidit ex Bullar. Augustiniano de Eremitis Tusciæ, facilis est respō sio. Vt enim latè ostendimus in Responsione pacifica, *E* Eremitę Tusciæ vniti sunt Ordini S. Augustini iam præexistē ti; & eorum Congregatio coaluit ex pluribus antiquis monasterijs Ordinis Eremitarum S. Augustini, de quibus verba Pontificia verificabantur. *E resp. 5. à nu. 392. p. 280.*

Ad priuilegium autem Monachis Siluestrinis concessum, respondeo Pontificem cō firmare immunitates illorum Eremô à Romanis Pontificibus concessas. Et ideo necessariô dicendum est illi Eremo non tantum Gregorium IX. sed etiā Honorium III. (vel Celestinum IV. licèt paucorū dierum Pontificem) aliquod priuilegium cōcessisse. Quam uis enim Arnoldus Vuion in tractatu de institutoribus Ordinum sub regula S. Benedicti militantium, *F* asserat Con- *F to. 2. ligni vitæ.*

 grega-

gationem Monachorum Siluestrinorum exortam fuisse circa annum 1232. & Azorius tomo 1. Instit. Moral. *G* & ex illo Gualterus in Chronologia, *H* tradant institutam anno 1232. ab Innocentio IV. ann. 1258. confirmatā (potiùs debuissent dicere 1248.) nihilominus certum est (vt constat ex vita B. Siluestri, quàm Benedictus Gononus in vitis Patrū Occidētis *I* luci dedit, & desumpta est ex ea quā edidit D. Andreas Iacobi Fabrianensis, sancto viro coęuus) B. Siluestrum ortum fuisse circa ann. 1167. & obijsse anno 1257. *ætatis suæ nonagesimo, ab inchoato Ordine XXXVII à confirmato fermè XX.* Atq; adeo incæpit Congregatio Siluestrinorum anno 1220. plùs minùs vè; a quo anno vsque ad ann. 1227. in quo decessit Honorius, sat est temporis, vt potuerit Siluester pro sua eremo aliquod ab Honorio III. priuilegium impetrare. Neque admittendum est in his clausulis narratiuis Pontificum falsitatem contineri. Vnde asserendum etiam est Eremitas Vltramontanos, & Regni Hungariæ, & Tusciæ, & B. Ioannis Boni, & Brictinensium, quando ea priuilegia obtinuerunt, quæ trāscripta extant in Bullario Augustiniano, iam habuisse loca, ad singulas respectiuè spectantia, quibus Romani plures Pontifices immunitates indulserant.

G lib. 12. cap. 21. col. 1254.

H pag. 677.

I pag. 441.

Ad secundam responsionem Authoris dico plura. Primum est. Si constaret illis locis sub ea Religione constitutis non fuisse collata, aut non potuisse conferri priuilegia à pluribus Romanis Pontificibus, tunc fatendum esset aliqua saltèm ex prædictis locis habuisse priuilegia à pluribus Romanis Pontificibus, antequàm ad prædictum Ordinem spectarent, ne clausula falsa admitteretur. Secundum est. Dū non constat priuilegia non fuisse collata, vel non potuisse conferri, dicendum potiùs est priuilegia concessa locis, antequàm essent sub hac Religione, non confirmari in generali confirmatione priuilegiorum illius locis concessorum, nisi exprimatur, vt exprimitur in confirmatione Ordinis S. Dominici, vt suprà obseruauimus suppositione secunda. Tertiū est. Si Author hanc priuilegij clausulam explicat, quia potuerunt illi Eremitę acquiuisse loca, aut templa, longè antea ædificata, quibus aliquot Pontifices multa indulserint fauorabilia: Ergo in hac solutione iam recurrit ad possibilitates logicas, quæ illi in nobis tantopere displicuerunt, *K* Anno licèt & alijs ad eas recurrere

K sect. 5. §. 2. nu. 1. p. 179.

currere? Videbit forsan aliquando non semel ad logicas possibilitates recurrēdū, vt rerū veritas inuestigetur.

PVNCTVM III. CIRCA secundam probationem tertij asserti, & quædam alia.

SEcundum testimonium ad cōuincendum regulam D. Augustini introductam fuisse ante annum 1233. in Congregationem B. Ioannis Boni, desumpsimus ex eadem Bulla Innocentiana in hunc modum. *L Ex hac Bulla constat post acceptam regulam Augustinianam Beatū Ioannem fuisse Generalē suæ Cōgregationis pluribus annis; & Fr. Matthæum pluribus etiam annis eodem munere functum fuisse vsque ad an. 1249. in quo celebratum fuit capitulū Ferrariense. Sic enim in ea habetur.* Cumque dictus Fr. Ioannes Bonus, qui per plures annos Fratribus prædictis præfuerat, & Fratres ipsi eidem tanquàm instititutori Ordinis ipsorum reuerenter intenderāt, curę ipsorum, quę per excrescētē numerositatē subditorum excreuerat, cedere aspiraret, &c. *Et infra de Fr. Mathæo;* Quo in Religione prædicta annis pluribus tanquàm Generali Priore generaliter ministrante, quàm plures intrauerunt Religionē eādē, &c. *Et infra.* Generale capitulū apud Ferrariā congregauit. *Sed ab an. 1233. vsq; ad an. 1249. tantùm intercedūt anni sexdecim plus minùs vè; quo tempore dici non posset singulos duorū Generalium annis pluribus præfuisse. Ergo ad minus aliquibus annis ante ann. 1233. Regula S. Augustini fuit concessa à Sede Apostolica Congregationi S. Ioannis Boni.* Ex quo constat B. Ioannem Bonum post renunciationem Generalatus non tantùm elapso aliquoto tēpore, vt Author voluit in Apologetico, *M* sed elapsis pluribꝰ an. quibus Fr. Mathæus præfuit, Mātuā abijsse moriturū. Nisi fortè velit Author etiam plures annos scitè dici tempus aliquotum.

Huic fundamento respōdet Author dupliciter in sua Defensione. *N* Primô, sibi nō videri paucos, annos sexdecim, vt si inter duos Ordinis Primicerios diuidantur, non sufficiant vt vterque pluribus annis præfuisse genuinè dicantur.

L resp. 3 n. 116. pag. 60.

M §. 3. n. 11. p. 37.

N sect. 5. §. 4. nu. 17. p. 204.

tur. Octo enim anni plures sunt; & ad minorem numerum reduci posse dictionem hanc humaniorís litteraturæ professores constituunt; idque assignant discrimē inter plura, & complura, vt illud de duobus dici possit, istud non nisi de numero maiori. Secundò respondet, non constare Innocentium loqui solùm de tempore post acceptam regulam, cum ait Ioannem pluribus annis præfuisse; & ipsa verba manifestè oppositum indicare. Sic enim ait; *Cumque dictus Ioannes Bon. qui per plures an. Fratribus prædictis præfuerat, &c.* vt suprà. At B. Ioan. à principio suæ Congregationis eamdem regebat, & Fratrum ad se conuersorum curā agebat, & ei sua authoritate & directione præfuerat; & ab exordio eidem tanquàm Ordinis institutori reuerenter intenderant. Neque obstat, quod hęc verba habeātur post narrationem concessę regulæ, & relatam sub illa professionem Nouitiorum; quia Iordanus ea verba, seu relationem præmittit regulæ. Sic enim habet. O *Vocabantur isti homines Fratres Eremitæ Fr. Ioannis Boni, cum ipse fuerit primus institutor eorum, & quasi Prior generalis Ordinem illū paterna sollicitudine gubernaret. Cum autem ijdem Religiosi aliquam de approbatis regulam non haberent, &c.* Vnde hæc subiecit Author. P *Indiscriminatim itaque loquitur Innocentius de toto tempore ab initio exorientis Religionis vsque ad illud, quo curam instituti gregis deposuit.*

O *lib.* 1 *cap.* 8.

P *vbi supra pa.* 206.

At prima solutio vim argumenti non eneruat. Quamuis enim inter *plura* & *complura*, vt verbo *plus*, ait Calepinus, hoc sit discrimen, *quòd plura de duobus dici possit, cōplura non nisi de maiore numero*; quia *plura* in stricta & rigorosa significatione nihil aliud importat quàm plura quàm vnum, non tantum; tamen ex phrasi, & communi modo loquendi, vt notat ibidem Calepinus, *plures pro multis, passim apud Authores legitur*. Et in hac significatione accipitur, cum dicitur quis pręfuisse annis pluribus, id est, annis multis. Vnde qui duobus an. integris præfuit, non dicitur præfuisse annis pluribus, iuxta communem phrasim & modū loquendi; quia annis multis non præfuit, qui duobus tantum annis integris pręfuit. Insignis est pro hac veritate locus in Actibus Apostolorū, Q *Biennio expleto*, ait Lucas, *accepit successorem Felix Porcium Festum*. Sed de quo biennio loquitur Lucas? An de biennio præfecturæ Feli-

Q c. 24. v. 27.

cis

cis, vel imperij Neronis? Conuenerunt omnes, quos viderim, non esse sermonem de præfectura Felicis, quia verificari non posset Felicem ex multis annis fuisse iudicem Iudæorum, vt Paulus ibidem asseruit. R Istud biennium, ait Lira, S non est tempus præsidatus Felicis; aliter non videretur verum, quod dixit ei Paulus suprà eodem capite; Ex multis annis te esse iudicem huic genti sciens, &c. *Sed est tempus moræ Pauli in Cæsarea*. Et Beda (vt & habetur in Glosa ordinaria (tomo 5. editionis Coloniensis sic habet; T *Biennium dicit conuersationis Pauli in Cæsarea, non autē præsidatus Felicis. Dictum est enim suprà quod multis annis genti illi fuerit iudex.*

R v. 10.

S in ca. 24. Act. Apost.

T f. 663

Hinc est quòd in Breuiario Romano die 6. Octobris non dicitur pluribus, aut multis annis, sed aliquot annis, B. Brunonem vixisse in montibus Carthusiæ antequàm ab Vrbano II. Romam euocaretur; neque in curia Romana vixisse. Aliquot autem, vt verbo, *Aliquot*, habet Calepinus, *idem significat, quod nec pauci nec multi*. Et tamen B. Bruno ad sex annos in montibus Carthusiæ, & ad quinque in curia Romana vitam egerat. Sic enim habetur in eius actis apud Surium, V *Vbi eius incolatus* Carthusiana in eremo refertur incæpisse anno 1084. *Nam cū non totos sex annos in illa, exigua quidem, sed sancta sodalitate exegisset, Pontifex Vrbanus II. qui olim beati viri discipulus fuerat, &c. acciuit eū per litteras, &c.* Et infrà X *Cum autem B. Bruno Summo Pontifici ad annos paucos strenuam nauasset operam, &c antequàm Pontifex a Placentia abiret in Gallias, multa precum instantia vix tandem obtinuit ad suam Eremum accedendi, aut certè aliam, si sic vissum esset, expetendi, copiā & facultatem.* Constat autem ex Card. Baronio in Annalibus, Y & Ciaconio de Pontif. & Card. Z Vrbanum II. antequàm in Gallias pergeret, Placentiæ anno 1095. concilium celebrasse. Ecce sex anni non integri, à Breuiario non dicuntur plures, vel multi, sed aliquot; quinque fere anni à Breuiario dicuntur aliquot, & à Surio pauci. Ergo vt dicātur plures, vel multi anni, iuxta communē phrasim ampliùs quam duo anni requiruntur.

V to. 5. c. 16. p. 677.

X c. 22. p. 679.

Y ann. 1095. n. 1.

Z to. 1. col. 431.

Quot autem anni sint necessarij vt plures, vel multi dicantur, determinari absolutè non potest; sed ex communi loquendi phrasi in subiecta materia pensandum est. Aliquando enim plures, aut multi anni extenduntur ad longū tem-

tempus aliquando ad quadraginta, aliquando ad viginti & ampliùs, & aliquando ad decẽ plùs minùs annos. Sic in sacra Scriptura dicitur; A *In omni autem spatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Israel, & post mortem eius annis multis.* Vbi Lira sic ait; *Hoc additur ad ostendendum quòd bonum pacis in populo redundauit per longum tempus ex meritis ipsius.* Sic in Breuiar Romano B legitur de S. Vbaldo Episcopo Eugubino; *Quam cum multis annis summa cum laude gubernasset, &c.* Gubernauit autem Ecclesiam Eugubinam quadraginta & ampliùs annis. Sic enim ait Philippus Ferrarius in Cathalogo Sanctorum Italiæ; C *Decessit an. D. 1177. Alexandro III. Pontif. Max. ætatis suæ 81. cum an. 41. in Episcopatu vixisset.* Eum ab Honorio II. institutũ Episcopum, vsque ad Alexandri III. tempora in Episcopatu vixisse, tradit Petrus de Natalibus; D & ex eius actis colligi docet Baronius in Notis ad Martyrologium. E Sic etiam de se ait Paulus in actibus Apostolorum; F *Post annos autem plures, eleemosynas facturus in gentem meam, veni, &c.* Loquitur Paulus, vt docet ibi Lira, & Dionysius Carthus. G & Tirinus Iesuita in Scripturam, H de annis a conuersione sua ad Christum, a qua tunc præcesserant viginti tres anni, vt Gagneius apud Lorinum, I & Bartholomæus Gauantus in Annalibus S. Pauli, ad finem Thesauri sacrorum rituum, K computarunt; vel viginti quatuor, vt Tirinus vbi suprà his verbis asserit; *Idque non nisi post plures annos, nempe viginti quatuor, a conuersione mea ad Christum, &c.* Sic idem Paulus vbi suprà L ad Felicem Præsidem ait; *Et multis annis te esse iudicẽ genti huic sciens, &c.* Et tamẽ, quantũ colligi potest ex Iosepho de Antiquitatibus Iudaicis, & de bello Iudaico, M & ex Cornelio Tacito in Claudio Imperatore; N & ex Beda in cap. 24. Act. Apost. O tantum decem annis plùs minùs in Iudæa iudicem egit. Appellantur autẽ anni multi propter subiectam materiam. *Quasi diceret,* ait Lira, *per hoc manifestè patet bonitas tui regiminis, quod tandiu habuisti regimen huius gentis, &c.*

Quando autem munus est ex se per totam vitam durabile, qualis erat Generalatus B. Ioannis Boni, & Fr. Matthæi, qui donec voluntariè cesserunt, suo munere functi sunt, vt ex Innocentij Bulla clarè deducitur; non sufficiũt octo anni, vt iuxta communẽ phra-

A *Iudith.16.* B *Maij 16.* C *pag. 186.* D *lib.5. c.16.p. 86.* E *die 6. Maij p. 244.* F *c. 24. V.17.* G *ar.24. f.112.* H *to.3. p.280.*

I *p.228* K *to.1. pag. 7.* L *v.10.* M *lib. 20.c. 3. p. 538. & c. 5. p. 540. & lib.2 c,12. p. 656.* N *libr. 12.pag. 164.* O *to.5. p.663.*

phrasim loquendi quis absolutè dicatur pluribus, vel multis annis eo in numere præfuisse. Vnde, quantum nosse potuimus, nullus Author grauis gesta Summi Pontificis, Imperatoris, Regis, aut Episcopi referens, qui tantum octo annis in sua dignitate vixisset, absolutè tradidit eum pluribus, vel multis annis præfuisse. Et ex his patet primæ responsionis impugnatio, & solutio. Dicendum enim est, in prędicta clausula Bullæ Innocentij iuxta communem phrasim plures annos accipi pro multis; vt autem aliquis absolutè dicatur multis annis præfuisse in munere ex se per totam vitam durabili, maior quàm octo annorum numerus desideratur.

Sed neque secunda solutio ictum retundit. Manifestè enim est sermo de Generalatu post regulam D. Augustini introductā. Primo, quia sic ibi habetur; *Obtinuerunt ab ea B. Augustini regulam sibi dari; & ex tunc cœperunt in regularibus obseruantijs instrui, & regulariter se habere, &c.* Si autem ante obtentam regulā B. Ioannes sic Fratribus præfuisset, non cœpissent post illā obtentam, sed ante institui in regularibus obseruātijs, & regulariter se habere. Secundò ad hominem. Quia hæc prę-fectura refertur post obtentā regulam. Sed Author non admittit aliquid in ea Bulla narrari per anticipationem, vel recapitulationem. Ergo non est sermo de præfectura ante introductionem regulæ; ante quam B. Ioannes Bonus dici non potest Fratribus præfuisse, cum nullam super eos superioritatem, & iurisdictionem haberet. Neque vrget nos testimonium Iordani. Arbitrabamur enim tam in ea relatione Iordani, quàm in Bulla Innocentij, aliqua per anticipationē, aut recapitulationē enarrari, vt dicere possint Iordanus, & Guillemus in Bulla Innocentij cum S. Bonauentura in vita B. Francisci apud Surium, P *Nec semper historiam secundum ordinem temporum texui propter confusionem vitandam; sed potiùs ordinem seruare studui magis aptæ iuncturæ, secundum quod eodem peracta tempore diuersis materijs, vel diuersis patrata temporibus eidē materiæ congruere videbantur.* Sed pręstat Iordanū ore suo loquentem audire in Epistola pręliminari in ipsius libro Vitas Fratrū, quā in Responsione pacifica ad finem pag. 431. transcripsimus. *Nec conturbet lectorem*, ait, *si plerumque in rerum gestarum narratione inueniat ordinem ipsorū non seruatū; quia propter conuenien-*

P to. 5. p. 578.

uenientiam materiæ; nonnunquam congruè visum est noua & moderna facta etiam in eodem capitulo gestis veteribus applicare.

Tertium testimonium
Q *lib. 1. c. 15. p. 13.* accepimus ex Constantio in vita B. Ioannis Boni; Q Sed de hoc latè egimus suprà puncto 1.

Pergit deinde Author, & dolet primô se a nobis acriter
R *resp. 2. num. 17.* reprehensum, *R* quia ex Constantio, & historia Mantuana retulit in suo Apologetico, *S*
S *§. 2. n. 4. p. 9. & n. 6. p. 11.* B. Ioannē quadraginta annos malè & inaniter in sæculo consumpsisse; additque me constāter affirmare nihil huiusmodi in Constantio reperiri; & monet Constātium lib. 1. cap. 15. asserere B. Ioannem ex octoginta annis, quos vixit, quadraginta in sæculo consumpsisse; profert deinde testimonium Constantij lib. 1. cap. 1. vbi refert Ioannis in eremum & speluncam secessum, & alia opera, quibus preteritos corrigebat errores, & annos deflebat malè transactos, *piangendo gli anni malamente spesi*. Ex quibus sic infert Author in Defensione. *T Si omnes quadra-*
T *sect. 5. §. 4. n. 19. p. 208.* *ginta consumpsit in sæculo, & vsque ad annum conuersionis perdurauit in ludicris exercendis, vti ipse admittis, nonne hos annos malè & inaniter deflebat elapsos?* Adducit deinde in confirmationem suę relationis Historiam Mantuanā Hippolyti Donesmundi Franciscani, & Historiam Cæsennaticā Scriptoris Claramontij, ann. 1612. & 1641. in lucem editas.

Sanè mirum est quanta arte laboretur, vt argumentorum vires eludantur; quanto studio disponantur omnia, vt solutiones, saltèm plausibiliores appareant. Nos sincerè & fideliter cuncta referentes, aduersantia retundemus. Notauimus *V* Authorem, quòd
V *vbi suprà pag. 20.* mala fide ex Constantio lib. 1. cap. 15. refert B. Ioannem quadraginta annos in sæculo malè & inaniter consumpsisse. Hæc sunt eius verba in Apologetico; *X Nam si &c. adiun-*
X *§. 2. n. 4. p. 9.* *gas alios quadraginta inaniter elapsos in sæculo, antequam mundo valediceret, vt testatur Constantius citatus, &c.* In margine autem sic notatur; *Constant. lib. 9. cap.* 15. Nostra verô verba in Responsione pacifica *Y* hæc sunt; *Imò ex*
Y *resp. 2. n. 17. p. 10.* *eius relatione constat euidēter non totos quadraginta annos inaniter in sæculo consumptos. Locus enim, quem in margine allegas ex lib. 1. c. 15. sic se habet;* Rende l'alma al Creatore in eta di anni ottāta & piu; quaranta cioe spesi al secolo, (*vbi est verbū illud*, inaniter; *aut illud* malè,) & tutto il re-

restante fra Romiti nella Religione Agostiniana. *Ex his verbis potiùs colligitur efficaciter annos consumptos in sæculo, non omnes inaniter consumptos, &c.* Nonne mala fide refertur Constantium lib. 1. c. 15. testari, quod ibi non asserit?

Sed addit Author me cōstanter affirmare nihil huiusmodi in Constantio reperiri. Ita prorsus asserui, de quadraginta annis inaniter in sęculo elapsis. Sic enim ibidē habemus. *Constantius enim in toto suo opere nunquam dixit B. Ioannem consumpsisse inaniter & in sæculo quadraginta annos.* Hoc idem & modò sentimus. Neq; obest testimonium Constantij ex lib. 1. c. 1. nouiter adductum. Ibi enim agit Constantius de primo secessu in Eremum Cęsenatensem, vt patet in textu; & non exprimit quot annos malè exactos plangeret. Hic autem secessus, vt ibidē ostēdimus, Z non contigit anno quadragesimo ętatis, sed anno trigesimo sexto, vel septimo, plùs ve minùs ve, & vsq; ad hoc tempus, cum in se reuersus rediit ad maternam domum, perdurauit in ludicris exercēdis. Hoc ego admisi, & primam conuersionē constitui cum Constantio, dum adhuc Ioannes maneret in sæculo, à quo non exiuit nisi per susceptionem Religionis Augustinianę. Vndè ergo habebimus Constātium affirmare B. Ioannem quadraginta annos malè & inaniter in sæculo consumpsisse?

Z *& à nu. 19. p. 11.*

Adde, Quin imô neque ex hoc nouo testimonio infertur B. Ioannem malè & inaniter consumpsisse omnes annos, quos exegit ante primum secessum in Eremum Cęsenatensem. Plorabat quidem ibi omnes annos, quos malè traduxerat; inde autem quomodo deducetur omnes vitę anteactos annos malè & inaniter exegisse? Insto rem hanc clarissimo exemplo. B. Bonauentura in vita S. Francisci, A de Seraphico patre, postquam discipulos habebat, sic ait; *Quadam autem die, dū in quodā solitario loco annos suos in amaritudine recogitans, deploraret, &c.* Et Vincentius in Speculo historiali, loquens etiam de eodem tempore, sic ait; *B. Annosq; malè transactos in amaritudine animæ suæ recogitans, &c.* Et S. Antoninus 3. p. Historiali sic habet, *C Iamq; ex Fratrum societate gaudebat, & inter Minores vt minimus se gerebat in omnibus. Quadam autē die, cum ex more se orationi dedisset, & de beneficiis sibi impēsis Domino gratias ageret, an-*

A *to. 5. Sury c. 3. pag. 584.*

B *lib. 29. cap. 99. pag. 1219.*

C *tit. 24. c. 2. in princ. f. 189.*

nosque mala vita transactos in amaritudine animæ recogitans, Domino tremebundus assisteret, &c. Deplorabat quidem B. Franciscus omnes annos suos malè cõsumptos, & tamen non omnes suos annos malè & inaniter cõsumpserat. Vndè ergo conuincet Author B. Ioannem omnes suos transactos annos malè & inaniter exegisse, quia deflebat tunc annos malè consumptos?

D *sect. 5. §. 4. n.20. p. 208.* Dolet deinde Author in Defensione, *D* quòd exprobrarim, quia dixit *E* in Apologetico pium virùm appellatum Ioannem Bonum à Bona genitrice, & patre Ioanne Bonhomi. Addit me contendere ex Constantio, cognomẽ Bonhomii genitricis fuisse, nõ genitoris; seque suæ assertionis ducem habere clarissimũ Donesmundum; sed Authorem recentem, & codicem MS. Cæsennatem, qui illum appellat Ioannem Buonhomium Mantuanum; quasi à cognomine materno nobiliori, aut notiori non potuisset illum nuncupare Buonhomium.

E *§. 2. n.4. p.8*

Verùm, neque hæc omninò fideliter referuntur. Author enim in Apologetico vbi suprà contendit patrem fuisse Ioannem Bonhomium; de matre, ex qua gente esset, nec exprimens clarè, nec leuiter innuens. Id nos impugnauimus; quia ex Constantio *F* patet genitricem Bonam fuisse ex familia Bonhomia; de qua autem progenie genitor esset, silentio inuoluitur. Verba Authoris, vbi suprà hæc sunt, *Et iam extincta genitrice Bona, (à qua, & à patre Ioanne Bonhomi, nomenclaturam Ioannis Boni desumpsit.) patria valedixisse*, &c. Nostra autem verba sic se habent; *G Primum, quod refers patrem Ioannis Boni appellatum fuisse Ioannem Bonhomi; & genitricem, Bonam; & tamen Constantius è conuerso refert in hæc verba lib. 1. c. 1. Naque; &c. Di Giouani, & Bona de Bonomi, famiglia antica, & nobile*, &c. Non negauimus paternum Ioannis genus esse ex gente Bonhomia; neque hunc honorem familiæ nobili inuidimus; sed notauimus Authorem decipi, dum patri tribuit cognomẽ, quod matri non adscribit; cũ è conuerso Constantius genitrici adscribat, quod genitori non tribuit; sitque multò certius matrem, quam patrẽ, fuisse ex familia Bonhomia; & in hoc semper erit verùm Authorem fuisse deceptum. Sed per me sit Ioannes ex matre & patre Bonhomius, quamuis Authores, qui id tradunt,

F *lib. 1. p. 1.*


G *Resp. 2. n. 15. p. 10.*

nouitij sint, & post trina integra secula à morte viri Sāctι. Vtemur forsan & infrà ad hominem hoccine contra Authorem argumento. Sit, inquam, Ioannes etiam ex patre Bonhomius. *Ego ea in re*, vt cum Augustino ad Cresconium A loquar, *in qua nihil causa nostra minuitur, me facillimum prabeo; & quando tecum ago, iam* Bonhomiū *voco* patrem B. Ioannis Boni.

H *lib.* 2 *cap.* 2.

Ex dictis hucusque in hoc parrapho duo clara sunt. Primum est, ex Constantio clare haberi B. Ioannem Bonum, anno 1168. natum, & anno 1249, die 23. octobris denatum, cum in sæculo consumpsisset quadraginta annos; & reliquum vitæ tempus in Religione Augustiniana inter Eremitas exegisset, & octoginta annis & ampliùs vitam egisset. Secundum est, ex hac Cronologia temporum ex Constantio deducta non conuinci impossibile, aut improbabile eum fuisse natum anno 1168. in principio, V. G. mēse Ianuario; in prima ætate orbatum patre, & contēpto matris imperio in adolescentia vixisse liberiùs; & arti Comicæ deditum in exordio iuuentutis aliquanto tēpore, vsque ad annum ætatis 36. vel 37. plùs minùs ve; & secessisse primô in Eremum Cæsennatensem anno 1204. vel 1205. paulô magis aut minùs; & suscepisse Regulam Augustinianam anno 1207. ætatis iam anno quadragesimo inchoato; quo currēte exiuit de sæculo per susceptionem Religionis Augustinianæ; & ad cœlos abijsse cum ageret octogesimum secundūm annum ętatis. Neque obstat quod Author passim se oppositum ostendisse gloriatur. *Neque enim*, vt ait Augustinus ad Cresconium; I *quia dixisti esse multas litteras, quibus hoc posset ostendi, ideo iam ostendisse putādus es.*

I *lib.* 3. *cap.* 26.





L 2 DI-

DIFFICVLTAS QVARTA DE anno conuersionis S. Francisci, & institutionis Ordinis Minorum.

K pag. 142. L in Catil.

VEri ssimum procul dubio est quod in Defensionis prologo *K* refert Author ex Salustio, *L Nulli mortalium iniuriæ sua, paruæ videntur; multi eas grauiùs æquo habuere*. Grauissima visa sunt Authori leuia quæq; vulnuscula, quę in Respõsione nostra, causa exigẽte, pacificè intulimus; leuissima verò, quę in suo Apologetico, nimio Seraphici patris zelo commotus eructauit, & in noua Defensione iratus euomuit. Alios, dum grauia quæq; effundit, acu foratos, imo leuiter punctos existimat; se ipsum, dum minusculis etiam ictibus tãgitur, phalaricę mole percussum censet, dolet, queritatur, & in vindictã totus exardet; & quod magis mirere, vt grates referamus quod nõ responderit acriùs, (quasi acriùs respondere posset) se, neque prouocatum, grauius quidquam protulisse; neque punctum, ex aduerso aculeũ emisisse, in fine operis lætus exultat, vel exultare gloriatur. Cõdonãdũ hoc zelo, quo accenditur; & innatę acris ingenij viuacitati, qua pollet. Condonamus & nos libẽter, maiora amico condonaturi, scientes dixisse Christum, *M Dimittite, & dimittemini. Vbi dimittere nos iniurias,* ait Beda, *& dare beneficia iubet, vt & nobis peccata dimittantur, & vita detur æterna.*

M Luc. 6.

N Resp. 2. n. 31 p. 31.

Arbitrati sumus, (in magna opinionum varietate, quã retulimus.) *N* primã B. Frãcisci conuersionem contigisse anno 1207. V. G. mense Iulio, aut Augusto; secundã verò, & Minoritici Ordinis institutionẽ, in principio ãn. 1209. non negantes aliarum opinionum probabilitatem, sed tantùm ostendere volentes, iuxta opinionem probabilem temporis conuersionis vtriusq; B. Francisci saluari posse possibilitatem cohęrẽtię Monachatus Augustiniani S. Francisci cum Chronologia temporum à Constantio assignatã, quod Author

mor-

O in Apolog. §. 3. n. 2. p. 3. & §. 2. n. 2. p. 6. & n. 6. pag. 13. & §. 4. nu. 2. p. 24.

P sect. 5. §. 5. à nu. 1. p. 209.

mordicus negandum censuerat. O Sed neq; id patitur in noua Defensione; P & vt appareat nihil à nobis dictũ, quod scitè defendi possit; & nihil ab ipso dictũ, quod scitè defendi non possit, plura obijcit, quæ Clypeo nostro excepta, forsan facilè retundentur.

Obijcit ergo 1. Quia, quã tũuis obscurus Author, quis somniauit B. Frãciscum primò conuersum an. 1207. mẽse Iulio, aut Augusto; & secũdò conuersum an. 1209. mẽse Ianuario, aut Februario? 2. quia pro ann. 1207. primę conuersionis solum Magistru meum Marquez produco 3. Quia pro anno 1209. secũdę conuersionis tantum allego Antoninum, Franciscũ Gonzagam, Franciscum Diago, Iacobum Gualterum, Onuphrium Panuinium, Franciscum Ortiz Lucium, & Alfonsum Ciacconium. 4. Quia B. Leo, S. Francisco à confessionibus; B. Ruffinus, S. Claræ consanguineus; B. Angelus Tancredi; socij omnes, & discipuli viri sanctissimi, qui vnanimi studio ad præceptum Crescentij Ministri Generalis vitam sui præceptoris conscripserunt, sic habent c. 7. *Anno itaq; 1206. & ætatis suæ 25. restitutis, quæ habuerat, patri, & mundo contempto &c.* Et Marianus Florentinus lib. 1. Chronic. MSS. ca. 3. relata vestium renunciatione subiungit: *Quo tempore veterem Apostolorum vitam in se renouare cæpit, & Christi pauperis vestigia sectari, anno videlicet 1206. ætatis suæ 25.* His consonat Alexander Aquilanus in Chronicis MS. lib. 1. ca. 3. Martinus Polonus sub Freder 2. D. Antoninus tit. 24. cap. 7. Ludouicus Pruteaus in Trilogio animæ part. 3. cap. 6. littera G. Henricus Sedulius in Commentarijs ad cap. 2. vitæ D. Francisci; Petrus Salazar in Chronica prouinciæ Castellæ lib. 1. cap. 11. & Ioannes Pineda lib. 22. Monarch. Eccles. cap. 23. § 2. ibi. *Prima eius conuersio ad Dominum per vitam Religiosam fuit anno 1206.*

5. Quia Vincentius Beluacẽsis lib. 29. Spec. Histor. cap. 98. & Antoninus tit. 24. cap. 2. ijsdem verbis aiunt, immutationem dexteræ Excelsi in eo apparuisse ad annũ ætatis suæ ferè vigesimum quintum. Et Naucierus volũ 2. Generat. 41. sic habet; *Franciscus primò negotiator humanus, & affabilis, ac prodigus vsq; ad an. 25. inde terrena cuncta despiciens, &c.*

6. Quia S. Bonauentura, &

& tres illi irrefragabiles testes, quorum verba Author excripsit in Apologetico, Q & Pineda citatus, §. 3. expressè aiunt S. Franciscum obijsse anno à prima sua cõuersione vigesimo. *Quid adhæc, ait* modò Author, *Vir doctissime? Tot manifesta probatorũ Authorum testimonia præponderabunt unicæ Magistri, vel tuæ coniecturæ?*

Q §. 2. nu. 5. p. 10.

7. Quia secundam B. Frãcisci conuersionem in annum 1208. incidisse docent apertè, & manifesto annorum calculo probant Thomas Celanus, & Marianus, & Antoninus, Florentini, in Apologetico citati. Author Chronicorum 24. Ordinis Generalium cap. 2. sic ait; *An. 1208. ætatis suæ 27. audito apud Portiunculam Euangelio, secũdò conuersus est P. N. Franciscus.* Eundem annum præscribit Petrus Salazar citatus, cap. 12. his verbis; *Dum in die S. Lucæ ætatis suæ anno 27, audiret Euangelium, &c.* Et infrà. *Hoc tempore, anno scilicet 1208. anno 12. Pontif. Innocentij III. principiũ accepit sacra Religio Minorum.* Et Marcus Vlyssipponensis p. 1. Chron. lib. 1. cap. 7. sic inquit; *In hac lectione Euãgelica, in hoc facto, in hoc die, anno scilicet 1208. mense Octobri, die S. Lucæ, hic beatus vir initiũ dedit Regulæ Minorum anno ætatis 27. expletis annis duobus suæ conuersionis.* Nauclerus etiã eũdem an. 1208. designauit.

Addit deinde Author in Defensione R hæc verba. *Vides ergo quam rectè sibi omnia cohæreant; quanta concordia in te cõspirent Authores; qualiter discriminatis rebus, & in suos annos distributis, omnes in te vnam proferunt sẽtentiam de non retardanda quantum tu velis vtraq; conuersione S. Francisci; sed primam tribuendam anno 1206. secundam an. 1208.* Subijcit deinde Author Chronologiã actionum S. Francisci, & B. Ioãnis Boni, iuxta sẽtentias, quas ipse sectatur. Cõcludit tandem num. 11. pag. 219. in hunc modum. *Collatis inuicẽ annorũ notis, & stabilita per graues Authores vtriusq; viri Sancti conuersione, quid amplius in hac materia obijci possit, ignoro.* Et infra. *Quare iã tandẽ cogito sublatã omnĩ dubitationẽ, & venerãdos patres æquè admissuros erutã ex imis ruderibus veritatẽ &c. neq; animus aliquando fuit quemquam offendere, imo à multis lititis abstinui, ne vllum ponerem offendiculum.*

R sect. 5. §. 5. n. 10. p. 21[illegible]

At hæc non adeò vrgent, vt palinodiam canere cogãt. Ad primam enim obiectionẽ ref-

respondeo, duo in ea inuolui. Primum est, primam B. Frãcisci conuersionem in annum 1207. incidisse; & secundam in annũ 1209. Et de hoc agemus in responsione ad secundã, & tertiam obiectionem. Secũdum est, primam sancti viri conuersionem contigisse mẽse Iulio, aut Augusto; & 2. mense Ianuario, aut Februario. Et sanè aliquo iure potuisset Author exclamare, nullũ quãtumuis obscurũ Authorẽ id somniasse, si nos eos mẽses determinatè & assertiuè præfigeremus. At nos illos tantũ exẽpli gratia designauimus.

S *Resp. 2. n. 36 p. 14.* Sic enim habemus; *S Ego arbitror primã B. Frãcisci conuersionem anno 1207. V. G. mẽse Iulio, aut Augusto; secundam verò, & Ordinis Minoritici institutionem in principio an. 1209. cõtigisse, &c.* Et infra. *T Atq; ideò tã iuxta Antoninũ, quã iuxta Gonzagã, & alios, prima cõuersio S. Frãcisci debuit incidere in an. 1207. V. G mẽse Iulio aut Augusto, vt probabile est.* Hęc certè digna nõ erant tã acri exclamatione.

T *n. 39 pag. 15.*

Adde. 1. Si hìc licet sic exclamare, quare nõ eodem modo potiùs exclamat *V* cõtra Marcum Vlyssipponẽsem, & Petrum de Salazar, à quibus potuisset auidè scire cupere, vbi legissent, à quo accepisset secundã D. Francisci conuersionẽ in festo S. Lucæ die 18. Octobris cõtigisse? Quis vel triobolaris scriptor ante illos determinauit hunc mensem, & hunc diem? Aut quis quantũuis obscurus Author hæc somniauit? Sed contra hos, quia fauent eius placito, non exclamat; contra me, quia ab illo dissentio, quamuis tantùm exẽpli gratia mẽses sub disiunctione designauerim, exclamare non cessat.

V *sect. 5. §. 5. nu. 4. p. 212.*

Adde. 2. Vix colligi potest qua die Euangelium illud legeretur. Desumpta enim sũt verba, quæ S. Antoninus refert, partim ex c. 10. Matthæi, & partim ex c. 10. Lucæ; quomodò autẽ credi potest quòd duplex Euãgeliũ legeretur? Credibili⁹ quidẽ est eã conuersionẽ accidisse, cum legeretur Euangeliũ ex c. 10 Lucę, vbi Dominus designauit septuaginta duos discipulos; hoc autẽ legitur in Ecclesia nõ tãtũ in die S. Lucæ, sed etiã in festo S. Marci, & fortè olim etiã in festo S. Matthię, qui & fuit vnus ex septuaginta duobus discipulis à Christo designatis. *Nã donatus à Dño fuit,* (ait Iacobus de Voragine circà an. 1300. in Legenda Lõbardica f. 24.) *quãdo ipsũ de mũdo elegit, & inter septuaginta duos discipulos designauit.* Et Glossa in c. 1. Actuũ Apostolorũ sic habet; *Clemẽs refert hos duos, qui ad fontem Apostolatus statuti sunt, de nu-*

numero septuaginta discipulorum fuisse. Non mirũ ergo esset quòd in eius festiuitate illud Euangelium legeretur.

Ad secũdam obiectionem tria respondeo. Primum est. Magister Marquez primæ D. Francisci conuersioni annũ 1207. vel 1208. designat his verbis. X *Ingressus enim D. Francisci in illam Congregationem necessariò esse debet an. 1207. vel 1208. quia illi duo anni Eremi, in quibus illum habitum gestasse contenditur, fuerunt ij, qui immediatè Ordinis Minorum fundationem præcesserunt, quæ necessariò constituenda est an. 1209. vel 1210.* Fauet etiam Arthmanus Schedel in Ætatibus mundi, in editione Nurembergensi ann. 1493. die 12. Iulij per Antonium Koberger, Y vbi sic ait; *Circa annos Domini 1208. primò negociator humanus, & affabilis, ac prodigus, vsq; ad annum 25. Inde terrena omnia despiciens, Christum in omni vita sequutus est, &c.*

X *c. 26 §. 2. p. 428.*

Y *fol. 208.*

Secundum est. Primam B. Francisci conuersionem necessariò constituunt, aut cõstituere debẽt sub an. 1207. vel 12 8. omnes Authores, qui fundationem Ordinis Seraphici sub ann. 1210. reposuerunt. Ex horum numeroq; sunt, Nicolaus Boerius, qui circa annum 1532. floruit, in tractatu de Statu & vita Eremitarum, tom. 13. tractatuũ iuris. Z ibi. *S. Franciscus incæpit Ordinem suum anno 1210. sub Innocentio.* Chronicum authoris Anonymi, ad finem Historiæ Comitum Tolosæ anno 1624. in lucem editæ, quod vsque ad annum 1289. deducitur, habet hæc verba; *Anno Domini 1210. cæpit Ordo Fratrum Minorũ.* S. Antoninus, A in editione Basiliensi per Nicolaum Ressler an. 1491. die 10. Februarij; & in editione Lugdunensi anni 1543. apud Ægidium & Iacobum Huguetan fratres, fol. 27. & in alia editione Lugdunensi an. 1586. fol. 91. ibi. *Sub hoc ergò Innocentio III. anno Domini MCCX. cæperunt Ordines Mendicãtium; Prædicatorum scilicet, quorum pater fuit B. Dominicus; & Minorum, quorum pater fuit B. Franciscus, de quibus infrà.* Vndè miror Authorem B negare Antoninum hæc habere, Ibi. *Multò minùs, vt tu opponis, anno 1210.* Deniq; Renatus Choppinus sic ait; C *Cũ autem Frãciscus ille Assisiates auspicatus esset anno 1210. &c.*

Z *parte 2. fol. 432.*

A *3. p. histor. tit. 19. c. 1. §. 4 fol. 32.*

B *sect. 5 §. 5. n. 5 p. 214.*

C *lib. 2 Monast. p. 209.*

Tertium est. Prædictam D. Francisci primam cõuersionem sub ann. 1207. assignant ex his, quos vidimus, Au-

Authores sequentes. Vincētius Beluacensis, qui circa annum 1240. claruit, parte 3. Speculi historialis, D vbi agens de anno 1207. sic ait. *Sic vsque ad annum ætatis suæ ferè 25. in via perditionis incessit, donec ad exemplum peccatoribus in gratiam respirandi mutatio dextræ Excelsi apparuit.* Currebat autem annus vigesimus quintus ætatis D. Francisci ab anno 1206. in annum 1207. Natus enim fuit anno 1182. vt tradit E Albertus Abbas Stadensis his verbis. *Anno D. 1182. puer Franciscus natus est in ciuitate Assisij; patre Petro de Bernardone.* Alberto subscripsit Card. Baronius, F Henricus Spondanus in epitome Baronij, G Iacobus Gualterus in Chronologia, H & communiter recētiores. Prosequitur deinde Vincētius, post narratam visionem, quę B. Francisco in Apulia apparuit; *Ex tunc igitur cæpit mores pristinos ad plenum mutare, &c.* Et infra *Eodemque tempore B. Franciscus, Ordinis Fratrum Minorum institutor, vita sanctitate floruit.* Et statim subdit vtramque, de qua agimus, Francisci conuersionē. Agebat autem Vincentius in prædicto capite 97. de an. 1207. Sic enim cap. 93. inchoauit; *Sequenti scilicet anno ab Incarnatione Domini 1207. &c.* Et cap. 100. sic incæpit. *Anno prænotato scilicet ab Incarnatione Domini 1207. Philippus Rex Francorum, &c.* Constituit ergo sub an. 1207. primam D. Francisci conuersionem; & occasione illius egit de secundā.

D lib. 29. cap. 97. pag. 1218.

E in Chron.

F to 10. anno 1182. n. 4. col. 748.

G pag. 1066.

H pag. 653.

In eadem sententia est, & clariùs, S. Antoninus, I qui capiti septimo hunc apposuit titulū. *De egregijs viris in sanctitate, dignitate, & scientia Ordinis Minorum, & Generalibus Ordinis; ex Chronicis Ordinis Minorum;* & hæc verba subiecit; *Nam primò per duos annos honestū habitum & Eremiticum gerens, portādo baculū in manib*, accinctus corrigia, calceatis incedens, pedib* per ciuitatē Assisij mēdicādo, nunc latebat in eremis, nunc Ecclesiarum reparationibus insistebat deuotus. Incæpit autem vitam istam anno Domini MCCVI. Pontificatus D. Innocentij III. anno XIIII.* Vbi licèt in Responsione pacifica K existimauerim sibi ipsi fuisse contrarium; nunc potiùs credo fuisse errorem typographi, qui pro anno MCCVII. apposuit MCCVI. Cum enim (vt vtar Authoris argumento) L ibidem dicat per duos tantū annos

I 3. part. tit. 24. cap. 7. f. 196.

K Resp. 2. n. 31. pag. 13.

L sect. 5. §. 5. num. 5. p. 213.

M ho-

honeſtum & Eremiticum habitum geſsiſſe; ſi ſecundum Antoninum vitam iſtam eremiticam ſub anno 1209. terminauit, vt in reſponſione ad tertiam obiectionem oſtendemus, oportet vt illam incæperit anno MCCVII.

Expreſsiùs ſtat pro hac parte Hyppolitus Doneſmũdus, Frãciſcanus, in Hiſtoria Mantuana. M vbi ſic ait *B. Franciſcus mundum reliquit anno 1207. vt meliùs ſeruiret Chriſto, & anno ſequenti dedit principium Ordini ſuo, aſſumpto habitu in loco dicto Riuotorto, prope Aſsiſium in die S. Georgij Martyris &c.* Vnde non immeritò dicam pro me quod in ſimili cauſa pro ſe dixit Author, N *Ego aſſertionis meæ ducem habeo clariſsimum Doneſmundum in Hiſtoria Mantuana.* An dicam cum eodem Authore? O *Quid ad hæc vir doctiſsime?* Nunquid pro ãn 1207. primæ conuerſionis B. Franciſci ſolum Magiſtrum meũ Marquez produco? An hi Authores obſcuri ſunt? An ſomniarunt?

M *par. 1. lib. 4. p. 267.*

N *ſect. 5. §. 4. n. 20. p. 212.*

Ad tertiam obiectionẽ reſpondeo, plures, & purpuratos teſtes aſſertioni noſtrę fauere & communi calculo annum 1209. ſecundæ Seraphici patris conuerſioni deſignare. Primus teſtis eſt S. Antoninus 3. p. Hiſtoriali, P vbi ſic ait. *Anno verò Domini MCCIX. dum Miſſam in Eccleſia S. Mariæ de Portiũcula deuotus audiret, & legeretur Euangelium id, quod Chriſtus dixit Apoſtolis,* Q Nolite portare aurum, aut argentum, neque baculum, neque perã, neque calciamenta, &c. *Illico calciamenta depoſuit, peram & pecuniam abdicauit, reiectiſque baculo & corrigia, vna contentus tunicula, pro cingulo funem ſumpſit; & ſic ad ſeruãdam uitam Euangelicam ſe totis viribus recollegit; quo tempore ſecundum opinionem veriorem in lapide iſto fundamentali Ordo Fratrum Minorum initiũ & fundamentum accepit.* Et vt clariùs conſtaret primam D. Franciſci conuerſionem ſub anno MCCVII. & ſecũdam ſub anno MCCIX. ab ipſo cõſtitui, immediatè ſubiecit conuerſionem Fr. Bernardi, primi B. Franciſci diſcipuli, de quo hæc addidit; *Et eodem anno, ſcilicèt MCCIX. habitum Religionis & vitã Apoſtolicam accepit.* Error ergo typi non fuit in aſignando anno MCCIX. pro anno MCCVIII. cum ſemel & iterum aſsignet an. MCCIX. ſed in apponendo anno MCCVI. pro anno MCCVII. Vnde in additio ne

P *tit. 24. c. 7. fol. 196*

Q *Matthei & Lucæ 10*

ne Lugdunensi anni 1586. correcta studio & opera P. Petri Maturi Iesuitæ, pag. 748. sic annotatur; *Conuersio S. Francisci, & Ordinis Minorum institutio A. C. 1209.*

Hinc clarè conuicta manet Authoris responsio, R asserentis manifestum esse errorem in numerorū notis; quod sic ostendo. 1. Quia mirum esset errorem esse in numero bis repetito, potiùs quam in numero semel apposito. 2. Quia secundam conuersionem B. Francisci, & conuersionem Fr. Bernardi sub eodem anno constituit. Sic enim ait; *Eodem anno, scilicèt MCCIX. &c.* Et certū est inter Ordinis Seraphici Chronologos Fr. Bernardū habitu Minoritico donatum die 16. Aprilis anno 1209. & Ægidium post diem septimum, in S. Georgij Martyris natalitijs. Ita tradunt Marcus Vlyssiponensis, S & Petrus Salazarius; T consonatque S. Antoninus vbi suprà in principio capitis 7. post enarratam conuersionē Fr. Bernardi & Fr. Petri Catani, sic inquiens; *Et post octo dies quidam alius ex Assisio, Ægidius nomine, exemplo eorum prouocatus, similiter habitum à B. Francisco accepit.* Certum autem est Fr. Ægidium anno 1209. habitum suscepisse, etiām ipso Authore teste. Ipse enim V ex Ludouico Pruteno in Trilogio animæ, X & alijs Authoribus affirmat discipulorum admissionem anno 1209. contigisse. Sed clariùs constat ex ipso Antonino, qui conuersionem Fr. Bernardi sub an. 1209. constituit, & conuersionem Fr. Ægidij post octo dies subsecutam testatur.

Hinc constat nos iure optimo dixisse in Responsione pacifica, Y D. Antoninum de anno 1209. loquentem, hęc dixisse; *Fr. Ægidius fuit tertius discipulus, seu habitu indutus à B. Francisco post duos annos a primordio conuersionis ipsius B. Francisci, &c.* (Ergo hęc incæpit in an. 1207. Si enim Fr. Bernardus, & Fr. Petrus iuxta Antonini testimonium an. 1209 habitum susceperunt; & Fr. Ægidius post octo dies habitum tertius suscepit, manifestum est in sententia Antonini Fr. Ægidium an. 1207. a B. Francisco habitu indutum, & primam B. Francisci conuersionem anno 1209. scilicèt biennio ante contigisse) Ex his iā desinet mirari Author Z quòd inde collegerim Antoninū loqui de an. 1209. cum ipse Antoninus in principio capitis septimi eum annum semèl & iterum

R *sect. 5. §. 5. num. 5. p. 213.*

S *pag. 1. Chronicæ lib. 1 c. 8. f. 6.*

T *in Chron. prouin. Cast. lib 1. c. 13. p. 28.*

V *sect. §. 5. n. 7 p. 215.*

X *part. 3. cap. 6 litt. G.*

Y *Resp. 2. n. 38. pag. 15.*

Z *sect. 5. §. 5. n. 6. p. 214.*

expreſsè præfixerit.

Neq; obſtat quòd Author obiecit vbi ſuprà, *A* Antoninum c. 2. §. 9. tradidiſſe mortem D. Franciſci accidiſſe annis octodecim à ſua conuerſione tranſactis; & c. 7. §. 6. eandem mortem obtigiſſe à prima ſua conuerſione anno vigeſimo, & ab inſtitutione Religionis decimo octauo. Hoc inquam non obſtat. Nobis etiã id eſt veriſsimum, vt aſſeruimus in Reſponſione pacifica vbi ſuprà. *B* Id autem duplici via explicuimus, quarum ſecunda, quæ clarior & facilior eſt, hęc erat. *Ad cælos abijt Franciſcus anno vigeſimo incæpto & currente à prima ſua conuerſione; & decimo octauo incæpto & currẽte à ſecunda conuerſione, & ſui Ordinis inſtitutione. Hoc autem veriſsimum eſt in noſtra computatione. A menſe enim Iulio, vel Auguſto anni* 1207. *in quo dicimus* (exempli gratia) *eum fuiſſe conuerſum, vſq; ad diem 4. Octobris an.* 1226. *in quo obijt, excurrunt an.* 19. *& duo, vel tres menſes, paulò magis, aut minùs; & à menſe Ianuario, vel Februario ann.* 1209. *in quo credimus B. Franciſcum inſtituiſſe ſuum Ordinem, vſq; ad diẽ 4. Octobris an.* 1226. *excurrunt anni* 17. *& nouẽ, vel octo menſes, paulò magis, aut minùs.* Ex his clarè retũſa manet ſexta obiectio ex S. Bonauentura, & tribus illis irrefragabilibus teſtibus deſumpta. Et ita dicendum eſſe, patet ex ipſo Antonino, qui cap. 7. citato ſic ait; *C A prima ſua ad Deum conuerſione an. XX. ab inſtitutione Religionis, XVIII. ex quo ſcilicet cæpit habere Fratres, &c.* At, vt & ipſe fatetur Author, B. Franciſcus cępit habere Fratres an. 1209. die 16. Aprilis. Ergo Antoninus annũ decimum octauum inter ſecundam conuerſionẽ, & Ordinis inſtitutionem, & mortẽ B. Franciſci, nõ cõputauit ab an. 1208. in quo non cępit habere fratres; ſed ab an. 1209 in quo cæpit habere Fratres, etiam in Authoris ſentẽtia. Deinde adde. Mirũ videri nõ debet Authori nos explicare Antoninum, & alios de anno decimo octauo nondũ cõpleto, ſed inchoato & currente. Idem enim aſſerere tenentur nonnulli Seraphicæ familiæ Authores, quos ipſe refert, *D* & non improbat. Quãuis enim Doneſmũdus in hiſtoria Mãtuana *E* aſſerat B. Frãciſcũ dediſſe principiũ Ordini ſuo an. 1208. in die S. Georgij martyris; in qua cõputatione Frãciſcus per annũ ferè integrũ nullum vitę conitẽ inuenit; quod valdè mirũ eſſet;

A n. 5. p. 213.

B n. 41.

C §. 6. fol. 198 pag. 2.

D ſect. 5. §. 5. à nu. 1. pa. 269.

E p. 1. lib. 4. p. 267.

esset; tamẽ Marcus Vlyssiponensis in Chronica Ordinis Minorũ, F & Petrus Salazar in Chronica prouinciæ Castellæ, G asserunt secundam D. Francisci conuersionẽ in æde Portiunculæ contigisse ann. 1208. in die S. Lucæ 18. Octobris; atque adeò fateri debent S. Franciscum obijsse anno decimo octauo à secũda conuersione nondũ cõpleto, sed inchoato, & currente. A die enim 18. Octobris anni 1208. vsq; ad diẽ 4. Octobris ann. 1226. non intercedunt decem & octo anni integri & completi.

F part. 1. lib. 1 cap. 7.
G lib. 1 c. 12.

Secundus testis, affirmãs secũdã B. Francisci cõuersionẽ, & Ordinis institutionẽ, anno 1209. cõtigisse, est Bergomensis, qui in Supplemento Chronicorũ, edito Venetijs an. 1490. die 15. Maij per Bernardũ Rizũ de Nouaria, sub an. 1209. sic ait; H *Hoc anno terrena omninò despiciens, Christũ in omni vita secutus est.* Et statim. *Abiectis omnibus tunicã incultã, & contẽptibilẽ, fune præcinctã induẽs, nouũ mox Ordinẽ constituit, &c.* Et sub eodẽ anno illam assignat Supplementũ Supplemẽti cũ Additionibus vsque ad an. 1552. Italica lingua editum Venetijs apud Bartholomæum, dictũ Imperatorem, & Franciscum, eius generũ.

H fol. 198.

Tertius testis, est Onuphrius Panuinius, à Iacobo Gordono in Chronica, I & Iacobo Gualtero in Chronologia, K citatus. Quartus testis, est Alfõsus Ciaconius in vita Innocentij III. Vbi sic ait, L *Ordo Minorum inchoatur à B. Francisco an.* 1209. Quintus testis, est Iacobus Gualterus in Chronologia, M vbi sub ann. 1209. sic habet; *Ordo S. Francisci instituitur. Onuphrius* 1209. Sextus testis, est Fr. Franciscus Ortiz Lucius, Diffinitor prouinciæ Castellę Ordinis S. Francisci, in suo Flore-Sanctorum, N in vita S. Frãcisci. Septimus testis, est Robertus Rusca, Cisterciensis, in origine Ordinis Cisterciẽsis, edito ann. 1598. O Octauus testis, est F. Franciscus Diago, Dominicanus, in Chronica Comitum Barchinonensiũ, vbi sic inquit, P *Et hic fuit sine dubio annus* 1214. *supposito quod eius conuersio fuit an.* 1209. Nonus testis, est P. Franciscus Suarez, to. 4. de Religione, vbi sic ait, Q *Hic ergò gloriosissimus Patriarcha de noua Religione instituenda deliberauit, & decreuit anno Domini* 1209. *Qui annus (quod mirabile est.) vigesimus septimus erat ætatis illius, & quintus à sua cõuersione; quia natus dicitur an.*

I to. 1. p. 359.
K pag. 677.
L to. 1. col. 638
M vbi supr.
N fol. 328.
O p. 58
P lib. 3 c. 2. fol. 281.
Q tract. 9. lib. 2 c. 7. n. 1 p. 361.

an. 1182. *& ann.* 22. *ætatis suæ fuit conuersus ad Dominum, hoc est, ann.* 1204. *Post quinq; igitur annos socios habuit, & de Religione instituẽda tractauit, &c.* Decimus testis, est illustrissimus Fr. Franciscus Gonzaga, R qui licèt alibi tradiderit Ordinem Seraphicum anno 1206. initium sumpsisse, sic habet. *Cunctis tanti viri conuersionem, viuendique modum summè admirantibus, pij aliquot viri, quibus sana mens fuit, anno à virgineo partu* 1209. *Pontificatus verò Innocentij III. Summi Pontificis* 10. *sibi adhærere cæperunt; quorũ auspicijs Seraphicus Minorũ Ordo initium sumpsit.* His ergo grauissimorum Authorum testimonijs muniti, non improbabiliter dicemus secundam D. Francisci conuersionem, & Ordinis institutionem anno 1209. contigisse.

Sed respondet Author *S* secundam Francisci cõuersionem anno 1208. esse statuendam; discipulorum verò admissionem anno 1209. Et iuxta hanc distinctionem docet variè ab Authoribus designari exordia familiæ Seraphicæ; & Authores a nobis in Responsione pacifica *T* citatos, loqui de institutione Ordinis per discipulorum admissionem, vno excepto Diago. Sed contra est. 1. Quia D. Antoninus manifestè loquitur tam de secunda conuersione, quam de discipulorum accessione. 2. Quia & Bergomensis agit de secunda conuersione. 3. Quia sine fundamento dicitur omnes alios Authores, vno excepto Gonzaga, non loqui tam de secunda conuersione, quàm de discipulorum accessione 4. Quia vix fit credibile sanctum virũ anno 1208. die 18. Octobris, vt tradunt Vlysiponensis & Salazarius nouum habitũ induisse, & proposuisse seruare vitam Euangelicam, & nullum sese illi socium adiunxisse vsque ad diẽ 16. Aprilis an. 1209. spatio ferè sex mensium.

S *sect.* 5. §. 5. *num.* 7. *p.* 215.

T *Resp.* 2. *an.* 38 *p.* 15.

Ad quartam obiectionem respondeo plura. Primũ est. In aliquibus Authoribus error est in numero annorũ, vt in D. Antonino, in quo pro anno MCCVI. reponendus est annus MCCVII. Secundum est. Aliqui illorũ scripserunt post exortam controuersiam, & sunt ex patribus Seraphicæ Religionis, qui vt longiùs recederent a Monachatu Augustiniano S. Frãcisci, huic opinioni libenter adhæserunt. Tertium est. Quòd aliqui Authores id asserant, non reddit improbabilem sententiam oppositã, quam

quam tot viri grauissimi amplexantur. Quartum est. Nonnulli id forsan tradidere, confundentes conuersionem ad vitam Eremiticam cum conuersione ad bonos mores, de qua S. Antoninus *V* & Vincentius Beluacensis in speculo historiali, *X* sic aiunt; *Ex tunc igitur cœpit mores pristinos ad plenum mutare, &c.* Hęc autem mutatio, & conuersio ad bonos mores anno 1209. videtur euenisse. In hoc fortè sensu illi B. Francisci discipuli, qui ex præcepto Generalis Crescentij anno 1244. vitam Seraphici Patris scripsere, primam illius conuersionem, scilicèt per plenam ad bonos mores mutationem, sub anno 1206. cōstituerunt.

V *3. p. tit. 24. c. 2. pa. 189.*

X *libr. 29. cap. 97. pag. 1215.*

Ad quintam obiectionem dico verissimum esse quod Vincentius, S. Antoninus, Nauclerus, & alij affirmant, nempe inmutationem dexteræ Excelsi in eo apparuisse ad annum ætatis suæ ferè vigesimum quintum. Annus enim vigesimus quintus ætatis D. Francisci currebat ab anno 1206. in annum 1207. loquuntur tamē hi Authores non de conuersione ad vitam Eremiticam, sed ad bonos mores. Sic enim habent Vincentius, & Antoninus. *Sic vsque ad annum ætatis suæ fere 25.* (hoc est, cum prope esset vt illum inchoaret, atque adeò anno 1206.) *in via perditionis incessit, donec ad exemplum peccatoribus in gratiam respirandi immutatio dexteræ Excelsi apparuit.* Ex infra. *Ex tunc igitur cœpit mores pristinos ad plenum mutare, &c.*

Ad septimam obiectionem dico plura. Primum est. B. Antoninus secundam D. Francisci conuersionem sub anno 1209. clarè constituit. Secundū est. Nauclerus nō collocat fundationem Ordinis sub anno 1208. sed circa annum 1208. Sic enim ait; *Y Circa hæc quoque tempora Frāciscus Seraphicus, natione Italus, ex Assisio Vmbrorū ciuitate oriundus, ac primus Fratrum Minorum Ordinis institutorū, & fundator circa annum* 1208. *&c.* Quod autem fit anno 1209. rectè dicitur fieri circa annum 1208 Tertium est. Marcus Vlyssiponensis, & Petrus Salazar sunt Authores nouitij, & sine vllo fundamento testātur secundam D. Francisci conuersionem die 18. Octobris contigisse. Aduerto tamem Marci testimonium non omninò fideliter ab Authore allegari. Marcus enim sic habet; *Z Esta leccion Euangelica en esta obra, en este dia, y hora, q̄ fue*

Y *vol. 2 Gener. 41. p. 810.*

Z *barte 1. c. 7. fol. 5.*

fue en el año de N.S. de 1208. y segun conjectura (Hæc duo vltima verba omisit Author) *En el mes de Octubre a 18. dias del mes, dia de S. Lucas a los 27. años de la edad del dicho P. S. Francisco, y dos años cũplidos despues de su cõuersion, a los 12. años del Põtificado del Papa Innocencio III. fue començada la sagrada Religion de los Frayles Menores, &c.* Tertium est. Thomas Celanus, Marianus Florentinus, Author Chronicorum 24. Ordinis Generaliũ cap. 2. & alij recentiores an. 1208. secundæ conuersioni adscribunt. Hoc tamen non tollit quod probabile sit accidisse an. 1209. vt tot grauissimi Authores testantur. Adde. Hyppolitus Donesmundus, licet secundam conuersionem sub an. 1208. cõstituat; primam reponit sub an. 1207.

Ad verba, quę Author adiecit, silendũ videtur, & sperandum meliùs de amico, vt in silentio & spe sit fortitudo nostra. Cæterùm, vt possibilitas, & probabilitas cohęrentiæ (de qua præsens vertitur quæstio) Monacharus Augustiniani S. Francisci cũ Chronologia temporũ à Cõstantio assignata clariùs elucescat, quæ hucusque ex tot probatissimis Authoribus produximus, inter se se comparata in medium afferimus.

S. IOANNES BONVS.	S. FRANCISCVS.
Natus est Mantuæ anno Christi MCLXVIII.	*Nascitur Assisij, an. Christi MCLXXXII.*
Conuersus est à liberiori vitæ genere (vt ex Constãtio probabiliter deducitur) an. ætatis circiter XXXV. & anno ætatis XXXVI. qui ab anno 1203. in annũ 1204. currebat, defuncta matre & expiata conscientia, in eremũ Cæsenatensem venit an. 1204. vel 1205.	*Conuertitur a via perditionis ad bonos mores anno fere XXV. ætatis, & Christi MCCVI.*
Vitam regularem incæpit anno ætatis XL. incboato, qui currebat ab anno Christi 1207. ad annum 1208. & sub D. Augustini Re-	*Conuertitur ad vitam Ereniticam anno ætatis XXV. & Christi MCCCVII. iuxta probabilem plurium Authorum opinionem.*
	Et suã Religionẽ instituit an. MCCIX. iuxta probabilem sententiam grauissimorum Authorum.
	Ad cælos abijt Assisij anno Christi MCCXXVI. annũ æta-

Regula incepit militare, vt sup. à, & in Responsione pacifica possibile & probabile ostendimus. Neque oppositum conuincitur ex Chronologia temporum a Constantio assignata. Sanctissimè obijt Mantuæ anno D. MCCXLIX. & ætatis suæ LXXX. & amplius.

ætatis XLV. agens; vt manifestè constat ex S. Antonino, &c. 3. p. tit. 24. cap. 7. §. 6. fol. 198. p. 2. Vnde in sententia Antonini constituendus est ortus D. Francisci sub anno 1182. ante diem 4. Octobris, in qua obijt.

Collatis igitur annorum notis, & stabilita per graues Authores probabilitate anni conuersionis vtriusque viri sancti, quid ampliùs in hac materia contra possibilitatem, & probabilitatem coherentię Monachatus Augustiniani S. Francisci ex Chronologia tẽporum à Constantio assignata obijci possit, ignoro. Quare iam tandem cogito sublatam omnem dubitationem, & venerandos Patres Seraphici Ordinis nõ inuisuros deinceps probabilitati huius opinionis.

DIFFICVLTAS V. DE ARgumento ex processu Canonizationis desumpto.

OMissis ijs, quæ Author liberaliter duxit omittẽda; antequam ad rem veniã, non possum non mirari Authorem in hęc verba prorupisse; A *Et si aliàs ad singula respõdere decreuerim, ne quidpiam à nobis dictum appareat, quod scitè defendi non possit.* Rara sanè felicitas, nihil ab homine dictum, quod scitè (hoc est, vt vertit Calepinus, *pulchrè, doctè, & benè*) defendi non possit. Si hanc sibi gloriam inaniter vsurpare decreuisset fulgentissimum illud Ecclesiæ lumen Augustinus, humiles, doctas, & vtiles eius retractationes neque vidisset, neque haberet Ecclesia. Nos patentem Augustinum humiliter, & vtiliter æmulãtes, tantam nobis fęlicitatem leuiter arrogare nec volumus, nec audemus. *Ego mihi* (ait Augustinus ad illa verba,

A *sect. 5. §. 6. p. 120.*

(*Si quis in verbo nō offendit, hic perfectus est vir.*) *perfectionem nec nunc arrogo, cum iam sim senex: quanto minùs cū iuuenis cæpi scribere, vel apud populos dicere: tantumque mihi tributum est, vt vbicumq; me præsente loqui opus esset ad populum, rarissimè tacere, atq; alios audire permitterer, & esse velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Vndè cum eodem Augustino ad Hieronymum D dicam; *Ego fateor charitati tuæ, solis eis Scripturarum libris, qui iā Canonici appellantur, didici hunc timorē honoremq; deferre, vt nullū eorum Authorem scribendo aliquid errasse firmissimè credā. Ac si aliquid in eis offendero litteris, quod videatur cōtrarium veritati, nihil aliud quā vel mendosum esse codicē; vel interpretem non assecutum esse quod dictum est; vel me minimè intellexisse, nō ambigā. Alios autem ita lego, vt quālibet sanctitate doctrinaq; præpolleant, non ideò verùm putem quia ipsi ita senserūt; sed quia mihi vel per illos Authores Canonicos, vel probabili ratione, quod à verò non abhorreat, persuadere potuerunt. Nec te, mi frater, sentire aliud existimo; prorsùs, inquam, nō te arbitror sic legi tuos libros velle, tanquam Prophetarum, vel Apostolorum, de quorum scriptis, quòd omni errore careant, dubitare nefarium est.* Admittat ergo Author aliquid ab ipso dictum, de quo, an scitè defendi possit, dubitare possimus.

D *epist. 19. c. 1.*

Sed ad rem. Contendebat Author in Apologetico E B. Franciscum non fuisse discipulum B. Ioannis Boni, quia Constantius innuit nullam esse huius rei memoriam in processu Canonizationis. Nos in Responsione pacifica F hanc obiectionem satis clarè retudimus. Duo enim diximus, quæ & nunc dicimus. Primū est. *Si in processu Canonizationis haberetur B. Ioannem Bonum fuisse magistrū S. Frācisci, nullus daretur controuersiæ locus, resq; esset omninò certa; & opposita, improbabilis. Quia nō extat in processu, neque refertur clarè ab Authoribus sancto coætaneis; non dicimus id esse certum; imò neque affirmamus absolutè quod ita fuerit, sed tantū cōtēdimus esse probabile quòd ita fuerit. Hæc autē probabilitas nō tollitur per argumēta ab authoritate negatiua; præcipuè quādo pro huius asserti probabilitate tot sunt fundamenta & verosimilia, & probabilia, & pro contraria parte nullum est efficax.*

E *§. 2. nu. 8. p. 15.*

F *Resp. 2. à nu. 63. pag. 21.*

Sed

N

G sect. 5. §. 6. nu. 2. p. 221.

Sed respondet Author G in Defensione, argumentum negatiuum multum habere ponderis ex rerum, tēporis, & personarum circūstantijs, quæ hic concurrunt grauissimæ. Summo enim omnium honori maximè conducebat, vt palàm innotesceret Magistrum suum tali fulsisse virtute & doctrina, vt hominem sanctissimum, Cœlitibus adscriptum, ad tantam sanctimoniæ excellentiam erudierit. At hæc omnia in Apologetico producta, & nunc in Defensione reproducta ab Authore, & in Responsione pacifica à nobis retusa, nunc iteratò dissoluimus. Nunquam enim authoritas negatiua alicuius instrumenti, etiam adiunctis rerum, temporis, & personarum circunstantijs rem conuincit, præsertim quando pro opposita parte (vt in præsenti contingit.) sunt fundamēta probabilia. Satis ponderis habebit argumentum ab authoritate negatiua, si rem, quæ non asseritur, non fuisse, probabile reddat. Non tamen conuincit, saltem quando ex opposito militant, vt in nostro casu, rationes, & fundamenta, quę probabilitate non carēt. Congruit valdè huic intento Doctrina Card. Marci Viguerij Franciscani in Decachordo Christiano, edito Duaci ann. 1616. apud Balthasarem Bellerum, vbi sic ait; H *Memini dixisse me matrem Domini vltimam cœnā cænauisse cum filio. Cur igitur illam Lucas hoc loco I nō nominauit, sicut Apostolos ex composito certò numero designauit? Certè si locus ab authoritate negatiuè sumptus valet in historia, quando conuiuarū numerus designatur ab Euangelista, scribente duodecim Apostolos cænauisse cum Christo, matrē Domini, quæ eo numero nō clauditur, inusitatum temerariumque videtur asserere in illo conuiuio cænauisse. Sed nemo Christianus D. Iesum Christum resuscitatum à mortuis apparuisse matri dubitat, & tamē ante omnes illi se viuum & gloriosum ostendisse. Hoc tamen nemo legit in Euangelio. Quid ita? Quoniam quasi notoriū hoc & indubitabile, quasi superfluum scribere Euangelistæ omiserunt.* Sic ergo in nostro casu testes omiserunt Monachatum Augustinianū S. Francisci, fortè quia non oportere duxerunt rem, de qua non interrogabantur, adijcere.

H Chorda. 7. c. 26. pag. 194.

I c. 22.

Secundum, quod dixi, est. Si in processu Canonizationis non interrogabatur vtrū B. Ioannes Bonus habuerit

aliquos discipulos sanctos, quid mirum quòd testes nihil deposuerint de huiusmodi discipulatu, etiamsi in sancti viri, & ipsorum gloriam redundaret? Deinde, neque deponunt testes de alijs sanctissimis discipulis, quos habuit B. Ioannes Bonus, quales fuerunt, Fr. Matthæus, Fr. Hugo Mantuanus, Fr. Marcus de Cæsenna, & B. Lanfrancus de Mediolano, illius Congregationis Generales; Fr. Bonauentura, sancto virô à sacris confessionibus; & B. Angelus de Fulginaeo; & alij. Et illorum meminisse etiam cederet in gloriam sancti viri, & ipsorûm, quamuis hi omnes non essent tanta memoria digni, quanta Franciscus. Tertio, neque in processu Canonizationis BB. Francisci, & Dominici nouimus vtrum fiat memoria sanctorum discipulorum, quos habuerunt, licèt quando processus formatus est, hi sancti viri non habuerint discipulos sanctorũ albo donatos, neque tantó nomine conspicuos. Adhuc enim aliorum virorum sanctorum discipulatus cederet in gloriam sanctissimorum patrum, & filiorum. Neque negari potest ante obitum SS. Dominici & Francisci plures eorum discipulos & filios sanctitate & miraculis claros, ad cœlos euolasse. Etenim antequam B. Dominicus Cœlitibus adscriberetur, ex eius discipulis ad superos abiere, B. Reginaldus anno 1220. & B. Ioannes de Salerno circà ann. 1221. miraculis clari; & quidam alij, martyrij etiam gloria illustres, vt S. Antoninus, *K* & Fernandus del Castillo, *L* retulere. Et antequam S. Franciscus inter sanctos referretur, ex eius discipulis ad cœlum translati quinque martyres, Marrochij pro fide passi; & Fr. Petrus Cathanij, qui primus post B. Franciscum Ordinem rexit; sanctitate & miraculis coruscantes, vt vbi suprà *M* retulit S. Antoninus.

K 3. *p. tit.* 23. *c.* 4. §. 4 *&* 5. *f.* 161.

L *to.* 1. *lib.* 1. *c.* 45. *fol.* 101. *&* *c.* 57. *f.* 139. *&* *c.* 63. *f.* 158.

M *tit.* 24. *c.* 7. §. 1. *&* 4. *fol.* 197.

Quarto; nunquid in processu Canonizationis B. Thomæ Villanouani deponitur sine interrogatione, quòd habuerit inter Nouitios, dum esset Prior Salmanticensis, BB. FF. Alfonsum de Orozco, Ioannem de Moia, Alfonsum de Borgia, Augustinum de Coruña Episcopum Popaianensem, viros sanctissimos, vitæ sanctimonia, & multis miraculis refulgentes, qui omnes in manibus B. Thomæ solenni se professionis vinculo alligarunt? At tamen, licet non essent Di-

uis


uis adscripti, neque tanta gloria digni, quanta Franciscus; nihilominus in magnam Thomæ, & sodalium gloriam cederet, quod tales alumnos & discipulos Religioni Augustinianæ procreasset. Neque è conuerso in processu Canonizationis B. Fr. Alfonsi de Orozco sine interrogatione refertur quòd habuerit in Magistrum, & Patrem, B. Thomam, licèt magna illi gloria resultaret. Sic ergò in processu Canonizationis B. Ioannis Boni, cum non fiat interrogatio de discipulis, nihil deponitur; quia in processibus Canonizationum, nihil testes respondẽt, nisi interrogẽtur, de discipulatu, nisi quando sanctus ille, de quo agitur, aliquid peculiare circa illum, vel illos discipulos est operatus, de quo fiat interrogatio. Non ergò mirum est testes omisisse hunc discipulatum, sibi & suo Præceptori gloriosum. Et ex his explosa manent ea, quæ Author in noua Defensione *N* excogitauit, vt secundo, tertiô, & quarto loco adducta fundamenta nostra dissolueret.

N sect. 5. §. 6. nu. 2. p. 221.

Quintò; quia mirum non est testes non egisse de hoc discipulatu, B. Ioanni Bono, & sibi glorioso; cum etiam Baldus ad lib. 6. Codicis referens mortẽ Gregorij XI. accidisse Romæ die 6. Martij, non tradiderit se habuisse Gregorium inter suos auditores, quamuis in eius gloriam cederet talem ac tãtum discipulum habuisse.

Respondet Author vbi suprà, *O* hoc exemplum à scopo deuiare. An deuiet, Lectores, non ipsum, iudices peto. Addit, magisterium, quod Baldus ob modestiam tacuit, expressum ab alijs. Sed contra est 1. Quia iam ex Baldi silentio non infertur Gregorium XI. non fuisse discipulum Baldi. 2. Quia etiam quod testes in processu Canonizationis siluerunt, expresserunt alij, nempe B. Henricus de Vrimaria, B. Iordanus de Saxonia, & plures alij graues Authoras.

O n. 3. p. 222.



§. 6. AD

§. 6.

AD SECTIONEM SEXTAM.

PLura in ea sectione inuoluuntur, quæ tædij Lectorum euitandi, & claritatis gratia, singillatim oportet explicare; & per partes explanare, *ne simul proposita atque disserta*, vt ait Hieronymus in Isaiam, P *Lectoris confundant memoriam*. Quæso tamen Lectorem, vt cum eodem Hieronymo in Apologia aduersus Ruffinum Q dicam, *vt si paululo in proponendis & diluendis obiectis longior fuero, necessitati det veniam. Non enim alterum accuso, sed me nitor defendere, & obiectam calumniam refutare.*

P *lib.* 4 *in c.* 11.

Q *lib.* 1 *col.* 303.

DIFFICVLTAS I. DE ARGVMENTO deducto ex silentio Authorum.

VT huius rei controuersia clarius appareat, quid vnusquisque Author obiecerit, asseruerit ve, ante oculos ponam.

R.P.F. Antonius Daza, Minorita, ex silentio D. Bonauenturæ solius contendit S. Franciscum non fuisse Augustinianum, his verbis; R *El glorioso Doctor S. Buenauentura, diligentissimo historiador de la vida del serafico P. S. Francisco, que fue personalmente a los lugares, donde el santo nacio, viuio y murio; y no escriuio cosa de que no examinasse testigos muy fidedignos; no hizo mencion de que huuiesse sido Frayle de otra Religion, y no se puede dezir que sobre tanta diligentia lo ignoro; y menos, que lo callasse de malicia; caso que aunque quisiera, no pudiera, y fuera muy publico en aquella tierra, &c.*

R *apud Marquez p.* 395.

Huic obiectioni, ex solo D. Bonauenturæ silentio desumptæ, respondit Marquez in suo libro de Origine Ordinis Eremitarum S. Augustini,

stini, S vbi inter alia sic ha-
S c.24. bet; *Pero pues no nos obligo à*
§.1.p. *mayor cuydado, responderemos*
396. *mos lo que Philipo Bergomense;*
se; que no escriuieron los Euã
gelistas con menor diligencia
y fidelidad la vida de Christo,
que S. Buenauentura la de su
Sancto, antes con tanto mayor
quanto lo es la assistencia, y
ilustracion del Espiritu Sancto;
Cto; que el cuydado de qual
quiera hombre; y sin embargo
vnos escriuieron vnas cosas,
de que no hablaron los otros,
como se puede probar con mil
exemplos; porque el sudor
dor de sangre, y la confortacion
fortacion del Angel no la
escriuio otro que S. Lucas; T
T c.22. *la historia de la adultera, solo*
lo S. Iuan; V la beuida de vi-
V ca.8. *no mirrado, ninguno sino S.*
Marcos; X y auer andado S.
X c.15. *Pedro sobre el mar, solo S.*
Mateo. Y De manera que muy
Y c.14. *bien se le pudieron yr por alto*
a la diligencia de S. Buenauẽ
tura alguna, y muchas marauillas
uillas del Serafico Padre.
Hæc Marquez, vt P. Dazæ
obiectionem ex solius D. Bo
nauenturæ silentio de promp
tà dissolueret, & retunderet.
Z Resp. Hinc constat clarè id,
3. n. 3. quod in Responsione pacifi-
pag. 30. ca Z notaui; nimirum, non fi-
A in A- deliter ab Authore referri A
post. §. 3. solutionem M. Marquez.
nu. 2. p. Noster enim Magister tan-
23.

tum respondit obiectioni à
Daza factæ, qui solum Bona
uenturæ silentium obijcie-
bat; at R. P. Vvadignus, vt
statim videbimus, nouiter
& robustiùs obiectionẽ pro-
posuit, cui nondum opposi-
tæ Marquez respondere non
potuit, aut noluit. Addit ta-
men D. Bonauenturam di-
xisse non per verba formalia,
sed per æquiualentia, dum
eius habitum descripsit, S.
Franciscum fuisse Monachũ
Augustinianum. Vnde mi-
rum est Authorem vbi suprà,
& in Defensione B referre M. B sect. 6
Marquez respondisse obie- §. 1. nu.
ctioni, quam ipse primus op- p. 227.
posuit; & ante illum nullus,
quem Marquez retulisset,
obiecerit. Addere & nos pos-
sumus D. Bonauenturam plu
ra omisisse ad vitam B. Fran-
cisci spectantia, quorum ali-
qua alij postea suppleuerũt;
vt quando, vbi, & a quo sit
sacris ordinibus, quos ha-
buit, initiatus; quo anno con
uersus tam in prima quàm in
secunda conuersioe, & Ordi-
nis institutione. Quid ergo
mirum quod statum religio-
sum, quem æquiualenter in-
dicabat, clariùs non expri-
meret?

Author ergo in Apolo-
getico C nouas vires addens
argumento ex silentio Au- C §. 3.
thorum deducto, sic illud n. 1. pa.
effor- 22.

efformauit. *Prima sit* (scilicèt ratio) *rei tanti momenti quanti semper iudicatum est Religiosæ vitæ genus solemni voto subire, atq; demum alio illud commutare, nullum ex omnibus S. Francisci domesticis aut vetustis vitæ scriptorib⁹ verbũ vllũ fecisse; nõ tres socios, Rufinũ, Angelum, Leonem, quorum iste erat a secretis, & a conscientia; non Thomam Celanum, socium item & discipulum, in prima, quam contexit ad præceptum Gregorij IX. legenda; nec secunda longiori, composita ex mandato capituli seu synodi generalis; non Bonauenturam in maiori item aut minori legenda; non Bernardum a Bossa, Bonauenturæ socium, in alia vberiori; non Ioannem à Ceperano, Sedis Apostolicæ Notarium in vita S. viri à se copiosè [illegible]arata; non Vincentium Beluacen. non Antoninum Florentinum; non demũ alios quoscumque vetustos scriptores. At credibile non est omnes taciturοs rem suo tempore, vel paulò anteriori transactam, cuius supererant testes, & huius asserti Monachatus condiscipuli Eremitani.*

Pc.4.§.11. *Argumentum hoc inde maiorem vim obtinere debet apud nostrum Dissertatorem, quod ipse similiusus sit P vt omnino negaret S. Bonauenturã præfuisse vnioni generali Eremitarũ, quia eius vitæ scriptores huiusmodi non meminerint præfecturæ.* Hæc R.P. Vuadingus. Ex quibus Authoris verbis satis clarè constat, eum loqui de silentio Authorum non referentium expressè rem, de qua agitur. Quanta autem ex hac doctrina sequantur absurda, manifestè constabit ex dicendis. Sed vt etiam aduersarium, si aliqualiter possumus, excusemus, demus, non tantùm loqui de silentio negante relationem expressam, sed etiam relationem implicitam, ex qua euidenter inferatur res, quę vocatur in dubiũ. Et hoc dato, & admisso, ad huc impugnabimus aduersarium, quem curauimus excusare.

Nos in Responsione pacifica Q duo respondimus. Primum est. Relatum Authoris argumentum non est simile argumento, quod Marquez adduxit, vt omnino negaret S. Bonauenturam præfuisse vnioni generali Eremitarum. Eius enim argumentum sic se habet. R *Certum est etiam quod* (scilicèt, si ea relatio esset vera) *aliqua historia Ordinis S. Francisci, vel Papa Sixtus IV. in Bulla Canonizationis, vel Sixtus V. in Decretali, in* Q Resp. 3. an. 4. pag. 30. R c. 4. §. 11. p. 56.

qua eum constituit Ecclesiæ Doctorem; vel Card. Sirnanus in Epistola ad Sixtum V. quæ est in principio operum eius; vel Petrus Galesinus Prothonotarius Apostolicus in eius vita, in qua alia multò minora scribuntur, huius meminissent. Et siquidem in nulla harum partium vsque hodie inuentum est vestigium, neq; vsquã in lucẽ exijt vsq; ad picturam B. Francisci inter nouitios B. Ioannis Boni, &c. At in hoc argumento, & obiectione Authoris duplex præcipua est dissimilitudo. Prima. Quod Marquez ait; *Nulla historia Ordinis S. Frãcisci.* Author verò non dict *Nulla historia Ordinis S. Augustini.* Secunda. Quia Marquez ait; *In nulla harũ partiũ inuentũ est vestigiũ, neq; vsquã in lucẽ exijt vsq; ad picturã, &c.* At negari non potest in aliquo vetusto scriptore inueniri Monachatus Augustiniani S. Francisci vestigium, vt in Vincentio Beluacensi, Antonino & alijs; & exijsse in lucem circa an. 1334. 1356. 1486. & 1502. ab Henrico de Vrimaria, Iordano de Saxonia, Philippo Bergomensi, Antonio Sabellico, & alijs pluribus.

§ sect. 6 §. 1. nu. 1. pag. 224. Sed ait Author in sua Defensione. *S Arrisit mihi lepidè tuum argumentationis documentum, quo velis meam ita Magistri opponi rationi. Dixit ille,* Nulla historia Ordinis S. Francisci; *Ego debui ex tua instructione ex aduerso dicere:* Nulla historia Ordinis S. Augustini. *Qua id ratione ille loquitur de viro sancto Franciscano, & ego de Frãciscanorum Authore; ille de re, vt dicebatur, gesta in Ordine S. Augustini, & ego de alia similiter ibidem prætensa. Vt quid non eiusdem Ordinis Authores in vtroque facto contestentur?* Hæc Author, quasi in tuto positus. Sed expugnabile est, quod propugnari nõ potest. Arrisit forsan lepidè Authori argumentationis documentum; sed quandoq; dolet, quod fingimus arridere. *Sed vide quantũ timeã cachinnos tuos* (ait Hieronymus in Apologia ad Rufinum col. 356.) *Vt etiã nunc eadem ingeram.* Nec credam lepidè arridere Authori nostrum argumentationis documẽtum. Quomodo enim viro docto discrimen hoc tanquam ineptum potuit arridere, cũ adeo sit ex se manifestum? Præsidentia enim D. Bonauenturæ cedebat in gloriã familię Seraphicæ, Monachatus Augustinianus S. Francisci in ornamentum, & decus æternum Augustinianę. Vt ergo argumentum esset æquale, sicut

Marquez intulit negationem præsidentiæ ex silentio omnium Authorũ Ordinis Franciscani, in quorum gloriam cedebat præsidentia; sic Author negationem Monachatus Augustiniani S. Francisci, vt æquali argumento militaret, inferre debuit ex silentio Authorum Ordinis S. Augustini, in quorum gloriam cedit prædictus Monachatus.

T Resp. 3. nn. 1. pag. 31. Secundum, quod respondimus, T est. Adhuc argumentum pro vt ab Authore proponitur, inefficax est. Id triplici exemplo (præcipuè primo, & secundo) conuictum arbitramur. Primũ est. *Nullus vetustus scriptor* (ex plurimis, quos refert in notis ad Martyrologium Romanum die 21. Martij pag. 148. Card. Baronius) *expressè dixit quam regulam obseruauerit B. Benedictus ante sui Ordinis institutionem; & tamen nemo dixit esse improbabile eũ vixisse secundum regulam Basilij; quandoquidẽ ex alijs rationibus & coniecturis potest probabiliter deduci. Secundũ est. Nullus antiquus Author retulit S. Gregorium I. Papã fuisse professum regulam, & Ordinem S. Equitij; & tamẽ insignis ille pater historiæ Eminent. Card. Baronius, id affirmauit; neq; omnes id credent esse improbabile. Tertium est. Nullus ex antiquis, & coætaneis expressit B. Ioannem Bonũ vixisse sub regula Augustini; & tamen hoc certissimum est ex Bulla Innocentij IV. Quare ergo erit argumentum efficax; nullus ex Domesticis B. Francisci, vel vetustis scriptoribus asseruit B. Franciscum ante institutionem sui Ordinis fuisse Monachum Augustinianum: ergo improbabile est quòd fuerit. Ratio autem a priori quare non sequatur rei improbabilitas ex authoritate negatiua Authorum id non exprimentium, ea est; quia probabilitas rei non dependet necessariò ex relatione Authorum expressa, sed etiam oritur ex relatione implicita, ex coniecturis deductis ex rebus alijs, quæ narrantur ab Authoribus;* Et etiam ex testimonio aliorum grauium Authorũ, licèt tempore posteriorum.

Sed occurrit Author vbi suprà, V vt nostra Responsio euacuaret argumentũ, oportere tot fuisse, qui prædictorum sanctorum vitas scripserint, & ex his fuisse plures siue conciues, siue discipulos, siue coætaneos, qui eos viderint; obseruauerint, & tanquam Magistros secuti fuerint, quot, & quales nobis ab Authore offeruntur gestorũ V n. 3. p. 224.

S.

S. Francisci dissertissimi narratores. *Quod si tot, & tales essent Benedicti, Gregorij, & Ioannis integræ vitæ narratores, & si quid circa rem notabilem, circa professionem solemnem, circa biennij vitam regularem, altum tacuerunt*, Ego (ait Author) *pro non facto reputabo; & si a posteriore scriptore obtrudatur, non tam facilè inducar vt credã, quàm difficilè iudicabo, vt firmũ, vt solemnẽ vitæ statum tot testes oculati præterierint.*

Ex hàc doctrina infert 1. Improbabile esse D. Benedictum obseruasse regulam S. Basilij, dum S. Gregorius ei coæuus a quatuor discipulis Benedicti eius gesta per doctus, disertè refert, X Romanum Monachum, a quo priùs victum, deinde vitæ institutum, & habitum accepit *Benedictus*, non sub Basilij, sed sub Theodati patris regula vixisse. Infert 2. disparem esse rationem de S. Gregorio, & Ioanne Bono, atque de B. Francisco; quia de his neque cointemporaneos, aut conterraneos habemus scriptores, ex quorum silentio possimus quidquam inferre. Gregorius enim Turonensis, Y æqualis D. Gregorio, pauca eius gesta suæ interserit historię, & primus illius vitam scripsit Paulus Monachus Cassinensis sub Carolo Magno; & secundus Ioannes Diaconus sub Carolo Caluo, quorum ille imperauit ab anno 768. vsque ad annum 814. hic verò ab annno 840. vsque ad annum 878. De B. Ioanne Bono nullus ante prætẽsum Iordanũ de Saxonia scripsit. *Quod si vniuersi discipuli, & coæui omninò tacuerint, ex prætermisso eius Monachatu Augustiniano, quid poterit contra meam dissertationẽ inferri? Adde. Quòd Innocentius paucis post annis post Ioannis mortem Bullam ediderit, in qua refert illũ regulam subiisse Augustini. At in Monachatu Augustiniano S. Francisci nullus Pontifex, nullusque graui: Author vetustus adstipulatur.*

Hęc Author excogitauit, non intendens salubria vt careret errore, sed quærens potiùs quid contra ea respõderet, quæ eius objiciebãtur asserto. Sanè non mirum. *Nam* (vt Augustinus ait) Z *Procliuiores sumus quærere potiùs quid cõtra ea respõdeamus, quæ nostro obiiciuntur errori, quàm intendere, quæ sint salubria, vt careamus errore.* Sed valdè mirandum est virum doctum adeò tenaciter & incautè suę

X *lib. 2 dial. ca. 1.*

Y *lib. 10 Historiæ Frãcorũ. c. 1.*

Z *de Nat. & Grat. c. 25.*

assertioni inhærere, ex qua proprio iudicio fidens, non videt quanta sequantur absurda. Eo enim argumento vtebātur reprehensores septimæ Synodi apud Adrianū Papam in Epist. ad Carolum de Imaginibus, vt infra difficultate 7. latiùs referemus. Sic enim aiebant. *Quòd nulla Euangelij lectio tradit Iesum ad Abagarum Imaginē misisse, vt illi dicunt*. Quo admisso negat Pontifex inde sequi aliquid contra veritatem historię, quę aliunde cōstabat. Eo etiā argumēto vtūtur heretici ad negādā plura Christi opera, quę in sacro textu nō cōtinētur. Sic Caluin' apud Gretserū, *A* & Doctorē Ioannē de Acuña in discursibus de effigiebus Christi nō manufactis, *B* editis Villæ nouę Astigitanę an. 1636. negauit impudenter historiam Sudarij, quod Berenicè, aliàs Veronica. faciei Domini sanguine, & sudore aspersæ admotum, eiusdē Domini vultus effigiem in ferè tinuit. *Qui fieri potuit* (inquit Caluinus) *vt Euangelistæ casum adeò stupendum silentio inuoluerint, qualis fuit Veronicam Christo cū ad passionem pergeret, obuiā ocurrere; & pietate motam Sudariū offerre, quo sanguinem, sacræ faciei sudorem extergeret, & in eo Dominum veram suam effigiē efformasse? Quomodo Euangelistæ, qui minora, & minus digna scitu, scripta reliquere, tam singulare miraculum, & in æternas memorias testificatione dignum reliquerunt?* Cui argumento respondet Acuña vbi suprà in hæc verba. *Quam exiguas vires habeat argumentū Caluini, quotidie tradunt Scholastici logici in scholis, cum repetunt, Argumentum ab authoritate negatiua nihil valet. Non retulit Historicus, ergo non est verum; non habet vim, &c.* Sic etiam Hospinianus Caluinista in sua farragine de origine templorum apud Gretserum cap. 16. p. 348. arguebat. *Euangelistæ nullam faciunt mentionem huius Veronicæ: ergo res fictitia est;* Et tamen argumentū Caluini, & Hospiniani desumi potest non ex solo silentio Euangelistarum, sed etiam aliorum Authorum sacrorū Testamenti noui in hunc modum; Christi Domini gesta scripserunt Mattheus, Lucas, Marcus, & Ioannes; & nonnulla interserunt, Ioannes in tribus Epistolis, Lucas in Actibus Apostolorum, Paulus in quatuordecim Epistolis, Iacobus in vna, Petrus in duabus, vel saltem aliqui eorum. Ex his quidā sunt Apostoli, quidam Euangelistę; omnes, vel ferè omnes, coæui, con-

A lib. 1. de Cruce c. 97.

B *discurs. 32 §. 1. fol. 194. p. 2.*

conterranei, & familiares, & discipuli, & qui ab eo tempore, quo intrauit, & vixit inter illos Dominus Iesus, testes fuerunt eorum, quæ gessit. Et tamen huius rei adeò notabilis nullam mentionem aliquis eorum fecit. Ergo iuxta instructionem Authoris, pro non facta est reputanda. Et ex simili silentio plura alia gesta Christi, quę in dubium vertere nefas, erunt neganda, si ex eo solo silentio plurium Authorum, coæuorum, discipulorum, & familiarium gesta ex integro scribentium certa regula est desumenda. Neque enim dici potest gesta Christi fuisse conscripta minori cura, ac diligentia, aut à paucioribus, vel a non coæuis, discipulis & familiaribus, quàm gesta B. Francisci. In has angustias incidit, qui dubia non tam intellectu, quam voluntate decernit.

Sed neque vis exemplorũ, quę adduximus, facilè eliditur. Quia licèt Authori sit improbabile Benedictum sub D. Basilij regula militasse, ab alijs tamen viris doctissimis probabile iudicatur. Ita censuit Azorius lib. 12. Institutio. moral. cap. 19. quæst. 17. col. 1241. ibi. *Huic* (Basilio) *postea Benedictus in Occidente successit, qui Monachorum Orientis sub eiusdem Basilij regula vitæ rationem æmulatus, suos quoque Monachos formulam viuendi à se præscriptam profiteri voluit, in qua eadem, quæ dixi, vota seruanda traduntur.* Idem tenet Antonius Gallonius in Responsione ad Monachum Benedictinum pag. 87. ex illis verbis regulæ Benedictinæ cap. 73. *Et regula S. P. N. Basilij quid sunt, &c.* Et meritò, quia satis id indicat conformitas habitus; S. Cosmati ad Vicum Varanum monasterium, cuius Abbatem egit; & memoria expressa solius regulæ *S. P. N. Basilij* in propria regula cap. 73. quam suis Monachis obseruandã pręscripsit. Neque obstat testimonium D. Gregorij; tum quia satis probabiliter dicitur tradi Romanum Monachum sub Theodati Patris regula, hoc est, obedientia, vixisse. Sic in actis D. Fulgentij, C ante eius opera de Felice Abbate, & B. Fulgentio Author adiecit hæc verba. *Nihil alter sine consensu alterius faciens, sed sic ambo cæteris erant*, imperantes, *vt sub vnius se regula crederent constitutos.* Vnde Prudentius Sandoualius Benedictinus Epis-

C. c. 8. pag. 4.

Episcopus Pampilonensis p. 1. Monasteriorum Regaliũ Hispaniæ Ordinis S. Benedicti §. 6. fol. 13. non abnuit Romanum fuisse Ordinis S. Basilij, sic de Romano Monacho inquiens. *Erant quippè in illis montanis Monachi velut Eremitæ, vel regulæ S. P. N. Basilij.* Et Yepes tom. 1. Chronicæ Benedictinæ Centur 1. anno 494. cap. 3. non reicijt vt improbabilẽ opinionẽ asserentiũ D. Benedictũ sub regula Basilij militasse. Tum etiam, quia doctissimus P. Suarez tom. 4. de Religione; *D* sic ait; *Benedictus autem non videtur in eo Monasterio, vel sub ea regula aliquando vixisse. quia neque à Theodato receptus est, nec illi fuit cognitus, statim in Sublacum secessit, &c.* Verùm dificilè est Benedictum à Romano indutum habitu monastico, & nõ sub ea professione, & regula, quam ipse sub Theodato patre seruabat.

D lib. 2. c. 2. n. 4 p. 348.

De Gregorio autem Magno, plures etiam vel coæui, vel paulùm tempore posteriores, vel post ducentos circiter, aut ampliùs annos meminere, aut vitam scripsere, & tamen nullus etiam referens eius Monachatum, & monasteria, expressit Gregoriũ fuisse professum regulã, & Ordinẽ S. Equicij. Gregorius enim ad cœlos abijt an. 604. vel 605. & de illo egere, Gregorius Turonẽsis *E* an. 596. defunctus, & eius Monachatum; & sex in Sicilia, & vnius Romæ, Monasteriorum erectionem enarrat. S. Isidorus Hispalensis Episcopus, *F* qui è viuis excessit anno 636. & D. Ildefonsus Archiepiscopus Toletanus, *G* qui decessit anno 667. Gregorium inter scriptores Ecclesiasticos, & viros illustres collocarunt. Vener. Beda in historia Anglorum, *H* (quem Marianus Scotus Author quingentorum annorum anno 678. floruisse tradit; & ferè omnes illius sub anno 731. in quo historiam Anglorum anno ætatis 59. absoluit, meminere) Monachatus mentionem agit in vita eius. Deeo etiam quædã scripsit Damascenus, *I* qui claruit circa an. 731. & Paulus Diaconus de gestis Longobardonum, *K* qui vixit circa an. 774. Paulus Monachus Casinensis, qui circa an. 768. Caroli Magni tempore inter viuos agebat, in eius Actis, quæ scripsit. Simeon Metaphrastes, qui circa an. 850. fulsit, in vita D. Gregorij apud Lipponamũ, *L* vbi eum Monachum in monasterio S. Andreæ Apostoli ad

E lib. 10 hist. c. 1

F de script. Ecclesiæ c. 27.

G de viris illust. c. 2

H lib. 2. c. 1.

I orat. de fide sanctor.

K lib. 3 c. 11. & 12.

L tom. 1

ad Cliuum Scauri fuisse refert; Ado Treuerẽsis, qui circa an. 1080. tempore Gregorij VII. vixit, in suo Martyrologio; *M* vbi sex in Sicilia monasteria, & septimum intra vrbis muros, in quo sub Abbatis imperio militatauit, à Gregorio constructa testatur.

Inter omnes verò, qui D. Gregorij meminere, nemo vberiùs eius gesta posteriorũ memoriæ commendauit, quàm Ioannes Diaconus, qui circa annum 873. ex præcepto Ioannis Summi Pontificis vitam Gregorij, quæ extat apud Surium, *N* quatuor libris digessit. Hic in prologo ad Ioannem Papam sic ait. *Visus est à venerabilibus Episcopis diuino quodam instinctu, commotus requirere, cur tantus Pontifex, qui multorum sanctorum vitas texuerat, gestis proprijs in propria dumtaxat Ecclesia caruisset; præsertim cũ apud Saxones, & apud Longobardorum. Sibi prorsus infensissimam gentem, gestis propijs vbique polleret. Cumque venerabiles Episcopi has ab vtrisque gentibus haberi quidem, sed compendiosissimè responderent, meam quoque paruitatem consciscens, præceperas vt vitam ipsius de scrinio sanctæ Sedis Apostolica tanto pleniùs, quanto & certiùs capere studuissem.* Et infra. *In quibus quamquam multa, & varia memoratu digna studio breuitatis omiserim, nihil memini posuisse, quod scriptorum veterum authoritate nequeat defendi, exceptis illis miraculis, quæ nostris temporibus facta, multorum adhuc superstitum viuis vocibus celebrantur.* Videat nunc Author an ex silentio Authorum, qui circa annos 596. 636. 667. 731. 774. 768. 850. 873. & 1080. de Gregorio scripsere, æquale sumi posit argumentum, atque ex silentio Auuhorum vitæ S. Francisci: & sicut eo silentio non obstante admittet esse probabile D. Gregorium sub Ordine, & regula S. Equitij militasse; ita simili silentio non obstante dignetur admitere probabile quoque esse B. Franciscum ante sui Ordinis institutionem, in D. Augustini castris uitam egisse.

N tom. 2. die 12. Martij.

De B. Ioanne Bono verum quidem est non extare eius gesta, ab aliquo coætaneo & discipulo conscripta; licèt enim vt in eius vita O refert Constantius, aliqua B. Ioannis Boni miracula Fr. Michael Veronensis scripto tradidisset; Beatus pater libri conscius in minutissima fru-

O lib. 2. c. 16. p. 47.

ftra diuisit. Postea eius meminere B. Henricus de Vrimaria in libro de Origine Ordinis Eremitarum S. Augustini, P edito anno 1334. & Iordanus de Saxonia in Vitas Fratrum circa annum 1360. Q & Ambrosius Coriolanus circa annum 1479. in Chronica Ordinis. At hi tres inter Beatos Augustinianos Ioannem computarunt. Antoninus autem eius vitam scripsit, R nulla facta mentione regulæ, aut Ordinis Augustiniani; & præcipuè dum opuscula Henrici, & Iordani latuerunt, non defuere qui arbitrarentur B. Ioannẽ non militasse sub vexillo Augustini, fundamento deducto ex silentio Authorum, siue coæuorum, & discipulorum, siue non. Vnde P. Franciscus Suarez tom. 4. de Religione, S sic ait. *Ingestis autem ab hoc Ioanne Bono, nihil referri reperio de habitu, aut regula, aut Ordine S. Augustini, sed tantum de vita Eremiticà, & austera in generali*. Et R. P. F. Antonius Daza T Eremitam sęculariem asseruit. Et Nicolaus Prutenus in Trilogio animæ 3. p. cap. 6. quod est de prudentia, litt. H, vbi sic ait *Dubium etiam est vtrùm Ioannes Bonus fuit de Ordine Eremitarum S. Augustini, cum hoc etiam non determinet clarè, Vener. M. Fr. Iordanus Almanus, Prouincialis Saxoniæ, Ord. Erem. S. Augustini, in libro de Vitas Fratrum, &c.* Nempè p. 1. cap. 14. At expressè, & clarè id dixerat Iordanus lib. 1. capit. 8. pag. 17. Et infrà concludit Prutenus. *Igitur videtur fuisse Eremita, non sub regula, nec sub Ordine Eremitarum S. Augustini*. Hæc Prutenus ex solo Iordani silentio, vel potiùs non clara determinatione, quam illi turpiter deceptus imponit. Et quidam alij B. Ioannem ab Augustini castris, ex simili coæuorum, aut antiquorum Authorum, quos non legerant, silentio excluserunt. Inquiram ego modô ab Authore, an hoc argumentum ex silentio petitum concludat, vel non. Si primum dicatur, contra est, quia ex Bulla Innocẽtij IIII. extra omne dubium est manifestum non concludere. Si verô dicatur secundum, quia silentium non est plurium Authorum coæuorum, discipulorum, & familiarium, quia defuere Ioanni similes Chronographi; iam saltem habemus inefficaciter deduxisse eos, qui ex silẽtio Authorum, conuincere intenderunt B. Ioannem non

P *via. 3 verit. 7*

Q *lib. 1. c. 8. pag. 16.*

R *3. p. tit. 24. c. 13. f. 210.*

S *lib. 2. c. 9. n. 9. p. 372.*

T *4. p. hist. Frãcis. n. 9. p. 372.*

obseruasse regulam Augustini, & argumentum ab authoritate negatiua, nisi plurimis adminiculis vestiatur, nihil concludere. Vnde meritò Ioannes Briz Martinez in historia S. Ioannis de la Peña respondens Escolano, qui ex silentio Prudentij Cæsaraugustani inferebat, S. Laurentium nō fuisse Oscensem, sic ait. *Sat est quod alij dixerunt, &c. Apostolus S. Ioannes non scribit Christi transfigurationem, licèt illam suis oculis viderit, & valdè eius intento congruebat ad cōprobādā sui Magistri diuinitatē, qui fuit scopus suũ Euangeliũ scribendi. Rex etiam D. Iacobus peculiarem omnium rerum suarum historiam edidit, & omittit vnam ex potioribus inter omnes, quæ illi contigerunt, vt sancta vrbis Darocēsis corporalia testantur. Et similibus omissionibus pleni sunt Authores, tam prophani, quàm sacri. At inde res antiqua non conuincitur falsitatis, &c. Itaque iuxta bonā Dialecticam argumentum ab authoritate negatiuum nihil concludit.* Et Alphonsus Paleotus Archiepiscopus Bononiensis tom. 1. de Christi stygmatibus, c. 1. pag. 2. sic ait. *Si pleraq; de Seruatoris nostri passione mysteria ab sanctis Euangelistis silentio prætermittuntur, quemadmodum Simon de Cassia testatur lib. 13. de Passione Domini cap. 105. Inter cætera, inquit, Euangelica Scripta, quæ admirationem animum meum pulsant, hoc potissimum est, quòd tantum, & tanti hominis crucifixionis mysterium duntaxat, omni serie prætermissa, edicitur factum. Sed nō absque oculto mysterio, ita modus ab omnibus Euangelistis existit intermissus.* Sed ad reliqua festinemus.

DIFFICVLTAS II. DE ARgumento deducto ex silentio omnium Euangelistarum circa aliqua Christi Domini opera.

VT difficultate præcedenti vidimus, obiectioni R. P. Daza ex solo D. Bonauenturæ silentio petitæ, res-

lentio inferetur, eum improbabiliter attribui Francisco? Sed sit ita. Explicet eo modo assertum, adhuc vrget dilemma. Vel omnes Christi actiones, quæ scriptæ non sunt in Euangelistis, non fuerunt præcipua, & potiora, grauioraque Fidei nostræ mysteria; siue circa illa; vel aliquæ continentes præcipua, & potiora Fideique nostræ grauiora mysteria, non sunt scriptæ in Euangelistis. Si secundum, habemus intentum, & sicut omnes Euangelistæ omiserunt aliquam Christi actionem circa præcipua, & potiora, Fideique nostræ grauiora mysteria; ita omnes scriptores illi vitæ Diui Francisci potuerunt omittere eius Monachatum Augustinianum, quem alij Authores non omiserunt. Primum verò dici non potest. Quia plura ad Sacramentorum institutionem spectantia non sunt scripta in Euangelistis. Quis enim Euangelista expressit integra verba Consecrationis Calicis; quibus vtitur Ecclesia. Innocentius enim III. Vt refert sanctus Antoninus, K *Quæsitus à Lugdunensi Episcopo de forma Consecrationis sanguinis Christi, quia nullus Euangelistarum ponit talem formam ex integro; & illa verba,* Æterni & mysterium Fidei, *In Euangelijs non habentur; sed neque quòd Christus tunc eleuauerit oculos ad Cœlum. Vnde ergò talia verba posita sunt in forma, qua nunc Ecclesia vtitur? Respondet, & habetur extra de Celebratione Miss.* cum Marthæ, *& dicit.* Sanè tam de verbis, quàm de factis Dominicis inuenimus ab Euangelistis omissa, quæ Apostoli, vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse leguntur. *Quòd probat, Nam Paulus in Actibus Apostolorum, sic ait.* L Meminisse nos oportet verbi Domini nostri Iesu Christi, qui dixit, Beatius est dare, quàm accipere. *Hæc nullus quatuor Euangelistarum descripsit. Nullus etiam eorum expressit quod Paulus de Christo ad Corinthios scribens ait;* Visus est plusquam quingentis Fratribus simul. Deinde visus est Iacobo. *Ipsi etiam Euangelistæ inter se mutuò suppleuisse leguntur, quæ ab eorum aliquo, vel aliquibus sunt omissa. Credimus igitur quòd formam verborum, sicut in Canone repetitur, etiam à Christo Apostoli, & ab ipsis Apostolis* co-

K p. 3. tit. 19. c. 1. §. 9 f. 33. p.

L c. 20.

eorum receperint successores. Hæc Antoninus. Quis autẽ audeat dicere designationem formæ consecrationis sanguinis ex integro non spectare ad precipua, & potiora, & fidei nostræ grauiora mysteria? Vnde Card. Bellarminus tom. 1. lib. 4. cap. 5. col. 165. sic de hæreticis ait. *Respondent, etiam si non scripta omnia, quæ dixit, aut fecit Iesus, esse tamen scripta omnia necessaria. Sed hoc iam est refutatum. Multa enim necessaria non sunt scripta; & præsertim de Sacramẽtorũ institutione, quæ sine dubio Dominus tradidit in illis quadraginta diebus.* Hæc doctissimus Bellarminus.

Deinde omissis alijs exemplis; Quis Euangelista expressit Sacramentum Extremæ Vnctionis fuisse à Christo Domino institutum; & hoc, aut illo tempore? Omnes Authores supponunt circa hoc Sacramẽtum, licèt Marc. 6. insinuetur, à nullo tamen Euangelista eius institutionem à Christo factam exprimi. Neque enim ostendi potest locus in aliquo Euangelista, in quo illius institutio à Christo facta exprimatur. Vnde D. Thomas in 4. dist. 23. q. 1. art. 1. q. 3. hanc rationem reddit, cur Euangelistę huius Sacramenti mentionem non fecerunt. Et adeò certum est à nullo Euangelista exprimi, vt ex hoc vnico fundamento Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacram. cap. 2. pag. 15. Alensis 4. p. q. 8. membro 2. art. 1. Altisiodorensis lib. 4. summæ tract. 7. cap. 1. Magister in 4. dist. 23. & S. Bonauentura ibi art. 2. q. 2. censuerint hoc Sacramentum nõ à Christo Domino, sed ab Apostolis institutum; Id ex silentio omnium Euangelistarum inferentes. Et tamen de fide est hoc Sacramentum à Christo Domino fuisse institutum. Sic enim diffinitur in Tridentino Sess. 7. Can. 1. & Sess. 14. Can. 1. Videat lector expositores D. Thomæ, præcipuè Suarez tom. 4. in 3. p. M & Dominicum de Soto, N vbi ex Thoma Vualdensi O refert Vuiclefum ex silẽtio Christi in Euangelio, & cæterorum Apostolorum circa eius promulgationem, & executionem intulisse Extremam Vnctionem non esse Sacramentum. Quis autem dicat institutionẽ huius Sacramenti non esse annumerandam inter actiones Christi spectantes ad precipua, & potiora, & fidei nostræ grauiora mysteria? Non ergo etiam in his actionibus ex solo silentio omnium Euangelistarum, qui rem nõ expresserunt,

M *disp. 39. pag. 538.*
N *in 4. dist. 23. quæst. 1 art. 1.*
O *tom. 2. de Sacram. c. penult.*

ferunt, desumitur efficax argumentum.

Addit deinde Author, P me potuisse potioribus argumētis vrgere id quod probandum assumpseram; sit ita. Sed quid inde, nisi me rem verissimam ostendendam assumpsisse, & non omnia, quibus demonstrari poterat, coaceruasse; ne tunc veriùs dicere posset me liberè in ea probanda exspatiatum. Sed superaddit ea, quæ affero vt ostendam multa à Christo dicta, & facta, quæ apud Euā gelistas non habentur, infirmiora esse, quàm vt quæ velim extorqueant; seque mihi monstraturum ea omnia in Euangelica historia contineri; easque Christi actiones, quas omissas suppono, ab Euā gelistis signāter fuisse notatas. Sic cēsuit Author. Sed an rectè cēsuerit, oportet singillatim examinare. Forsan agnoscet firmiora esse argumenta quàm putauit, aut voluit.

P sect. 6. §. nu. 8. prg. 228.

DIFFICVLTAS III. DE loco Pauli ad Hebræos cap. 5.

PAulus ad Hebræos 5. de Christo sic habet. *Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq;, ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.*

Ex hoc loco Pauli probaui aliquam Christi actionem præcipuam, & fidei nostræ proficuam, nempè lacrymarum effusionem, cuius nullus Euangelista meminerit, necessariô esse admittendam. Huic euidentissimæ probationi, quam nullus Author negauit, aut in dubiū vertit, omnes supponūt, vel exprefsè aduertunt, & si quis vocasset in dubium, manifestè conuinceretur, dum interrogatus quo in loco aliquis Euā gelista eas lacrymas expressisset, locū quē ostēderet non haberet: huic inquā euidētissimę probationi respōdet Author his verbis. Q *Verba illa Pauli intelligunt Ambrosius, & alij de oratione Christi in Cruce, vbi ex Matthæo, & Luca, cum clamore valido, & voce magna dixit;* R Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? *Et*, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. *Iterùmque*, Clamans voce magna emisit spiritum. *Sed cum hic nulla mentio de lacrymis habeatur, probabi-*

lius

linis hic egisse Paulum de oratione Christi in horto; aiunt Theodoret. Œcumen, D. Th. & alij; vbi tertiò orans, & uti ait Apostolus, preces, supplicationesq; ad eum, qui posset illum saluum facere à morte, offerens, *non solum fleuit, sed factus in agonia sudorem emisit sanguineũ*. Vbi quidẽ, *inquit Bernardus*, non solis oculis, sed quasi mẽbris omnibus fleuisse videtur. Hæc Author.

Mirùm sanè virum doctũ hæc effugia excogitasse, quæ nemini placitura non dubito. Negari enim salua fide nõ potest Paulum ibi loqui de veris & proprijs lacrymis; cum verba Sacræ Scripturæ accipienda sint in sensu proprio, nisi euidens sequatur absurdum. At nullus Euangelista retulit Christum in horto veras lacrymas effudisse; & in sensu Bernardi nõ minùs dici potest Christum in Cruce fleuisse, dùm effudit sanguinem, quam in horto, dùm sudauit. Ergô ex nullo Euãgelij loco habemus Christum siue in horto, siue in Cruce lacrymas effudisse, sed ex solo Pauli prædicto loco ad Hebr. 5. quẽ amplioris claritatis gratia, & vt euidentiùs innotescat ex illo solo cõstare lacrymas Christi fuisse illi orationi adiunctas, placuit referre Authorum testimonia circa illa verba, *& lacrymis*; diuersaque eorũ placita, dùm scrutantur de qua oratione Christi Paulus loquatur, licèt hoc secundum non multũ nostra intersit. De quacumq; enim oratione Paulus egerit, semper indubitatum remanet lacrymas illi admixtas à solo Paulo referri.

Paulũ eo in loco agere de oratione Christi in horto, tradidere Ambrosius (eius si sunt cõmentaria in Paulũ) Primasius, Haymo, Theodoretus, D. Tho. Glossa interlinearis, Michael de Palacios, & Ioannes Maldonatus, insignis Euãgeliorum interpres, in c. 26. Matthæi col. 622. sed clariùs de oratione Crucis loco infracitando interpretatur; & alij: Ex quibus D. Anselmus sic ait. *Quia in illa prolixa oratione credendum est lacrymas effudisse, cum, & guttæ sanguinis pro sudore decurrerent ab eius corpore*. Ribera verò sic habet. *Cumq; diu orauerit in tanto angore, quis dubitet eũ tunc & valdè clamasse, præ vehementi dolore, & lacrymas fudisse, qui sanguinẽ fudit? Tũc ergò ita orauit, vt nũc ait Paulus, & alias etiam fortasse. Et S. Bruno* de oratione horti, & quacumque postulatione ante mortem intelligere videtur.

De oratione verò Christi in Cru-

Cruce Paulū explicuere Hugo Cardinalis ad illa verba, *& lacrymis*; ibi. *Et nota quòd Glossa non determinat vbi, vel quando Dñs fleuit, nisi quòd per antecedentia, quæ exponit fuisse facta quādo positus est in agonia, videtur dicere similiter Glossa quia tunc fleuit; sed D. Bernardus videtur dicere, quòd hoc factum sit in Cruce*; (sic fauet Authori Bernardus) *dicit enim eum in Cruce fleuisse; quod satis textui isti competit. In Cruce enim preces & supplicationes Patri obtulit, quando pro transgressoribus rogauit.* Nicolaus de Lira infra citandus; Albertus Patauin⁹ Augustinianus serm. 52. in Domin. 9. post Penteh. fol. 271. pag. 2. ibi. *Quinto fleuit in passione Hebr. 5. preces & supplicationes cum clamore valido & lacrymis offerens ad Deum.* Ludolphus de Saxonia Carthusianus in vita Christi, X ibi. *Quo facto conclusit vltimū verbum,* (scilicet, septimū) *cum clamore valido, & lacrymis.* Et infrà. *De isto clamore Christi, sicut & de superiori, videtur loqui Apostolus Y cùm dicit*. Qui in diebus carnis suæ, &c. *Et ex hoc videtur quod Christus tam in illis verbis* Eli Eli, *quàm in istis*, Pater in manus tuas, *lacrymatus fuerit.* Guillelm⁹ Estius Z sic inquiés. *Christū igitur in Cruce Patrem orasse cum clamore valido & lacrymis, atq; ad eā Christi precationem hoc loco Paulum respexisse, satis probatum existimo.* Ambrosius Catherinus sic ait. *A Clamauit autem valde (sic enim testatur c. 23. B. Lucas). Et clamans, voce magna Iesus ait, Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Ludouicus de Tena Episcopus Dertusensis, *B* sic habet. *Dico ergò quòd Paulus hic agit de oratione Crucis, non de oratione horti.* Et rationem reddit; quia oratio horti nō fuit exaudita; & quia nō cōstat in horto validè clamasse, benè tamen in Cruce. Math. 27. & Lucæ 23. Et denique Card. Caietanus Dominicanus; *C* & Guterrius Trexto Minorita; *D* Fr. Thomas de Iesu Augustinianus, in libro laborum Iesu labore 5. pag. 82. & 94. Et Antonius de Molina, ex Eremita Augustiniano Carthusianus, in exercitijs spiritualib⁹ orationis, parte 2. tract. 3. meditat. 1. pag. 563. & medit. 13. p. 663. & Ioannes Maldonatus in cap. 27. Matth. vers. 46. col. 679. & Ioannes Suarez Lusitanus, Augustinianus, Episcopus Conimbricensis tract. 273. in cap. 23. Lucæ pag. 1136. Rabanus in cap. 27. Matth. citatus à Diu. Tho. in Catena à fol. 110. p. 2.

X p. 2. c. 63. & 64. fol. 295.

Y ad Hebraos 5.

Z p. 482

A p. 481

B diffic. cult. 4.

C p. 394

D f. 233

Tam de oratione horti, quàm Crucis agere Paulum, existimarunt Gabriel Vazquez in Epistolas Pauli; *E* Cornelius à lapide; *F* & Arias Mótanus in Epistolam ad Hebręos. *G*

E *pag.* 192.
F *p.* 920
G *cap.* 5

Alij apud Guillelmũ Estiũ, *H* censent sermonem esse, non de oratione horti, aut Crucis, sed de alia, de qua nulla fit mētio in Euangelistis; sed quæ per reuelationem, aut per traditionem nota fuerit Paulo; ea scilicèt, qua Christus orauit, vt eum Pater à morte liberaret, vt vult Theophilactus; vel vt eum defunctum à morte resuscitaret, vt docuit Æcumenius. At *R*ibera tenet huius orationis, qua Christus resurrectionē petijt, Ioannē in Euangelio meminisse. *I*

H *pag.* 452.

I *c.* 12. & 17.

Cæterum siue de hac, siue de illa oratione Paulus loquatur, certum & indubitatũ est eas Christi lacrymas orationi admixtas, nō contineri in Euāgelica historia; neq; vllũ, quantumuis obscurum, Authorem id asseruisse; sed omnes in oppositum cōspirasse. Neq; ea veritas clariori indiget demōstratione, quàm petitione loci Euangelici, in quo prędictę lacrymæ exprimantur. Nullus enim extat in Euāgelica historia, neq; ab Authore refertur, aut referri potest. Nulla enim in oratione horti mentio lacrymarũ. Quis has lacrymas verè, & propriè acceptas, in Euangelio contineri scripserit, cedo mihi aliquē: Ego plures referā, qui assertionis meę Duces clarissimi fuerint. Vt dicere iure possim cum Hieronymo Epist. 10. ad Augustinũ cap. 3. *Si igitur me reprehēdis errantem, patere me, quæso, errare cum talibus. Et cum me erroris mei multos socios habere perspexeris, tu veritatis tuæ, saltem vnũ adstipulatorem proferre debebis. Interpręstati sunt illi vt potuerunt, tu quo modo istum locum edisseres, vtiq; meliora dicturus, qui veterum sententiam reprobasti?*

Ex his igitur, quos legimus, suffragantur sequentes. S. Chrisost. *K* circa an. 398. sic ait. *Quid sibi vult quod dicit, cum clamore forti? Nusquam hoc Euangelium dicit. Neq; quòd lacrymatus sit orās, neque quod clamorē emiserit.* Ex Chrisostomo id hausit Glossa interlinearis, *L* ad illud, *& cum lacrymis*, his verbis; *Chrisostomus. Hoc non legitur in Euangelio.*

K *Homil.* 8.

L *ad Hebr.* 5.

S. Bruno, Ordinis Carthusiani Fundator, circa an. 1088. ad illa verba. *Et cũ lacrymis*, sic habet. *M Alibi non inuenitur eadem hora lacrymasse Christũ, nisi in hoc Euāgelio Pauli, cui non est minùs*

M *pag.* 375.

tre-

credendum.

Vgo Cardinalis, Dominicanus, circa an. 1248. ad illa verba, *Et cũ lacrymis*, sic inquit; *Glossa. Hoc in Euangelio nõ legitur, credendum est tamẽ esse factum.*

N *lect. 1. f. 210 p. 2.* Angelicus Doctor S. Thom. circa an. 1265. N in cap. 5. ad Heb. *Secundò cum dicit*, & lacrymis: *Per lacrymas enim exprimit Apostolus interiorẽ gemitum orantis. Hoc autem nõ legitur in Euangelio; sed probabile est, quòd sicut ipse lacrymatus est, in resuscitatione Lazari; ita & in passione sua. Nam ipse multa fecit, quæ non sunt scripta.* Hæc D. Thom. quem Author O pro se citauit. O *sect. 6. §. 1. n. 6 p. 129.*

Nicolaus de Lira, Franciscanus, circa an. 1320. in c. 5. ad Heb. P hæc habet. *Cum clamore valido, &c. offerens, scilicèt corpus suum cum precibus in Cruce. Quòd autem moriens validè clamauerit, dicũt Euangelistæ; sed quòd ibi lacrymatus fuerit, nõ habetur in Euãgelio expressè, potest tamen haberi per simile, quia Ioan. 11. dicitur quòd Christus in morte Lazari lacrymatus est ex pietate; & magis probabile est* (Hoc est maior erat causa lacrymandi in Cruce, quàm in morte Lazari) *quòd lacrymatus fuerit in Cruce pro totius humani generis redemptione. Dicitur etiam Ioan. Vlt. quòd multa fecit Iesus signa, quæ nõ sunt scripta; & ideò cum Apostolus dicat, tunc ipsum lacrymatum fuisse, tenendũ est hoc tanquam certũ, quãuis in Euãgelio non sit scriptum.* P *n. 10. col. 844*

Dionysius Carthusianus an. 1330. Q illa verba, *cum clamore, &c.* Hæc subiecit. *Quãuis in Euãgelio nõ legatur hoc ipsum, propter authoritatem tamẽ Apostoli certissimè est tenendum: Quoniam multa fecit Iesus, quæ non sunt scripta.* Q *art. 5*

Card. Thomas Caietanus, Dominicanus, circa an. 1520. super illa verba: *Et lacrymis offerens*, sic habet. R *Quanquã in Euangelio non legitur Christi lacrymæ in Cruce, sicut tamẽ sitiuit ex natura; ita lacrymatumquoq; fuisse rationabile est ex naturali cursu naturæ.*

Gutterius Trexo, Minorita, in editione anni 1536. R ad illud: *Et cum lacrymis*, hæc adiecit. *De lacrymis nullus Euãgelistarum meminit; sed credẽdum est testimonio Apostoli.* Videndum hunc Authorem, monet Author in margine, vbi suprà. R *f. 194* S *f. 233* T *pag. 481.*

Ambrosius Catherinus, Dominicanus, circa an. 1550. ad eadem verba sic ait. T *Quòd autem illacrymatus fuerit in Cruce, non expressè legitur in Euangelio, &c. Sed & in Cruce, etiam si nobis Apostolus non*

expressè legitur in Euangelio, &c. Sed & in Cruce, etiā si nobis Apostolus non expressisset, omninò credibile est illum lacrymasse.

Michael de Palacios circa an. 1590. sic habet, *V Quòd clamore autem valido Dñs exorauit Deum Patrē, non legimus aliàs, nisi quando in Cruce clamās voce magna expirauit. Similiter, quòd lacrymis supplicaret, nullibi extat in diuinis scripturis, nisi in hoc loco.* Et infra. *Et multa fecit Christus, quæ Codicibus sacris non sunt comprehensa. Ioan. vlt.*

V Heb. 5.

Cornelius ad eadē verba sic ait. *X Hinc ergò patet Christū illa oratione, & fortè aliàs sæpe, lacrymas fudisse, licèt id nō narrent Euangelistæ.*

X p. 920

Iacobus Tirinus, Iesuita, in editione Antuerpiensi, anni 1632. in Sacram Scripturā sic inquit. *Y Cū valido clamore, & lacrymis (& si id siluerint Euāgelistæ) exauditus est pro sua reuerentia.*

Y tom. 3. pag. 472.

Ludouicus de Tena, Episcopus Dertusensis circa an. 1620 in c. 5. ad Heb. sic habet; *Z Et quāuis de neutra oratione* (scilicèt horti, & Crucis) *sit expressū in Sacra Scriptura quòd fuerit cum lacrymis, valdè tamē est verisimile in Cruce fuisse Iesum lacrymatū, &c. Imò supposito quòd de oratione Crucis, hic Paulus loquitur, omninò est certū illā fuisse cū lacrymis, &c. Solet autē Paulus exprimere quæ Euāgelistæ tacuerūt, aut tanquā sibi diuinitus reuelata, vel traditione diuina manifestata, &c.*

Z dissi. 4.

Guillelmus Estius ad eadē verba sic ait, *A* loquens de oratione Crucis; *Ibi quāuis lacrymæ eius non legantur, tamē sicut sitiuit naturaliter, præ siccitate corporis exhausti, sic & lacrymas ei naturaliter præ doloribus erupisse, credibile est.*

A p. 452

Videat nunc Author, quo prætextu, quo Authore duce, qua vè probabilitate asseri posit lacrymas à Christo effusas in oratione, de qua ad Hebræos 5. loquitur Paulus, in Euangelica historia expressè contineri, & ab Euangelistis signanter fuisse notatas, vt se nobis monstraturum in sua Defensione *B.* pollicetur.

B sect. 6. § 1. n. 6 p. 228.

DIE-

DIFFICVLTAS IIII. DE loco Actuum Apostolorum, cap. 20.

D. Paulus cap. 20. Actuum Apostolorum ad maiores natu Ecclesiæ Mileti hæc protulit verba. *Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborãtes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit, Beatius est magis dare quàm accipere.*

Ex hoc etiam loco ostendimus aliquam Christi actionẽ præcipuam, & fidei nostræ proficuam, nempè prolationẽ illius sententiæ, *Beatius est magis dare quàm accipere*; quã à Christo prolatam certo non constat ex aliquo loco Euangelij, esse necessariò admittẽdã.

Huic etiam manifestæ probationi, quam fatẽtur omnes, quibusdam exceptis, qui notant posse etiam dici Paulum loqui de doctrina Christi, quæ licèt non ad verbum, ad sensum tamen in Euangelio refertur, respõdet Author in hæc verba. *Secundũ locũ ex Actis Apostolicis allatum*, Beatius est magis dare quàm accipere, *ad illa Christi verba Lucæ 6. V. 30.* Omni petenti te tribue; *& ibidem V. 53.* mutuum date nihil inde sperantes, *referunt Chrysostomus, Œcumenius, Lira, Sixtus Senensis; vel ad illum etiam locum Lucæ 14. V. 13.* Cũ facis cõuiuiuiũ, voca pauperes, &c. *Et* beatus eris, quia non habent retribuere tibi. *Verò similiùs respicere potuit Apostolus.* Hoc enim *ait Lorinus*, videtur esse quod h.c ponitur. *Beatius est magis dare quàm accipere.* Hæc Author.

Sed mirari non desinã quo deflectãt qui firmo statuerint animo ab ea sententia, quã semel complexi sunt, nec recedere, nec auelli. Cum enim in præsenti agamus de silentio Euangelistarum non exprimẽtium clarè, & expresè (immô neq; implicitè) aliquã Christi actionem; ita vt ex illorum testimonio desumeretur notitia certa, & infalibilis, extra omne dubium esse debet prolationem prædictorum verborum Christi ab omnibus Euangelistis fuisse silẽtio præter missam. Nullus enim illorum clarè, & expresè retulit ea Christi verba, neque ad verbum, neq; ad sensum, neq; ex alijs, quæ retulerunt, euidenter infer-

feruntur. Quôd nullus ea retulit clarè, & expressè ad verbũ, manifestũ est, quia ostẽdi non potest in quo loco Euangelij contineantur. Quöd verö neq; quoad sensũ clarè, & expressè referantur, neq; ex alijs euidẽter inferantur, sic demonstro. Primô, quia in locis ab Authore citatis nulla fit comparatio inter dare, & accipere, sicut fit in verbis à Paulo relatis: sed tantùm, vel consulitur, vel commendatur donatio, quæ fit absque spe retributionis. *Nã* (vt ait elegãter Ambrosius) *D hospitalem esse remuneraturis, affectus auaritiæ est.* Secũdô, quia si clarè & expressè referrẽtur quoad sensum, vel euidenter deducerẽtur ex alijs, negari nõ posset verba relata à Paulo Actor. 20. contineri quoad sensum in Euãgelio. Ea enim quæ expressè referuntur in Euangelio, vel euidenter inferuntur ex his quæ in Euangelio habẽtur, negari salua fide nõ potest in Euangelio contineri. At omnes ferè Authores (quibusdã exceptis, qui sub disiunctione, vel etiam dubitanter loquuntur, & nõ de relatione expressa) vno ore cõtestantur verba à Paulo relata, nullatenus in Euangelica historia contineri, sed per reuelationem diuinã, vel Apostolicam traditionem fuisse ab Apostolo accepta.

D *lib. 7 in Luc. cap. 14.*

Quôd vt clarè innotescat Doctorum, & interpretum testimonia subijciemus.

S. Chrysostomus circa ann. 398. in Acta Apostolorum E sic ait: *Et vbi dixit. Forsã absque scriptura tradiderunt Apostoli, vel ex alijs quis colligere potuit?*

E *Hom. 45.*

Rabanus circa ann. 835. in Glossa Ordinaria in cap. 20. Actuum Apostolorum *F* sic habet: *Hæc in Euangelio non legitur, non enim omnia scripta sunt; sed Paulus forsitã hoc ab Apostolis audiuit, vel ab Spiritu Sancto accepit, vel potest dici, quòd si non verba, sensum ipsum Iesus indicauit dicens,* Omni petenti da, *& alibi,* nolite accipere aurum, &c.

F *col. 1204.*

Theophilact. circa an. 1071. ad eadem verba, hæc subiungit. *Et vbi dixit? forsitã absq; monumẽtis litterarum Apostoli tradiderunt hanc vocem, ex ore Domini acceptã, aut ex his, quæ quis cõijcere, ac rationibus colligere possit, hoc liquet.*

Æcumenius, qui inter an. 800. vel 900. vel post millesimum iuxta diuersorum placita vixit, in eadem verba sic inquit. *Post modum ad huius etiam confirmationem, vaticiniũ Domini voce dictũ esse asserit, quòd nunc in scriptura non inuenitur. Et fortassis id absq; scriptura tradiderunt Apostoli,*

li, aut ideo quia ratiocinando quisquam habere potest, dictũ esse, alijs verbis id ipsum signi ficantibus.

Innocentius III. suprà G à nobis relatus ex Antonino, H & habetur extra, *de Celebratione Missarum* cap. *Cum Martha* sic loquitur. *Sanè mul ta tam de verbis, quàm de factis Dominicis inuenimus ab Apostolis omissa, quæ Apostoli, vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse leguntur.* Quod pro bat. *Nam Paulus in Actibus Apostolorum I sic ait: Meminisse nos oportet verbi Domini Iesu Christi, qui dixit, Beatius est magis dare, quàm accipere: Hec nullus quatuor Euãgelistarum descripsit.*

E Homil. 45.

G diffic. 2. vers. 2. asserit.

H 3. p. tit. 19. c. 1. §. 9 f. 33. p. 2.

F col. 1204.

I c. 20.

Vgo Card. circa an. 1248. in cap. 20. Actuũ Apostolorũ ferè eadem verba, quæ Rabanus, adiecit. ibi. *Hoc in Euangelio non legitur: Non enim omnia scripta sunt. Sed fortè hoc Paulus ab Apostolis audiuit, vel ab Spiritu Sancto accepit Ioan. vlt.?* Multa quidem & alia. *Vel potest dici quòd huius sensus est Lucæ 6.* E *Omni petẽ te tribue. Et Matth.* 10. B. Addit Lorinus in Acta Apostolorum K ad citatos locos Euangelij adijci posse, & hunc: L *Cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos; & beatus eris, quia non habet retribuere tibi. Hoc enim*

K c. 20. vers. 35 p. 762.

L Lucæ 14. ver. 13.

videtur esse quod hic ponitur, Beatius est magis dare, quàm accipere.

Dionysius Carthusianus circa an. 1320. in Acta Apostolorum sic ait. M *Præterea constat ex his multa esse dicta, documentaque Christi, quæ nullus Euangelistarum descripsit, quia verbum nũc allegatum in Euangelio non habetur.*

M c. 20. f. 108. p. 2.

Nicolaus de Lira circa an. 1320. N in eadem verba sic habet. *Licèt hoc non habeatur in Euangelio, tenendũ autem est firmiter propter verbum Apostoli quod dixit, quia nõ omnia facta ei⁹ sunt scripta, Ioan. vltimo; & multo minus eius verba; sed per reuelationẽ Paulus habuit hoc Christi verbum, sicut & eius Euangeliũ. Gal. 1.*

N col. 1203.

Paulus de Sancta Maria, Episcopus Burgensis circa an. 1406. in additionibus ad Postillas Nicolai de Lira in cap. 20. Actuũ Apostolorũ, O hæc adiecit. *Attendendum est quòd licèt ista verba non contineantur sic sub ea forma in Euangelio, continentur tamen virtualiter. Loquendo enim de datione pro vt pertinet ad eleemosynam, vel ad beneficiũ (de quibus, vel saltèm, de altero eorũ Apostolus ad præsens agit, vt in littera patet) constat quòd Christus in multis locis Euangelij dationem commendauit,*

O addit. 2. col. 1203.

pra-

præcipiens, seu consulens actū ad hōc pertinentem.

Card. Caietanus circa an. 1520. in prędicta verba sic ait. Ps. 284 *P Hinc apparet Euangelistas non scripsisse totam Christi doctrinam moralem, quoniā sententia hæc in nullo inuenitur Euangelista.*

Q lib. 1 Biblio th. V. Sixtus Senensis Dominicanus circa an. 1500. docet Q ea verba in Euangelio non haberi, sed Paulum ea ab Apostolis accepisse, vel ex alijs verbis id ipsum significātibus deduxisse.

Ioannes Lorinus (quem Author vbi suprà velut sibi fauētem allegauit) in editione Coloniensi an. 1617. hæc habet. R V. 35 p. 762. *R Non extat in Euāgelijs ista Christi sententia:* Et paulò infrà. *Arbitror Paulum designare conceptis expressam verbis Christi sententiam, non collectam dumtaxat ex ijs locis, quæ citantur, in quibus etiam non extat illa comparatio, vt nō modo beatus sit qui dat, sed beatior quoque quàm qui accipiat. Deinde verborum Domini liber tā est apocryphus, quā in quibus memoratur. Constitutiones eiusdem paulò maioris sunt fidei: nego tamē ex ijs Paulum hausisse dictam sententiam; sed quæ Apostolorum circū ferebatur ore; illam & Clemens scriptis mandauit,* S lib. 4. const. c. 13. *S & antequā ipse scriberet, Paulus in hac eōsione protulit.* Addit Lorinus in hæc verba. T pag 763. *T Deniq; docui c. 1. multa Christū & docuisse, & fecisse, quæ voluminibus Euangeliorum non continētur, &c.* Et cap. 1. sic dixerat. V vers. 1. p. 6. *V Miraculorum iniri numerū non posse, facilè colligitur ex Matthæo, X Marcoque, Y præter Ioannis citata verba. Sentētias quoq; alias, quas ex Euāgelistis nemo retulit, inuenies non modo in hoc ipso libro, Z verùm etiam apud Clementē Romanum in constitutionibus Apostolicis; A Clementem Alexandrinū in Stromatis; B Hieronymum in Epistolā ad Ephesios, C & contra Pelagianos, D & alios nonnullos, quāuis ex apocryphis interdum.* X cap. 1. 16. & 9. 35. & 14. 35. 36. Y c. 62. 13. 55. 56. A lib. 4. c. 3. & lib. 2. c. 4. B lib. 4. C in c. 5 D lib. 3. circa punc. E diffic. 4.

Ludouicus de Tena Episcopus Dertusensis in c. 5. Epistolæ ad Hebræos, E vbi sic ait: *Solet autem Paulus exprimere, quæ Euangelistæ tacuerūt, aut tanquam sibi diuinitus reuelata; vel traditione diuina manifestata, sicut Actor. 20. dicitur Christū dixisse,* Beati est magis dare quā accipere, *cū in toto Euāgelio id nō legatur.*

Guillelmus Estius ad eadē verba. *Hoc in Euangelio nusquam habetur. Vnde patet quædam de factis, & verbis Saluatoris fuisse tradita, non scripta.*

Ioannes Mariana in Scholijs eiusdem loci. *Vbi id Christus*

stus dixerit, non inuenitur; multa fecit, & dixit, quæ in Euangelijs scripta non sunt.

Bartholomæus Gauantus in Thesauro sacrorum Rituum in Annalibus S. Pauli. F *Citauit in ea Concione sententiam Christi, quæ alibi nō legitur; Beatius est magis dare quàm accipere.*

F *tom. 2. p. 7.*

Iacobus Tirinus in Sacrā Scripturam; G *Et meminisse verbi Domini Iesu, (& si in Euangelio non descripti) Beatius est magis, &c.*

G *tom. 3 p. 272.*

Franciscus Haræus in Scholijs in Bibliam. H *Sed vbi dixit? Forsan absque scriptura tradiderunt Apostoli, vel ex alijs quis colligere poterit. Hæc Chrysostomus.*

H. *tom. 2. p. 206*

Gaspar Sanchez in eadem verba. *Hæc autem verba, cū dicta sint à Domino, vnde tamen deprompta fuerint non constat; sed dixisse Christum multa quæ ab alijs citantur, præter ea, quæ in Euangelio prodita, diximus suprà cap. 1. ad illud. Quia Ioannes quidem baptizauit aqua.* Id autem ibi sic dixerat. *Responderi posset, à Christo ita esse pronunciatum, non tamen proditum ab Euangelistis, quando quidem teste Ioanne cap. vlt. multa à Christo facta sunt, quæ nō sunt scripta; & infrà c. 20. Paulus citat tanquàm à Domino dictum;* Beatius est magis dare quàm accipere, &c. *Vide plura exempla in Salmerone tract. 50. in Acta.*

Alfonsus Salmeron vbi suprà, sic ait ad eadem verba: *Et si nullum ex Euangelio locum habeamus ad confirmandum hoc testimonium, satis tamen nobis esse debet testimonium Apostoli Pauli, cuius authoritas est sacrosancta, & Canonica. Possumus coniectare illud ex traditione acceptū fuisse, & ex auditu Apostolorum ad nos dimanasse.* Franciscus Suarez in Defensione fidei contra Regem Angliæ, lib. 1. cap. 9. nu. 10. pag. 49. sic ait. *Et Actorum 20. Paulus allegat dictum Christi,* Oportet (*inquiens*) meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit, beatius est magis dare quàm accipere. *Quod alibi scriptum non legebatur.*

Ecce omnes Authores vno ore fatentur prædicta Christi verba à Paulo relata, non contineri expresse, & formaliter in Euangelio. Aliqui verò tradunt à Paulo fuisse accepta, vel per reuelationē Dei, vel per traditionē Apostolorum, & nullatenus ex aliquo Euangelij loco, ex quo euidenter deducantur: nonnulli verò probabiliter addunt, vel forsan à Paulo collecta & deducta ex aliquibus Euāgelij locis, id ipsum quo-

ad sensum significantibus. Conuincitur ergo ex prædicto exemplo aliquam Christi actionem à nullo Euangelista fuisse clarè, & expressè relatam; atque adeò ex solo silentio omnium Euangelistarum eam actionem non exprimentium, neque quoad verbum, neque quoad sensum, neque aliquid scribentium, ex quo euidenter deducatur, non efficaciter inferri eam Christo improbabiliter attribui, aut non posse esse certum, & infallibile Christum illam eliciuisse; & hic erat scopus nostræ doctrinæ in Responsione pacifica ibi. *Ergo vel omnes Christi actiones, quæ scriptæ non sunt in Euangelistis, non fuerunt præcipuæ, neque fidei nostræ proficuæ, vel aliquæ præcipuæ, & proficuæ non sunt scriptæ in Euangelistis*: nempè non obscurè, & virtualiter per deductionem probabilem; sed expressè, & formaliter, vel per deductionem euidentem; de hoc enim erat controuersia cum Authore, qui ex silentio Authorum vitæ S. Francisci non exprimentium formaliter Monachatū Augustinianum S. Francisci, neque scribentium aliquid ex quo inferretur euidenter, cōtendebat illum improbabiliter affirmari, neque posse D. Frãcisco attribui. Vide ibidem n. 5. pag. 31. adijcimus. *Ratio autem à priori, quare non sequatur rei improbabilitas ex authoritate negatiua Authorum id non exprimentium, ea est, quia probabilitas rei non dependet necessariò ex relatione expressa Authorum; sed etiam oritur ex relatione implicita, ex coniecturis deductis ex rebus alijs, quæ narrantur ab Authoribus.* Quæ verba sunt valdè notanda pro dictis in difficultatibus præcedētibus, & pro his, quæ dicemus difficultate 5. & 6.

Quomodo igitur monstrauit, aut mōstrare poterit Author hæc Christi verba à Paulo relata, in Euangelio contineri; & ab Euangelistis signãter fuisse notata, vt in sua Defensione promisit? K Præcipuè cum ferè omnes Authores censeant, predicta verba, neque expressè, neque formaliter, neque quoad verbum, neque quoad sensum, neque virtualiter, & implicitè, etiã quoad sensum deductum & collectū euidenter ex aliquibus Euangelij locis in Euangelica historia contineri. Atque adeò in sententia horum Authorum, ex omnimodo silentio omnium Euangelistarum, non infertur efficaciter, immò neq; probabiliter, attribui improbabiliter Christo K *sect. 6 §. 1. n. 6 p. 228.*

aliquam actionem. Authores autem qui hæc verba referunt ad Euangelij loca, non existimant ex illis euidenter deduci, sed tantum probabiliter.

DIFFICVLTAS V. DE perpetua Virginitate Deiparę.

CHristus Iesus de Spiritu Sancto cóceptus, natus ex Maria Virgine, illæso exiuit matris vtero, eiusque integritatem non minuit, sed sacrauit, eam perpetuò illibatam Virginē conseruans; & Claustra Virginei pudoris conseruauit, incorruptionis signacula nó soluit, vt tradit Gregorius Nicomediensis in Orat. de exitu sanct. Deiparæ. *Creuit enim* (vt ait noster Fulgentius in serm. de laudibus Mariæ) *eius partu integritas, potiùs quam decreuit, & virginitas ampliata est potius quā fugata.* Hoc Christi opus quoad perpetuā Deiparæ virginitatē non contineri in Euangelio, immò neque in Sacra Scriptura, scilicèt expressè, & formaliter; neq; ex illa efficaciter conuinci, sed ex traditione haberi; in

I *Resp. 3. nu. 6. pag. 32.* Responsione nostra his asserui: I *B. Mariam semper fuisse Virginem, ex traditione nouit Ecclesia.*

M *sect. 6. §. 1. n. 6 pag. 226.* Displicuit hoc exemplū Auhori, & adiecit fidenter hæc verba. *M Virginitatem B. Mariæ adeò manifestum est in sacro Euangelio contineri, vt ex nullo alio Scripturæ loco, neq; validiori argumento quàm ex Euangelica historia desumpto, eam sancti Patres contra Hæreticos defendant. Et si enim insignis sit ille locus Isai. 7.* Ecce Virgo concipiet, & pariet filium; *ad probandam perpetuā Mariæ Virginitatē; tamē quia eū ad alios sensus detorquent Hebræi, varijsque modis interpretantur Hæretici, inde maiorē vim accepit, & irrefragabilior cēsetur, quòd Matthæus eum ad asserendam Mariæ virginitatem a Propheta dixerit N prolatum. Postquā retulit Angelum repulisse Iosephi timorē de Virgine prægnante, & dixisse:* Quòd in ea natū est, de Spiritu Sancto est; pariet autem filium, &c. *Subiungit:* Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentē: Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filium. *Non paruum etiam adminiculum asserēda* N *Mat. 1. V. 21*

 Ma-

Marianæ virginitatis, & probandi voti virginalis Patres accipiunt ex illo Lucæ : O Quo modo fiet istud, quoniã virum non cognosco? *Et Respondens* Angelus dixit ei, Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrauit tibi, &c. *Non ergò, vt tu asseris, ex sola traditione Mariæ virginitatem nouit Ecclesia; sed potiùs ex Sacra Scriptura, maximè autẽ ex Euangelio.* Hæc Author, qui & suprà P hoc mihi assertum atribuit. *Tertiò, ex sola traditione constare B. Mariam fuisse semper Virginem.*

O Luc. 1. V. 55.

P sect. 6. §. 1. n. 8. pag. 228.

Sed in hac impugnatione nostri asserti tot ferè sunt difficilia, quot Authoris verba. Primò enim, non est manifestum perpetuam Beatæ Mariæ virginitatem, de qua agimus, in Euangelio contineri. Secundò, quia Patres ad defendendam contra Hæreticos perpetuam Deiparæ integritatem, non vtuntur aliquo Euangelicæ historiæ loco, tanquam valido argumento. Tertiò, quia locus Isaiæ non est insignis ad probandam perpetuã Mariæ virginitatem. Quarto, quia neque ex c. 1. Matth. probatur efficaciter perpetua Mariæ virginitas; neque ex cap. 1. Lucæ. Quinto, quia nos nõ asseruimus ex sola traditione Ecclesiam nouisse perpetuam Mariæ virginitatem. Quæ omnia ab Authore asserta, vt clarè demonstremus veritate destitui, oportet in hac difficultate aliquanto longiùs immorari. Valde enim odimus (cum Nebridio apud Augustinum) Q *de quæstione magna responsionem breuem.*

Q Epist. 23.

Et vt ab vltimo incipiamus, quantùm sapio, quantùm capio, non video quo prætextu vir doctus nobis imposuerit, quòd asseruerimus ex sola traditione constare Beatam Mariam fuisse semper Virginem. Nos enim ex traditione diximus id nouisse *Ecclesiam*, non verò ex sola traditione. Certum quidem est constare ex traditione; existimamus non constare expressè, aut efficaciter ex sacris litteris; adhuc tamen asseri non potest haberi ex sola traditione *Ecclesiæ*, cũ constet etiam ex *Ecclesiæ* diffinitione, quæ sine dubio differt à traditione, cũ plura ante *Ecclesiæ* diffinitionem ex traditione constiterint. *Ex* quo sic contra Authorem argumentor; vel nouit traditionem *Ecclesiæ* diferre à diffinitione, vel nõ. Si nouit, quomodo aduersarium, quem existimabat asserere prædictam virginitatem perpetuam ex sola

sola traditione constare, non conuincit manifesto argumento ex Ecclesiæ diffinitione desumpto; cum negari non posit hoc dogma ab Ecclesia contrà Hæreticos diffinitum? Si non nouit. Quo modo vir doctus ignorauit discrimen inter traditionem & diffinitionem Ecclesiæ? *Manifestum enim est* (vt docet Suarez de triplici virtute Theologica) *R Ecclesiam ad diffiniendas res Fidei semper recurrere ad Scripturam, & Apostolicas traditiones.* Vnde Card. Bellarminus Controuesia 4. sic ait. *S At cōcilia non habēt, neque scribunt immediatas reuelationes, aut verba Dei; sed tantùm declarant quodnam sit verbum Dei scriptum, vel traditum, & quomodo intelligi debeat; & præterea ex eo per ratiocinationem deducunt conclusiones.* Et Petrus Lorca in 2. 2. Diu. Thomæ hæc adiecit. *T Diffinitiones Ecclesiæ non faciunt fidei dogma id quod ante non erat, neque addunt articulum nouum, sed asserunt, & explicant antiquam; quæ quamuis esset in corde Ecclesiæ, & fide multorum, quoad aliquos obscurata fuerat, & in quæstionem, & dubium vocabatur; & ideo non vtuntur noua reuelatione, sed ex reuelatis in Sacra Scriptura & traditione Ecclesiæ procedunt.* Et in hac doctrina omnes Scholastici conuenere. Asseruimus igitur perpetuam virginitatem B. Mariæ non ex Sacra Scriptura, sed ex traditione constare; non verô diximus ex sola traditione; quia extra omne dubium etiam est ex Ecclesiæ diffinitione constare. Vnde doctissimus P. Franciscus Suarez tom. 2. in 3. p. Diu. Thomæ sic inquit. *V Dicendum verò est B. Virginem perpetuam virginitatem coluisse, neque virum vnquam cognouisse. Est de fide, &c.* Et infrà post primam probationē ex c. 44. Ezechielis desumptam hæc addidit. *Secundò præsertim habetur hæc veritas, traditione, consensu, & diffinitione Ecclesiæ, &c.*

Deinde vt manifesta fiant ea, quę in Authore notauimus, & forsan ab illo non fuissent asserta, si D. Thomam, X & eius expositores legisset, supponendum est perpetuam virginitatem Deiparæ includere tres illius status, nempè ante partum, post partum, & in partu; atq; adeò vt locus aliquis expressè, aut efficaciter, cōtineat perpetuā Mariæ integritatē, debet expressè, aut efficaciter denotare eius virginitatem, tâm ante partum

R tract. 1. disp. 2. sect. 6. n. 16. p. 22.

S tom. 1. lib. 2. c. 12. col. 952.

T sect. 1. disp. 17. nu. 6. p. 83.

V disp. 5. sect. 3 pag. 94. & 95.

X 3. p. q. 28. art. 1. 2. 3.

&

& in partu, quam post partũ, vt ex sola terminorum aprehensione euidens est, & manifestum. Vnde si nullus est in Euangelio locus, vel Sacra Scriptura, qui expressè, aut efficaciter contineat virginitatem Deiparæ in partu, vel post partum, nullus etiam erit, qui perpetuam illius integritatem conuincat, atque adeò ex traditione, & diffinitione Ecclesiæ tantùm innotescet certò & infalibiliter, non ex testimonio expresso, aut efficaci sacræ paginæ.

Hoc posito tenendum nobis est (licèt quidã alij oppositum probabiliter sentiant) perpetuam Deiparæ virginitatem non probari efficaciter ex sacris litteris, & multò minus ex Euangelio. Primam asserti partem tenet expressè Card. Bellarminus in controuersijs cum Hæreticis Y in hæc verba. *Traditio de fide est, quòd B. Maria fuerit semper Virgo, &c.* Z Et infrà. *Octauo credendum est B. Mariam semper fuisse Virginem contra errorem Heluidij, vt semper tota Ecclesia credidit; & tamen nullum de hac re est in Scripturis testimonium.* Et rursus infrà. A *Prima igitur regula est, quando vniuersa Ecclesia aliquid tanquã fidei dogma amplectitur, quòd non inuenitur in diuinis litteris, necessè est dicere ex Apostolorum traditione id haberi. Igitur illa omnia, quæ Ecclesia fide tenet, tradita sunt ab Apostolis, aut Prophetis, aut scripto, aut verbo. Talis est perpetua virginitas B. Mariæ, numerus librorum Canonicorum, & similia.*

Y tom. 1 contr. 1. lib. 4. c. 2. f. 155

Z cap. 4 col. 164

A cap. 9. col. 185.

Impugnauit hanc Card. Bellarmini doctrinã Hæreticus VvitacKerus, eiq; respondet Iacobus Gretzerus è Societate Iesu in defensione controuersiarum Bellarmini edita anno 1607. lib. 4. cap. 2. col. 1528. in hæc verba. *Inter traditiones Apostolicas de fide numerat Bellarminus istas, B. Mariam semper fuisse Virginem, & quatuor tantum esse Euangelia. Respondet VvitacKerus, traditionem primam probari ex Scriptura ab Epiphanio, Ambrosio, Hieronymo; esse igitur traditionem scriptam. At exhibeat VvitacKerus Scripturæ locũ, qui expressè testetur Deiparã ante, in, & post partum semper mansisse intemeratam Virginem, &c.* Et infrà col. 1592. *Notandum est autem longè discriminari hæc duo, aliquid quoad quæstionẽ an est, ex Scriptura probari posse; & illud ipsum supposita, vel aliunde cognita eius existentia, ex Scripturis illustrari, & verisimile reddi posse.*

se. Priori modo non ex Scriptura, sed ex traditione habetur perpetua Deiparæ virginitas. Posteriori verò, ex Scriptura ostendi, muniri, & declarari idem dogma potest. Hæc Gretzerus. Addamus etiam pro hac parte insignem scholasticum Franciscum Suarez, qui in defensione fidei contra Regem Angliæ lib. 1. cap. 9. n. 19. pag. 53. inter exempla traditionum, quæ in Scriptura non continentur expressè, neque ex ila efficaciter deducuntur, perpetuam Deiparæ virginiratem enumerauit his verbis. *Est & aliud exemplũ de perpetua virginitate Deiparæ, quòd licèt multi ex nouis Hereticis, seu protestantibus non admittãt, Rex tamen respuere non videtur, cum illam in pag. 45. Præfationis virginem apellet. Et quidquid alij senserint, nobis satis est dogma illud vnanimi consensu à patribus esse traditum.*

Stant etiam pro nobis Petrus Canisius de B. Virgine, B vbi agens de virginitate post partum, eam nõ probat ex aliquo Scripturę loco, sed ex Patrum testimonijs, & Ecclesiæ traditione, & deffinitione. Et Gabriel Vazquez, C & Addamus Contzēē in Euangelia, D eodem modo illam ostendunt, & non ex aliquo Scriprũræ loco.

B lib. 2. c. 10. p. 133.

D tom. 2 in 3. p. disp. 121 cap. 6.

Sed clariùs, & expressiùs Petrus Canisius supra citatus, E vbi sic habet. *Centuriatores autem Erasmi dictum repetunt, taciteq; confirmant, nimirum quòd Maria fuerit perpetuò Virgo, licèt in diuinis litteris nusquã exprimatur, tamen ex traditione probari, quam inde ab Apostolis Patres veluti per manus transmissam acceperunt, & ad nos deriuarunt, quamque Christianus Orbis magno consensu comprobauit. Hanc Centuriatorũ siue doctrinã, siue cẽsurã nos libentius amplectimur, &c.* Et infrà. *Est ita quidem, vt fatetur Erasmus, Catholicam de Maria perpetua Virgine confessionem ad illa pertinere dogmata, quæ non Scripturæ authoritate, sed Ecclesiæ diffinitione nituntur, quæque summo Patrũ consensu nobis tradita non minùs tenemur, inquit, credere, quàm si sacris litteris essent expressa. Nullus enim Orthodoxus vsquã contradixit perpetuæ Mariæ virginitati, quæ cum sacrarum litterarum euidentibus testimonijs doceri non possit, &c.* Hæc Canisius contra Brentiũ, Zuuingliũ, & Bullingerum, qui se diuinis litteris demonstrare posse confidebant Mariam non solùm in conceptu, sed etiam

E c. 17. p. 177.

in

in partu Virginem permansisse; ac id circo necessariô ita quemuis credere Christianû.

Ep. 178 Et infrà F adducens testimonia ex Matth. 1. & 12. Marci. 3. & 6. Luc. 8. & Ioan. 2. 7. & 19. & Pauli ad Galath. 4. quibus Heluidius perpetuã integritatem Marianam impugnabat, sic ait. *Si Scripturæ Sacræ verbis inhæreamus, nec aliud præterea subsidium requiramus, habet sanè vnde glorietur, suumque dogma confirmet Heluidius, qui Mariam perpetuò Virginem non esse censendam multis, & speciosis Scripturæ verbis astruit, nec omninò leuiter probare videtur.* Et infrà. *Hæc nimirum tela sunt Heluidianorum ad confringendam Deiparæ virginitatem parata, nec aliunde quam ex maximo illo diuinæ Scripturæ armamentario deprompta: quæ alijs eiusdem Scripturæ verbis retundere, & cõfringere nemo facilè possit; & si nos illa priùs vtcumque disiecerimus, sed Patrum vestigijs insistentes. Immò verò quemadmodũ sanctus Episcopus, adeoque Christi Martyr Ioannes Roffensis apertè fassus* G inpræfat. art. Luth. cõfutatorum *est*, G *ita nos etiam ingenuè asseueramus, ne verbum quidẽ vnũ è Scripturis proferri posse, vt Mariam perpetuò Virginem fuisse liquidò demonstretur. Ac tantum abest vt præsens cõtrouersia solis Scripturæ verbis dirimatur, vt etiam illis augeri potiùs videatur.* Et infrà. *Vana est igitur eiusdem Bullingeri gloriatio,* H pag. 179. *quòd auboritate diuina demonstrare possit Mariam perpetuò Virginem permansisse.*

Hæc prima asserti pars clariùs, & efficaciùs conuinci non potest, quàm dissoluendo opposita fundaméta; quod infrà præstabimus. Ex quo etiam secunda pars asserti clarè constabit. Eam tamen in particulari sic demõstro. Primô, quia Heluidius non ex Testaméto veteri, sed præcipuè ex Euangelio impugnabat perpetuam Deiparæ virginitatẽ; & ob id dixit Canisius ex solis Scripturę verbis, præsentem de perpetua virginitate controuersiam nõ dirimi, sed potiùs augeri videri. Secundô, quia nullus, aut ferè nullus, probat perpetuam virginitatem Mariæ ex Euangelio, tanquam ex efficaci, & valido argumento; & tamen probabiliter arbitrantur eã probari efficaciter ex cap. 44 Ezechielis. Tertiò, quia õmnes Catholici censent virginitatẽ B. Mariæ in partu ex Testaméto veteri cõuinci efficaciter; eam tamen ex nouo non conuinci tenet expressè Gabriel Vazquez tom. 2. in 3. p. disp. 121. cap. 3. nu. 36.

pag. 67. Vbi agens cõtra Hęreticos virginitatem in partu negantes, sic ait. *Ex nouo testamento nulla testimonia contra hos Hæreticos proferre possumus.*

Perpendat Lector quo iure potuerit Author in hæc verba prorumpere. *Virginitatem B. Mariæ* (scilicèt perpetuam, de qua erat controuersia) *adeò manifestũ est in Euangelio cõtineri, vt ex nullo alio Scripturæ loco, neq; validiori argumento quàm ex Euãgelica historia desumpto, eam sancti Patres contra Hæreticos defendant.* Hæc Author, sed nullum producens Patrẽ, qui ex Euangelica historia, & ex nullo alio Scripturæ loco, tã quàm ex valido argumento, contra Hæreticos defenderit perpetuã virginitatẽ Marianã. Et sanè Hæretici apud Canisium vbi suprà *K* contẽdentes eam ex Sacra Scriptura demonstrari, non ex Euangelio, sed ex cap. 7. Isaiæ, & 44. *Ezech.* & ex Ps. 109. cõuinci volebant. K *pag.* 128.

Sed retundamus opposita fundamenta, tã ea, quæ Author adduxit, quàm alia, quę adducere potuit, & potiora erant, vt verisimiliùs probaret aliquam partẽ assumpti. Ad primum ergô ex cap. 7. Isaiæ desumptum duo respondeo. Primũ est. Locus Isaiæ efficax est ad probandam integritatem Marianam antè partum, & in partu; prǽcipuè postquam Matthæus cap. 1. dixit, totum id, quôd præmiserat, factum, *Vt adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem; Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filiũ.* Nec enim negari probabiliter potest sermonem esse de Virgine illibatã, quæ sigillo integritatis illæso, & conceptura, & paritura esset Mesiã. *Non enim* (vt notat Ambrosius) *L conceptu ram tantummodò dixit, sed & parituram Virginem dixit.* Ita docent D. Thomas *M* in argumento, *sed contra*, solis verbis Isaiæ adductis; & art. 2. in corpore vbi sic habet. *Respondeo dicendũ, quòd absque omni dubio asserendum est matrem Christi etiam in partu Virginem fuisse. Nam Propheta non solum dixit,* Ecce Virgo cõcipiet, *sed etiã addidit,* Et pariet filium. Franciscus Suarez, *N* præcipuè adiuncta allegatione Matthæi; & eodẽ modo Vazquez, *O* qui cap. 3. nu. 39. pag. 67. illud appellat præclarũ testimonium; & n. 42. citatis pluribus Patribus, & Authorib⁹ hęc addit. *Qui omnes, excepto Tertulliano, nõ solũ prædictũ locũ accipiũt de Christo, & B. Maria verũ etiã intelligũt, vt*

L *Epist.* 81.

M 3. *p.* q. 28. *art.* 1.

N *tom.* 2. *in* 3. *p. disp.* 5 *sect.* 1. *p.* 85 & *sect.* 2. *p.* 86.

O *tom.* 2. *in* 3. *p. disp.* 121. *c.* 1. *n.* 6. *in p.* 63.

inde colligant eam in conceptione, & in partu Virginem.

In eundem sensum interpretantur hunc locum Carthusianus in Isaiã; *P* & Thadæus Perusinus Augustinianus. *Q* Lira ibidem, sic inquiens. *B. Virgo Maria à Prophetis denunciata, quæ concepit, & peperit manens Virgo.* Et in cap. 1. Matthæi Abulensis, *R* Card. Caietanus, & *S* Christophorus Santotisius Augustinianus. *T* Gaspar Sanchez in c. 7. Isaiæ sic habet. *V* *Dicendum igitur est oraculũ hoc esse de Mesia, & eius matre Virgine, neque vlli catholico fas est contra cogitare, cũ id habeamus ita apud Matthæum expressum vt omnem omninò dubitationem ademerit, &c.* Adamus Contzen in Euangelia, *X* ex loco Isaiæ à Matthæo adducto tanquam valido argumento probat Mariam concepisse, & peperisse salua integritate. Petrus Canisius de B. Virgine, *Y* tãquam ex clarissimo, grauissimo, & præcipuo Scripturæ loco, qui non facilè à proteruis possit elidi, præcipuè addita allegatione Matthæi, virginitatẽ Mariæ ante partũ, & in partu cõuincit. & c. 6. p. 111 post varios Patres allegatos sic ait. *Hi enim omnes magno cõsẽsu cõprobant, ad matrẽ Virginẽ Mariã, quæ pura Christũ cõcepit, & peperit, præsẽs vaticiniũ pertinere*; & p. 113. *Locum hunc non de iuuencula, vel adolescentulæ, sed Virginis conceptu, & partu intelligi res ipsa conuincit.*

P c. 7. p. 42.
Q tex. 8 p. 191.
R q. 48. & 49.
S fol. 4.
T p. 99.
V n. 36. pag. 100
X tom. 1. q. 4. pag. 19.
Y lib. 2. c. 6. pag. 104. & 110. & c. 9. pag. 126. & 130.

Secundum est. Ex prædicto loco Isaiæ non probatur efficaciter B. Mariæ integritas post partũ, atq; adeô neq; perpetua virginitas, quę necessariò integritatem post partum includit. Hoc adeô certum est, vt nullus sit Author Catholicus, quem legerim, vel nouerim, vel audierim, quantumuis obscurus Author, qui existimauerit ex eo efficaciter probari virginitatem perpetuã, aut post partum B. Mariæ. Assignet Author aliquem Catholicũ, qui in ea fuerit sententia. Solus Zuinglius Hæreticus id cõtẽdebat, ne traditionum Ecclesiæ infallibilem authoritatem admitteret, à Petro Canisio sic relatus, & retusus. *Z* *Nam quòd Zuinglius, vt nequicquam Ecclesiæ, vel defensioni, vel authoritati cõcedat, hîc se munit Isaiæ dicto.* Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, *Parùm sanè ad rẽ pertinet, neque obiectum nodum dissoluit. Hinc enim solũ euincere licèt id, quòd Orthodoxis omnibus est indubitatum, Mariam in ipso conceptũ, & sicut Ambrosius probat,* in

Z lib. 2. c. 17. p. 178.

in partu quoque filij Virginē permansisse. An verò efficax hic est locus ad virginitatem Mariæ perpetuam astruendā, illisque comprobandam, qui cum Heluidianis Scripturas exigunt luculentas? Minimè verò. Et merito ita censendum. Quia in prædicto loco Isaiæ, etiam pro vt allegato à Matthæo, nulla prorsus est mentio de integritate post partum. Vnde neque Diu. Thomas vbi suprà, *A* ex Isaiæ loco virginitatem Deiparæ post partum probauit. Neque Franciscus Suarez, *B* neque Gabriel Vazquez, *C* neque Canisius vbi suprà, *D* neque denique quiuis alius Author, quem viderim, quantumuis obscurus.

A *art.* 3
B *sect.* 3 *p.* 94.
C *c.* 6. *n.* 111.
D *lib.* 2 *c.* 6. *pag.* 111. 113 *&* 114.

Vnde D. *Basilius* in serm. de humana Christi generatione hunc locum explicans sic ait. *Nos verò, licèt nihil hoc doctrinæ pietatis officeret;* (Nempè Mariam post partū virū cognouisse; de hoc enim loquebatur) *nam donec dispensabatur Christi generatio, necessaria erat virginitas; quod verò postea sit factum, ad mysterij huius doctrinam non anxiè coniungendum est.* Quæ Basilij verba Vazquez vbi suprà sic interpretatur. *Verùm cum ibi ageret solùm Basilius de sensu illius loci Isaiæ,* Ecce Virgo concipiet, &c. *& contra Hæreticos contenderet intelligendum esse de vera Virgine in conceptione, & in partu; non autem de adolescentula, sicut supra fusius ostendimus; his verbis nō significauit, nihil ad pietatem & fidem pertinere, quòd post partum Virginis factum sit, quasi liberum sit vtrumuis opinari; sed id nihil referre ad mysterium prædictū ab Isaia, de quo tunc ille agebat, & ita ad illius explicationem nō anxiè coniungendam esse Mariæ virginitatem post partum.*

Consideret hic etiā Lector, an scitè defendi possit quod Author adiecit, *E Etsi enim insignis sit ille locus Isaiæ* 7. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium; *ad probandam perpetuam Mariæ virginitatem, &c.* Sanè insignis est ad id locus, qui neque verbum habet de perpetua Mariæ virginitate, neque ab vllo, quem viderim, quem legerim, vel audierim, Authore Catholico ad conuincendam perpetuā Virginis integritatem adducitur.

E *sect.* 6 §. 1. *n.* 9 *p.* 229.

Ad secundum fundamentum ex cap. 1. Matthæi deductum, respondeo locum illum posse considerari dupliciter; vel pro vt includit locū Isaiæ, vel pro vt excludit. Si primò modo accipiatur, nihil

F *in c.* 1 *Matth.*
G *tom.* 4 *disp.* 2. *quæst.* 2 *punct.* 1
H *lib.* 2. *c.* 9. *p.* 126.

amplius, aut minus ex illo probatur quàm ex loco Isaię. Et in hoc sensu videntur illũ accepisse Rabanus, F & Gregorius de Valencia, G & alij, qui ex illo virginitatem etiã in partu collegerunt; e quibus est Canisiᵒ de B. Virgine.

Si verô secundo modo accipiatur. Dico duo. Primum est, non probatur ex illo virginitas Mariæ post partum, atque adeô neque perpetua. Et ratio est clara. Quia in prędicto loco neque verbum de integritate post partũ, Quôd adeô est manifestũ, vt nullus etiam Author, quem legerim, vel nouerim, vel audiuerim, siue Catholicus, siue Hæreticus, ex eo loco eã vel probet, vel probari posse efficaciter sit arbitratus. Vnde neq; D. Thom. I neq; Vazquez, Suarez, Canisius, aut Valencia vbi suprà, ex prædictis Matthæi verbis virginitatem post partum deduxerunt.

I 3. *p. q.* 28. *art.* 12. & 3

Secundũ est. *E*x prædicto loco Matthæi sic accepto tantùm probatur efficaciter virginitas Deiparæ in concipiendo Christũ. *E*t ratio est. Quia ibi seclusa allegatione Isaiæ, tantùm potest ostendi integritas ex illis verbis; *Quòd enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est, &c.* At ibi tantùm sermo est de natiuitate in vtero, non extra vterum; atq; adeô de virginitate in conceptione, nõ de integritate antè conceptionem, neq; post partum. Vnde D. Thomas virginitatem Mariæ, neq; antè partum, neq; in partu, neq; post partũ ex hoc Matthæi loco probauit. Et Franciscus Suarez K virginitatem Mariæ antè desponsationem probat ex Lucæ 1. *Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginẽ desponsatã viro*: Et virginitatẽ à desponsatione, vsq; ad Angeli annũciationem, ex ijsdẽ verbis Angeli Lucæ 1. virginitatem verô in concipiendo Christum ex verbis Matthæi 1. *Inuenta est in vtero habens de Spiritu Sancto, &c.* Et infrà. *Quòd in ea natum est, de Spiritu Sancto est, &c.* Et infrà. *Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum.* Et Lucæ 1. *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obũbrabit tibi.* Et Gabriel Vazquez L ex eodẽ loco tãtũ probat Mariã incõipiẽdo Christum Virginẽ fuisse. Et infrà; M sic ait (vt & suprà retulimus) de Hæreticis agens, qui virginitatem in partu negant; *Ex nouo testamẽto cõtra hos Hæreticos nulla testimonia proferre possumus.* Et Abulensis N disputans, *an B. Maria fuerit Virgo in concipiendo;* sic respondet. *Dicendũ quod sic*

K *tom.* 2 *in* 3. *p. disp.* 5. *sect.* 1, *p.* 85.
L *tom.* 2 *in* 3. *p. disp.* 111 *c.* 1. *n.* 5 *p.* 63.
M *c.* 3. *nu.* 5. *p.* 67.
N *q.* 48. *in c.* 1. *Matth.*

Mat-

Matthæus hic asserit, & prædixerat Isaias, scilicèt, Ecce Virgo concipiet, *Quòd Matthæ' hic allegauit. Hoc est tenẽdũ simpliciter*. Et infrà tractans, *an B. Maria fuerit Virgo in partu*, sic ait: *Istã virginitatẽ in partu necessè est ponere in Domina nostra, nam Isaias illã prædixit, scilicèt*, Ecce Virgo concipiet, & pariet, &c. Et tamẽ illã non probat ex Matth. Michael etiã de Medina in Matthæũ P ex Euãgelistæ verbis tantũ ostẽdit virginitatẽ in cõcipiẽdo.

O q.49.

Videat nũc Lector quo iure propter testimoniũ Matt. 1. potuerit Author hæc asserere, *P virginitatẽ* (sermo erat de perpetua) *B. Mariæ adeò manifestũ est in sacro Euãgelio cõtineri, vt ex nullo alio Scripturæ loco, neq; validiori argumẽto, quã ex Euãgelica historia desũpto, eã sancti Patres cõtra Hæreticos defẽdũt*. Ostẽdat Author vel vnũ, qui ex hoc loco Matthæi perpetuã B. Mariæ virginitatẽ efficaciter posse demonstrari existimauerit.

P sect.6 §.1.n.9 p.229.

Sed forsan id efficaciter cõuincetur testimonio Luc. 1. quod ipse tertio loco adducit, vbi suprà. Q Scio Gregorium de Valencia R deducere argumentum in hunc modum. Ex verbis B. Mariæ constat eam emisisse votũ de seruanda virginitate. Ergo si aliquando cognouit virum, aliquãdo grauiter peccauit, violando perpetuũ virginitatis votũ. Consequens repugnat cõmuni fidei totius Ecclesiæ; Ergo etiam illud, vnde sequitur. Neque dici potest fuisse cũ Virgine à Deo dispensatũ in illo voto; quia id sine vanitate, & errore fingi nõ potest; præsertim cum Angelus perpetuò illud mansurum indicauerit Virgini, ostendens longè alia ratione fuisse futurũ, vt saluo quantumuis illo vinculo voti, ac firmo proposito virginitatis conciperet, & pareret, scilicèt per obumbrantem virtutẽ Spiritus Sancti: Ex eodem etiã loco posse probari virginitatẽ Deiparæ post partum, tradit Suarez disp. 5. sect. 3. p. 94.

Q n.11. p.230. R tom.4 disp. 2. q.2. pũct.1. col. 406.

Nihilominus certũ nobis est ex hoc loco nõ desumi efficax argumẽtum (seclusa traditione, & diffinitione Ecclesiæ) ad probandã virginitatẽ B. Mariæ post partum. Vnde Author ipse tãtũ ait, Patres inde probandi voti virginalis, & asserendæ Marianæ virginitatis nõ parùm adminiculum accipere. Dixi certùm esse ex eo loco, non desumi efficax argumentum, quia negari non potest, probabiliter, & multipliciter posse dissolui. Primò, asserendo ex eo loco præcisè nõ cõuinci votũ ser-

seruandæ virginitatis. Qui modus dicendi necessariò placeret Martino de Magistris, cui solet tribui quod asseruerit B. Virginem non emisisse votum virginitatis. Sed ille tantùm affirmat B. Virginem apud se decreuisse, vel voto, vel simplici mentis deffininitione perpetuò virginitaté seruare. Hoc modo responderét ij, de quib' suppresso nomine sic ait Suarez, *S* *Aliqui verò Catholici obiiciunt potuisse B. Virginem intelligere statim in illo eodem momento esse cóceptur am, & ideo absque voto potuisse interrogare, quomodo fiet istud?* His videtur fauere Caietanus *T* in hæc verba. *Non dixit, non cognoscam, sed non cognosco, quia intellexerat verba Angeli tunc implenda dicente Angelo.* Ecce concipies: *Maximã affero rationem inquirendi modum, quo nunc concipiam, quoniam vsque in præsens viri cognitioné non habeo. Hoc est, quia Virgo sum.* Fauent etiam ij, quorũ meminit Ioannes Maldonatus *V* his verbis. *Non eo igitur sensu rogat Virgo, quomodo fiet istud? Sed potiùs, vt virginitati suæ, & voti, de quo postea dicemus, religioni cõsulat; aut, vt nõnulli existimãt vt sciat ecquid sibi in eo negotio agendũ sit, ecquæ suæ futuræ sint partes.* Et consonat huic solutioni Versio Ambrosij; sic enim legit lib. 2. in Lucam cap. 1. pag. 17. & 19. *Quomodo fiet istud, quoniam virũ non cognoui?* Et fauet Chrysostomus in Catena D. Thomæ in eadem verba, vbi sic habet. *Quin imò eo ipso contingeret, quòd esset coniugis inexperta.*

S *tom. 2 in 3. p. disp. 6. sect. 2. p. 111.*

T *Luca 1. f. 103*

V *Luc. in 1. 124. col. 913*

Secundò, veriùs & faciliùs dissoluitur, admittendo ex prædictis Virginis verbis à Luca relatis conuinci votum de perpetua virginitate seruanda; illudque votũ fuisse absolutum, & non tantùm emissum post contractum matrimonij, sed antequàm Virgo ab Angelo annũciaretur, vt docent D. Thomas, *V* & Lira, *X* & alij; sed etiam antè initum matrimonium, vt tradidere Suarez, *Y* & Vazquez, *Z* & Ludouicus de Torres parte 2. Selectarum disp. 21 dubio. 2. p. 294. & alij scholastici communiter. Hoc tamen admisso, negandum est inde efficaciter conuinci virginitatem post partum. Non obstante enim voto potuit Deo dispensante, aut ordinante, matrimonium cõsummare absque violatione voti. In omni enim voto ex natura sua includitur implicitè hæc cõditio: Nisi de cõtraria Dei voluntate constet. Vt expresse cum communi scholasti-

V *3. p. q. 28. art. 4.*

X *Lucæ 1. col. 686.*

Y *tom. 2. in 3. p. disp. 6. sect. 2. conc. 2. pag. 112. & 118.*

Z *tom. 2 in 3. p. disp. 124 c. 2. nu. 15 p. 88 A p. 110 & 113. B c. 1. n. 4. p. 87. & c. 4. n. 72. p. 95.*

sticorum sententia docuerũt Suarez, *A* & Vazquez, *B* vbi suprà. At ex prædictis Virginis verbis non probatur efficaciter Deum non ostendisse contrariam voluntatem; atq; adeô ex illis nõ conuincitur integritas Mariana post partum. Et ad rationem Gregorij de Valencia dicimus verũ esse quôd sine vanitate; & errore fingi nõ potest fuisse dispensatum in illo voto, id tamen non oritur ex verbis prędictis, sed ex traditione, & deffinitione *E*cclesiæ, ex qua efficaciter infertur non fuisse dispensatum. Verba enim prædicta optimè saluarẽtur, etiam si postea fuisset dispensatum. Atque adeô ex cap. 1 Lucæ non probatur efficaciter virginitas perpetua B. Mariæ; neque Angelus voti perpetuitatem mansuram indicauit.

Ex his manifestum est loca ab authore adducta vt ostenderet manifestum esse virginitatẽ B. Mariæ (scilicèt perpetuam, de qua erat controuersia) in Euangelio contineri, & ex illo tanquã valido argumento probari, parum habere roboris: imô manifestũ esse eam in *E*uangelica historia expresѕè nõ contineri, neque ex illa deduci efficaciter; & multo minùs ex *E*uangelio, quàm ex alijs sacris litteris conuinci posse efficaciter. Atque adeô, vt asserui, ex traditione, non ex Sacra Scriptura (minùs ex *E*uangelio) nouit Ecclesia certo, & infallibiliter perpetuã Mariæ virginitatem.

Sed obijci ab alio potest locus Ezechielis, C vbi sic ait. *Porta hæc clausa erit, & vir non transibit per eã, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam.* Ex quo loco tanquam valido argumẽto probant perpetuam Mariæ virginitatem D. Thomas in argumento, *sed contra D* vbi etiam adducit testimonium Augustini *E* sic prædictum locum interpretantis. Suarez *F* vbi suprà his verbis. *Quo loco, licèt sub metaphora, ad litteram sermo est de Virgine sanctissima, vt ibi testatur Hieronymus, & sentiunt alij Patres, &c.* Adducit etiam Suarez illud Lucæ 1. *Quomodo fiet istud;* & illud Ioannis 19. *Ecce filius tuus.* (Quo etiam loco vtitur Canisius lib. 2. de B. Virgine) *G* non tamen vt fundamenta efficacia. Abulensis in cap. 1. Matthæi, *H* sic inquiens; *An B. Maria post partum Christi fuerit carnaliter cognita à Ioseph? Dicendum quòd Maria semper fuit Virgo, &c. Ista virginitas Mariæ perpetua designata fuit per Ezechielem*

C c. 44.
D 3. p. q. 28. art. 3.
E serm. 18. de temp.
F disp. 5 sect. 3. p. 94.
G c. 10. p. 135.
H q. 50.

per portā clausam in domo Domini, quæ nunquam aperietur, & vir non intrabit per eam. Ezech. 44. Adiungit deinde locum *Augustini* à D. Thoma allatum. Deniq; Cornelius à lapide *I* cum de porta atrij locum explicuisset, hæc deinde subijcit. *Allegoricè, & potiùs, porta hæc clausa est B. Virgo Maria, in qua sedit Princeps, 1. Christus Dominus &c. Ita Patres omnes & interpretes Christiani, equibus plurimi cēsent hunc esse sensum litteralem. Certè primarius est, & maximè intentus à Spiritu Sancto.* Et infrà. *Ex hisce patet de fide esse B. Virginem fuisse, & mansisse semper Virginem, quia hic dicitur, quòd ipsi quoque Principi, puta Christo, futura sit clausa, & nullo pacto in conceptu eius, & partu, per Virginei claustri sigilliique apertionem reseranda: Ideoq; vocabitur Porta Principis, vt vertit Pagninus.* Hinc videas quo iure dixerit Author ex nullo alio Scripturæ loco, neq; validiori argumēto quā ex Euangelica historia desumpto, sanctos Patres contra Hæreticos defendere perpetuam Mariæ virginitatem.

I *Ezech.* 44. *p.* 317. & 18.

Huic objectioni duo respōdeo. Primum est. Probabile est propter authoritatem tantorum Patrum, & Doctorum ex eo loco efficaciter probari perpetuam Mariæ Virginitatem. Quod etiam non abnuam de Euangelica historia. Tamen ex hoc nihil ad rem. Non enim disputamus, vtrùm ex Euāgelio, aut alijs sacris litteris probabile sit deduci argumentum efficax ad probandam perpetuam *B.* Mariæ virginitatem; sed an certo & efficaciter inde deducatur; ita vt oppositum sit improbabile ex vi prædictorum testimoniorū. Cōtrouertimus enim, vtrùm perpetua virginitas Mariana, expressè cōtineatur in sacris litteris, vel saltem ex illis probetur efficaciter, ita vt ex illis oppositum reddatur dignum cēsura. Secundū est. Arbitror ex testimonio *Ezechielis* non probari efficaciter integritatem perpetuam B. Virginis. Est enim plurimorum Doctorum sententia illud in sensu accōmodatitio, aut mystico (absq; ijs conditionibus, quæ ab Authoribus, præcipuè à Vazquez tom. 2. in 3. p. disp. 14. cap. 5. num. 17. & 18. requiruntur, vt ex sensu mystico efficax argumentum desumatur) non verò in litterali Virgini adaptari. Ita videntur sentire Hugo Cardinalis, K Nicolaus de Lira, L & Dionysius Carthusianus.

K *Ezech.* 44.
L *inidē*

M pag. 174. N lib. 2. c. 6. pag. 104. & 108. & c. 17. p. 178.

nus. *M* Expressit rem hanc alia via, & clariùs Petrus Canisius de B. Virgine, *N* vbi sic ait in vltimo loco referens testimonia, quibus Zuinglius contendebat conuinci perpetuam B. Mariæ virginitatem. *Citat deide Zuinglius quod in Ezechiele* (cap. 44.) *Scriptum est de porta clausa, quæ soli patere debeat Principi. Et nos vltro fatemur isthæc ad Mariam referri, sicut per multis Patrum testimonijs euidentissimum fecimus, etsi Nouatores lōgè aliò, ad templum scilicèt Hierosolymitanum, hæc Prophetæ verba detorquent. Atque vt maximè donet Heluidius præsentem vel Scripturam, vel figuram probandæ virginitati Mariæ quadrare; nondum tamen hinc obtinuit Zuinglius eamdem virginitatem post partum inuiolatam vsque perseuerasse. Id verò est quod Heluidiani Scripturæ locis armati, ex eiusdem Scripturæ fontibus probari postulant, atque confirmari negant.*

Stat igitur semper inconcussa veritas a nobis asserta, nempè perpetuam Mariæ virginitatē, neq; expressè in sacris litteris contineri; neq; ex illis deduci efficaciter, sed certô, & infallibiliter haberi tantùm ex traditione & definitione Ecclesiæ. Atque adeô sicut Authores, qui censent eam non probari efficaciter ex sacris litteris, neque asserunt, neque asserere, aut admittere possunt ex solo silē tio totius sacræ paginæ inferri efficaciter B. Mariam non fuisse perpetuô Virginē; neq; vllus Catholicus contra eos obiecit silentium totius sacræ paginæ, vt inde deduceret sequi ex eorū doctrina B. Mariā nonfuisse semper Virginē; Ita Authores, qui censent Monachatum Augustinianum S. Francisci non contineri in Authoribus vitę S. Frācisci, neq; ex illis probari efficaciter, nō debent, neq; possunt asserere ex solo silentio prædicto omnium illorum Authorū inferri efficaciter B. Franciscū non fuisse Monachum Augustinianum, & oppositum esse improbabile. Quia si ex solo silentio ex vi formæ vnum infertur, etiam infertur & aliud. Perpetua enim matris integritas magis conducebat ad dignitatem Christi exaltandam, quàm Monachatus Augustinianus in alium commutatus ad sanctitatem Beati Francisci commendandam. Sequelam verô admittere quàm sit absurdum, quis non videat?

Non ergô vt Author asserit, perpetuam Mariæ

virginitatem nouit Ecclesia certô, & infallibiliter ex Sacra Scriptura, & maximè ex Euangelio; sed potiùs ex traditione, & deffinitione Ecclesiæ.

DIFFICVLTAS VI. DE Communicatione Iudæ in nocte Cænæ.

VT ostenderemus in Respõsione pacifica, O ex silentio omnium Euangelistarum non exprimentium aliquam Christi actionem pręcipuam, & proficuã non conuinci Christum illam non elicuisse, aut exercuisse, vt Author contendebat, adduxi in exemplum communicationem Iudæ in nocte Cænæ his verbis. *Et tandem Christum communicasse Iudam in nocte Cænæ, quòd tantùm nouimus* (scilicèt expresse) *ex doctrinà aliquorum Patrum*; id enim ex Euangelica historia certô efficaciter non conuincitur.

O Resp. 3. nu. 6. pag. 32.

Displicet hoc exemplum Authori; P sed quare? Quia licèt dubium, & controuersum sit inter Patres, an Christus in nocte Cænæ corpus suum Iudæ communicauerit, tamen, qui affirmãt, nõ aliunde firmiùs probant quàm ex sacro Euangelio. Vnde Augustinus serm. 28. ad Fratres in Eremo sic ait. *Iam Dominus omnes discipulos communicauerat, & Iudam, sicut Lucas euidenter ostendit.* Securiùs potuisset Author, qui sermones ad Fratres in Eremo non censet Augustinianos, citare Augustinum ex tract. 62 in Ioannẽ, vbi sic ait. *Non autem, vt putant quidam negligenter legentes, tunc Iudas Christi corpus accepit, intelligendum est enim quòd iam omnibus eis distribuerat Dominus Sacramẽtum corporis, & sãguinis sui, vbi & ipse Iudas erat, sicut S. Lucas euidentissimè narrat.* Post Augustini verba hæc Author adiecit. *Vide quales præcipuas Christi actiones profers ab Euangelistis prætermissas, quarũ nullam prætermiserunt, nullam prorsus tacuerunt.*

P sect. 6 §. 1. n. 6 pag. 32.

Mirùm sanè est virum doctũ adeô proprijs affectibus excæcari, vt dum manifestè cõuincitur, de triumpho glorietur. Cum enim controuersia sit, vtrùm ex silentio omnium Euangelistarum aliquã Christi actionem non exprimen-

mentium, aut saltem non ita scribentium vt ex eorum testimonio efficaciter conuincatur Christum illam actionem exercuisse, efficaciter probetur illũ exercuisse talẽ actionem, ita vt improbabiliter illi adscribatur; nonne euidẽtissimè conuictus manet aduersarius, cum clarè in præcedentibus difficultatibus ostẽderimus ab omnibus Euãgelistis prætermissas lacrymas Christi in oratione, de qua Paulus agit ad Heb. 5. Et sententiam illam, *Beatius est magis dare quàm accipere*, cuius meminit Paulus Actor. 20. & perpetuam virginitatem Deiparæ, & plura spectantia ad Sacramentorum institutionem (de quibus Author non meminit, licèt de his etiam Resp. 3. nu. 6. pag. 32. eius doctrinam expugnauerimus. *Forsan vtique vt videatis* (ait Augustinus lib. 3. contra Petilianum cap. 57.) *quàm inuictè positum sit, contra quod ille nihil tutius inuenire potuit quàm silentium;*) cum omnes Euangelistæ nihil horum expresserint, neq; aliquid scripserint, ex quo in omnium sententia efficaciter deducatur, aliquid prædictorum? Et ex hoc euidenter manet retusum aduersarij argumentum, qui ex silentio omnium Authorum vitæ S. Francisci, qui Monachatum Augustinianum S. Francisci non expresserunt, neque aliquid scripserunt ex quo efficaciter deducatur, contendebat efficaciter conuinci non solum falsò, sed improbabiliter attribui D. Francisco Monachatum Augustinianum; cum prædictæ actiones Christo verissimè attribuantur; etiam si nullus Euangelistarum illas expresserit, aut aliquid scripserit, ex quo euidẽter deducantur.

Id ipsum manifestè conuincimus exemplo communicationis Iudæ. Adeô enim manifestum est, non exprimi ab vllo Euangelista Iudam in nocte Cænæ à Christo fuisse communicatum, neq; aliquid scribi, ex quo id efficaciter probetur, vt Patres, & Authores, qui negant, non aliunde firmiùs id probent quàm ex Sacro Euangelio; Q adeô vt ex argumentis ex illo præcipuè desumptis dixerit Ioannes Maldonatus in cap. 26. Matth. V. 20. col. 578. *Hæc argumenta ita mouent me, vt facilè hanc opinionem probaturus essem, nisi contraria plures haberet Authores, & magis vulgo probata esset.* Neq; vllus ita affirmauit, vt negantem damnauerit; & tamen dãnare deberet, si certô iudicaret id exprimi in Euangelio,

Q *Ioan.* 13. *V.* 29. & 30.

vel efficaciter ex illô comprobari. Quôd autem Augustinus ait, id euidentissimè à Luca narrari, explicat sententiam suam, non tanquam certô, sed tanquam probabiliter iudicans id euidentissimè à Luca narrari; atq; adeô, neq; dānat oppositā sentētiā, neq; eam iudicat inprobabilem.

Stat ergô firmiter argumentum nostrum contra Authorem, quod in hunc modū efformatur. Quôd Christus Iudam in nocte Cænæ communicauerit, non expresse refertur in Euangelio, immo neq; ex illo euidenter deducitur; (aliàs non esset dubium, & controuersum inter Patres, vt ipse Author admisit) & tamen probabile est, quia id Patres, & Doctores ex Euangelio inferunt probabiliter. Ergô ex solo silentio Euangelistarum non exprimentium aliquam Christi actionem, neq; aliquid scribentiū, ex quo euidenter conuincatur illam elicuisse, non infertur esse improbabile quod illam elicuerit. Ergô ex solo silentio Authorum vitæ S. Francisci, non exprimentium illius Monachatum Augustinianum, neque aliquid scribentiū, ex quo euidenter deducatur prædictus Monachatus; non infertur esse improbabilem prædictumMonachatū; sed eritprobabilis, quia viri doctissimi ex relatione Authorū vitæ S. Frācisci illū probabiliter intulerūt; presertim cū stet etiam pro hac parte authoritas grauiū & antiquorū virorū, licèt nō coæuorum, rem expressè referētium. Atq; adeô hoc etiā exēplo Auhoris doctrina manifestè cōuincitur. Vnde precipuæ Christi actiones, quas profero ab Euangelistis prætermissas; manifestè sunt prætermissæ in sēsu, in quo erat cōtrouersia; nēpe, quia non sunt ab Euangelistis expressæ, neque euidēter deductæ ex ijs, quæ Euangelistæ narrarunt.

DIFFICVLTAS VII. DE ARGVmento desumpto ex silentio omnium Euāgelistarum, & defectu certæ traditionis à familiaribus, vel coquis deductæ, vel certæ reuelationis.

DVm Author mordicus cōtendit Monachatum Augustinianum S. Francisci improbabilem reddere, in efficaci, & forsan non satis tuto, argumento, quod desumebatur ex silentio omnium Euangelistarum aliquam Christi

actionem præcipuam, & proficuam non exprimentium, neque aliquid scribentium ex quo euidenter deducatur, nouas vires adiecit in hunc modum. R *Qui actionem aliquam seriam, aut grauem Christi ab omnibus Euangelistis (vt in Dissertatoris hæreamus exemplo) prætermissam in medium afferret, nec eam certa traditione à Christi familiaribus, aut coæuis deducta, vel reuelatione certa comprobaret, nonne exsibilaretur? Nonne tanquam temerarius reijceretur? Et quidquid contra Euangelicam historiam produceret, reputaretur apocryphum. Hic historiæ Authores noui, vt statim probabo; hic traditio nulla, nec prætensa reuelatio; hic altum in Authoribus coæuis totius rei silentium; quam ergo merebitur fidem, aut nomen?* Hæc Author.

R in Apologet. §. 3. nu. 2. p. 24.

Doctrina in hoc argumento assumpta, vt notauimus in Responsione pacifica, S minùs à veritate deuiat; deuiat tamē. Minùs deuiat, quia cōtra eam non militant argumenta desumpta ex cap. 5. ad Hebræos, & ex cap. 20. Actuum Apostolorū, ex perpetua Deiparæ virginitate, & quibusdā ad Sacramentorum institutionem spectantibus. Hæc enim omnia, licèt in Euangelio non contineantur expressè, aut per euidētem illationem; constāt tamen ex traditione Ecclesię, vel ex certa reuelatione in alijs sacris litteris contenta. Deuiat tamen adhuc à veritate doctrina prædicta, nisi fallimur. Id autem in Responsione pacifica, T duplici exemplo conati sumus ostendere.

S Resp. 3. nu. 9. pag. 33.

T Resp. 3. nu. 9. pag. 33.

Primum est. Quia V. G. quôd Christus in nocte Cœnę communicauerit Iudam non scribitur ab vllo Euangelistarum, non comprobatur certa traditione à Christi familiaribus, aut coæuis deducta, vel certa reuelatione; & tamen Patres id asserentes non exsibilantur, neq; tanquam temerarij reijciūtur. Addamus, & aliud exemplum in huius veritatis confirmationē. Deipara non refertur in Euangelio neque expressè, neque per euidentem illationem interfuisse in nocte Cœnæ; quin immò Ioannes Maldonatus in cap. 26. Mat. n. 20. col. 579. existimat nullū alium præter Apostolos accubuisse; *quia ita accuratè*, ait, *Euangelistæ discipulorum nomē, aut numerū expresserunt, vt duo facere voluisse videantur, & significare omnes discipulos adfuisse; & indicare neminē adfuisse præter ipsos, &c.* Et nihilominus Cardinalis Marcus Viguerius, in Decachordo Christiano, infrà citandus, exi-

existimat vltimam Cænam cum filio cænauisse. Neq; Author dicet id improbabiliter dictum à Vigerio Cardinali, licèt non scribatur ab Euangelistis, immô oppositum indicetur; & licèt non comprobetur traditione à familiaribus Christi, & coæuis deducta; vel certa reuelatione, Christum ad vltimam Cenā admisisse matrem Mariam.

Huic exemplo addere & aliud possumus; quia, V. G. quôd Ioannes in no[illegible] Cænæ suprà pectus Iesu obdormierit, non scribitur ab Euangelistis, neque cōprobatur certa reuelatione, aut traditione, à Christi familiaribus, & coæuis deductā, & tamē Author non exsibilabit, aut reijciet, vt temerarios, S. Bernardum; aut B. Thomā Villanouanum; E quibus Bernardus sic ait. *V O B. Apostole Dei, discipule IesuChristi, Ioannes beate, vtinam mereremur illius dulcissimos pedes osculando lacrymis rigare, in cuius pectore tu meruisti dormire.* Et Thomas sic inquit. *X Illo namque estatico somno, quando supra pectus eius in Cena recubuit, mira de illius diuinitate secreta cognouit.* Neque dici potest id scribi ab Euāgelista Ioanne, *Y* vbi de se dicit quôd recubuit supra pectus Iesu; tum quia etiam de Christo dicitur, *& cū recubuisset.* Z Et nullomodo significat Christum obdormiisse. Tum, quia verbum, *recū bo*, non significat obdormire, vt ex Calepino nouimus. Vnde Lira, *A* ad illa verba. *Itaque cum recubuisset ille supra pectus Iesu*; sic ait, *id est, inclinatus prope os eius, & sic erat idoneè positus ad interrogandum, & audiendum aliquod secretè ab eo.* Sed de hoc audiamus Card. Marcum Vigeriū Franciscanum in Decachordo Christiano, *B* vbi sic habet. *Sunt qui dicāt, quòd etiā pictum non in vno tantum loco aspicitur, Ioannē reclinasse caput in sinu Iesu, & obdormiisse. Quòd si ex Euangelio constaret, negari non posset sine periculo salutis æternæ. Sed quoniam nullus Euangelistarum habet hoc; ego neque existimo Ioannē obdormiisse, neq; reclinare solitum fuisse caput in sinu Iesu, quietis aut somni gratia; fuisset hoc vbilibet nimis molle. Tam tēperato præterea in conuiuio Magistri totius modestiæ, & in quo festinanter vescendum fuerat, non decebat sobrium soporari amicum: Neque erat venustatis tanti Magistri obdormituri discipuli caput gremio excipere; neq; timorati discipuli dormire volentis in Magistri gremio interconuiuas caput reclinare.* Di-

V *serm. 4. in Cæna Dominico l.* 1324.

X *serm. de B. Ion. fol.* 187.

Y *c.* 13. & 21.

Z *Ioan.* 13.

A *Ioan.* 13. *col.* 1227.

B *c.* 43. *p.* 217.

Dices communicationem Iudæ, & admissionem Deipar æ ad vltimam Cænã, & somnum Ioannis nõ scribi in Euãgelio per relationem expressam, neque per euidentem illationẽ; sed tamen scribi per relationem implicitam, ita vt probabiliter potuerit asseri, & negari. Sed contra est. 1. Quia Author in Apologetico, vt & difficultate 1. notauimus, quantùm ex eius verbis conijci potest, loquitur de silentio tantùm negante relationem expressam 2. Quia licèt demus, vt & ibidem admisimus, Authorem non tãtùm loqui de silentio negante relationem expressam; tamen ad summum loquitur de silentio negante relationẽ expressam, aut euidentem illationẽ. Neque propriè dicitur scribi aliquid ab Euangelistis, nisi illud expresse enarrent; vel ex relatis expresse euidenter inferatur. 3. Quia si satis est scribi per relationem implicitam, ita vt probabiliter potuerit asseri, & negari; etiam Monachatus Augustinianus S. Francisci in Authoribus coætaneis cõtinetur per relationem implicitam, ex qua probabiliter possit inferri. Quare ergô exsibilabit Author, & reijciet, vt temerariũ eum, qui asseruerit Monachatũ Augustinianum S. Francisci? 4. Quia nõ ita facilè ostẽditur exẽpla omnia allata in Euãgelio contineri implicitè, & ex illo probabiliter deduci posse quod res ita se de facto habuerit; & præterea sunt etiam aliqua, quæ neque probabiliter deducuntur ex Euangelio, neque comprobantur certa traditione à familiaribus Christi, & coæuis deducta, neque certa reuelatione; & tamen non exibilantur, neque reijciuntur vt temerarij, qui illa asserunt, vt ostendemus in exemplo sequenti.

Secundum exemplum deductum erat, quia historia de Imagine Christi ad Abagarũ missa, non est apocrypha, neque temeraria, neque ab vllo catholico exsibilatur, aut potest exsibilari; & tamẽ neque constat ex Euangelio, aut ex alio libro Sacræ Scripturæ, neque potest ex sacra pagina, vel probabiliter deduci; neq; comprobatur ex certa reuelatione, vt constat; neque certa traditione à Christi familiaribus, & coæuis deducta. Ergô regula ab Authore assignata non est adeô certa & infallibilis, vt non possit ex probabilibus coniecturis, & fundamentis, probabiliter asseri de Christo aliqua actio præcipua & proficua, licèt nullo modo contineatur in Euangelio, nec comprobetur certa reuelatio-

ne, aut traditione à familiaribus, & coæuis deducta; quin immò plura huiusmodi à viris cõtemplatiuis de Christo probabiliter affirmantur.

Valde hoc exēplū Authori displicuit, C & ex illo plura in me notat. 1. Quòd dixerim Euagrium esse primum huius rei Authorem circa ann. 594. Contra hoc enim est 1. Quia si legissem Euagrium, vidissem eum ab his verbis suam narrationem auspicari. *Procopius litteris mandauit ea, quæ sunt de Edessa, & Abagaro à veteribus commemorata.* Nicephorus etiam sic ait. D *Hæc quidem ex tabularijs, & archiuis ciuitatis Edessæ, quæ tunc Regia administrabatur potestate, sunt desumpta. Fuerant enim in publica librorum monumenta relata. Et libri de Augari (siue Abagari) rebus conscripti hæc quoque complectebantur ex Sirorum lingua translata.* Et Damascenus sic inquit. E *Sermone superioribus temporibus per manus tradito, qui ad nos peruenit, constat, Augarum illum Edessæ Regem auditis ijs, quæ de Domino ferebantur, &c.*

2. Quia traditionem hanc confirmant Authores vitæ Ss. M. M. Simonæ Guriæ, & Abibi, qui sub Diocletiano circa ann. 299. Edessæ passi sunt; & S. Alexij Romani; qui antè an. 370. Edessā profectus, ibi per annos septemdecim commoratus est; qui de imagine hac agunt, & vetustissimi illorum temporū videntur scriptores; eamq; à S. Thadeo post Christi mortē ad Abagarum, & Edessinos missā, Christianis exhibitam firmiter inoleuisse, & perseuerasse, docet Ioannes Giachetus peculiari de hac imagine tractatu. F

3. Quia certè, vt rectè Iacobus Gretzerus in suo syntagmate de imaginibus non manufactis G argumentatur cōtra Isaacum Casaubonum, *qui id ipsum quod tu contendit*, (ait Author) H *primū scilicet innotuisse hāc imaginem post Christi annū quingentesimum Euagrio Authore*, mirū esset si alij non præscripserint Authores, aut veterum præcesserit traditio, vt quispiam inueniretur tā facundus & in dicendo tā copiosus, qui anno demum D L. imaginem hanc quasi rem veterem, & tamen nec traditione, nec litterarū monumentis suffultam, in orbem introducere potuerit, nemine refragante, saltem vsq; ad Iconoclastarum tempora.

2. Notat, & monet Author, vt si forte voluerim quā verè dixerim traditionem hāc ostendi non posse, nisi ex Euagrio,

C *Sect. 6 §. 1. nu. 14. pag. 231. & seqq.*

D *lib. 2. cap. 7.*

E *Orat. 1. de Imag. 6.*

F *de Iconologia Saluator. c. 1.*

G *c. 9.*

H *sect. 6. §. 1. n. 14. p. 233.*

grio, Damasceno, Synodo. 2. Nicæna, Bonauētura, & alijs nouioribus, consulam Gretzerum, I qui dabit viginti tres Authores Bonauentura priores. Huculque Author, cui accōmodare forsan possemus, quòd Hieronymus dixit. K *Multa quidem de sacris voluminibus memoriter, copiosèq; dixisti, sed cum totum circumieris saltum; meis cassibus concluderis.*

I *cap.* 5

K *aduersar. Luciferi. col.* 184

Hæc in nos meditatus est Author. Hæc nobis tribuit quasi à nobis asserta. *Verba autem quibus in eum vsus sum,* (vt cum doctissimo D. D. Frãcisco Sarmiento in Defensione sui tractatus de Redditibus Ecclesiasticis L dixerim) *libet expetere. Nam D. Martinus N. pace sua dixerim, non verè refert quæ nos dixerimus; sed priùs quidem nobis imponit, vt postea modo suo possit, quod vult opponere. Ideò obsignatis tabellis cũ eo agi oportebit.* Verba itaque nostra sunt hæc. M *Hæc enim traditio, in quantùm nosse potuimus, ostendi non potest nisi ex Euagrio, Damasceno, Synodo. 2. Nicæna, & Bonauentura, & alijs nouioribus.* Et infrà. *Ecce Author antiquior, qui huius historiæ meminit, vixit post id factum Christi plùsquã per quingẽtos annos.*

L *p.* 1. *pag.* 2.

M *Res.* 3. *n.* 11 *pag.* 33.

Hæc nos ibi diximus. *Quæ verò nobis imponit in multis locis* (ait Sarmientus) *ex verbis N eius videamus.* Sic habet Author in nos. *Primumque dicas tantæ rei Authorem Euagrium, qui historiam suã absoluit an.* 594. Et infrà ibidem. *Quomodò contendis eum primum fuisse imaginis Edessenæ Authorem?* Et iterùm infrà loquens de Isaaco Casaubono Hæretico Caluiniano sic ait. *Qui illi ipsum quòd tu contendit, primum scilicèt innotuisse hanc imaginem post Christi annum quingentesimum Euagrio Authore.* Et infrà. *Quã verè autem ipse dixeris, traditionem istã ostendi non posse nisi ex Euagrio, Damasceno, Synodo. 2. Nicæna, Bonauentura, & alijs nouioribus, si scire volueris, consule prædictũ Gretzerũ, dabitq; viginti tres Authores Bonauentura priores.* Hæc Author. *Hæc certè verba tua sunt* (vt Augustini verbis vtar) O *quibus sententiam meam reprehendis, cum hoc ego omnino non senserim, neque scripserim.* Sed vt cum Sarmiento vbi suprà adijciã, *non solùm de hoc, verùm & de multis alijs, quæ nũquam diximus, nos reprehendit, vt in progressu istius nostræ defensionis ostendimus.*

N *sect.* 6. §. 1. *nu.* 14.

O *libr.* 4. *cõtra Cresc. c.* 18.

Conferat, precor, Lector

dicta nostra cùm ijs, quæ nobis Author imponit, & manifestè percipiet verborum, & sensuum dissonantiam. *Conferte Origenis verba*, (aiebat Hieronymus aduersus Ruffinum) *quæ suprà ad verbum transtuli, cum his, quæ ab isto non versa sunt, sed euersa; & quantū inter se non solùm verborum, sed & sensuum habeant dissonantiam, percipietis. Obsecro ne molesta sit vobis prolixior interpretatio.* Nos diximus eam traditionem ostendi non posse, nisi ex Euagrio, Damasceno, Synodō. 2. Nicæna, Bonauentura, & alijs nouioribus, *in quantùm nosse potuimus.* Author duo nobis imponit: primùm est, quòd diximus omnes Authores, præter Euagrium, Damascenum, Synodum. 2. Nicænam, & Bonauenturam, qui de ea traditione loquuntur, esse Bonauentura nouiores; & tamen sensus noster est manifestus, nempè omnes esse nouiores Euagrio, Damasceno, Synodo. 2. & Bonauentura, vel omnibus simul sumptis, vel saltèm aliquo eorum, in quātùm nosse potueramus. Neque aliò tendebat noster discursus; ijs erat scopus nostrę argumentationis; neque qui nosset nos, nisi excæcaretur affectu, suspicari posset à nobis ignorari, esse alios Authores Bonauentura priores. Non numerauimus omnes, quos noueràmus, quia præter rem esset omnes recensere, & Lectorem onerare. Modò forsan erit ad rem.

Secundum est, quòd asseruerimus Euagrium esse primum huius traditionis Authorem; idque nobis non semèl, aut breuiter imponit, ne quisquam fortè aliter eius mentem interpretari conaretur. *Et nequisquam, vel nimis acutus* (ait Augustinus) *Quid quod semèl breuiter que dixisses, interpretari aliter conaretur, etiam obtusis auribus, & cordibus tuam curasti immergere, atque inculcare sententiam.* Nos autem dicimus Euagrium, *in quantùm nosse potuimus*, esse primum Authorem, ex quo prædicta traditio possit ostendi. Quis autem etiam lippientibus oculis non videat clarè verba, & sensum nostræ assertionis ab eo, qui nobis imponitur, longè distare? Qui enim absolutè, & sine limitatione asserit, Euagrium esse primum, negat alium esse Euagrio priorem; Qui verò tradit Euagrium esse primum, in quantùm ipse nosse potuit, non negat alium esse priorem

Lib. 2 contra Cresc. c. 4.

rem

rem Euagrio; sed fatetur sibi tunc temporis esse incognitum. Vnde dicere cum Augustino potero; R *Miror quod verba illic mea consequentia non aduerteris, aut ab eis dissimulandum putaueris. Paulo post quippe subieci, & dixi,* in quantum nosse potuimus. *Hæc manifestatio verborum illic meorum, quem de somno, vel potius de ipsa morte non excitaret? Et tamen te non excitauit.*

R *lib. 2 contra Cresc. c. 26.*

Vigilantibus verbis vsus sum; (*in quantum nosse potuimus*) Vnde nec dicere possumus (quod fateremur ingenuè, si minùs aliquid posuissemus) cum Augustino ad Hieronymum. S *Fateor sane in eo quod Epistola continet mea, &c. minùs me posuisse, illo duntaxat tempore, quo primum fidei gratia reuelata est, &c. Proinde potiùs culpanda est negligentia mea, quàm obiurgatio tua.* Non possum inquam id cum Augustino fateri; quia addidi, *in quantùm nosse potuimus.* Ac proinde potiùs culpanda erit obiurgatio Authoris, quàm negligentia nostra. Stat ergò manifestum nos non asseruisse Euagrium primum fuisse Authorem, ex quo traditio possit ostendi: sed nos tunc non nouisse alium Euagrio priorem. An autem post tot Authoris obiectiones aliquid aliud innotuerit, in argumentorum solutione proferemus.

S *Epist. 19. c. 2.*

Vt autem assererem Euagrium esse primum, in quantùm nosse potueram, qui historiam hanc scriptis tradiderit, hanc ansam habui. Ab Authoribus, quos vsque tunc videram. (Neque enim Euagrium, licèt diu quæsitum, inueneram; Iam inuenimus in Bibliotheca Patrum Minimorum Matritensium) nullus Author antiquior Euagrio citabatur; citandus vt videbatur sine dubio si præxistitisset, ad maiorem historiæ fidem contra Hæreticos conciliandam. Authores, quos videramus, hi sunt. Sanctus Ioannes Damascenus T circa an. 723. qui sic habet. *Fertur autem & quædam historia quòd Dominus Abagaro Edessenorum ciuitatis Regi, qui pictorem miserat, vt Domini similem pingeret imaginem; non valente autem pictore ob resplendentem faciei suæ claritatē, ipse vestimentū suæ faciei diuinæ, & viuificæ, applicans, in vestimento sui ipsius imaginem abstersit, & sic desideranti misisse Abagaro. Quòd autem plurima sancti Apostoli tradiderint sine scripto, scribit Paulus gentiū Apostolus.*

T *lib. 4 de fi. Orth. c. 17.*

stolus .2. *Tess*. 2. &c. Hæc ex Damasceno trãscripsit Petrus Canisius *V* in Cathechismo, vbi in margine citat pro hac historia Nicephorum lib. 2.cap.7. & libr.17. cap.16. Euagrium lib.4.cap.26. Septimam Synodum Actione.5. & Constãtinum Prophyro genitum apud Metaphrastem die 16. Augusti.

V *cap.9 c.102.*

Synodus 2. Nicæna *X* circa an.789. sic habet. *Stephanus Monachus Bibliothecarius, acceptum librum legit: Ex historia Ecclesiastica Euagrij lib.4. Cosrroes postquam, &c. Re igitur ad summã desperationẽ deducta, imaginem à Deo factam, quàm hominũ manus non attigit, portant. Augaro autem Christus Deus quòd eam videre desiderabat, misit.* Et infrà. *Leo Religiosissimus Lector magnæ, & Regiæ Ecclesiæ Constãtinopoleos dixit; Et egò indignus vester famulus, cum descendissem cũ Regijs Apocrisacrÿs in Syriam, Edessam petiui, & venerandam imaginem non factam hominum manu, adoraui, & honorari à populo vidi.* Hæc in Synodo, quæ nullũ dat eius historiæ antiquiorem Authothorem, cum cõtra Iconoclastas adorationem imaginum, ex illius imaginis adoratione propugnaret.

X *acti.5.p.mihi 548. tom. 2. Concil.*

S. Bonauentura circa an. 1274. in libro de Septem donis Spiritus Sancti, *Y* cuius verba citaui. *Z*

Y *cap.1 de dono pietatis f.218.*
Z *Resp.3.n.10. pag.33.*

Nicephorus Callistus circa an.1300. qui historiam refert, *A* & subijcit verba ab Authore relata de tabularijs, & archiuis Edessę. At lib. 17.cap.16. meminit Procopij referentis hanc historiam his verbis. *Insuper etiam Procopius memorat ea, quæ à veteribus quoq; de effigie Christi memoriæ sunt prodita, quæ Augaro Edessæ Principi est missa; & quomodo Cosrroes ea, quæ de illa fama increbuerãt, quòd scilicèt Edessa nunquam in potestate alienigenarum futura esset, (id quod in litteris ad Augarum missis non reperitur; quemadmodum ex Eusebij Pamphili historia cognoscere licèt, qui epistolam eã legit & ad verbum operi suo inseruit; & nos quoq; in 2. tom. exposuimus) falsa esse conuincere voluerit.* Ex quibus constat Procopium ad summum temporibus Cosrroes Persarum Regis claruisse, atque adeò circa an.594. plùs, minùs vè, cum Cosrroes Ægiptum & Africam occupauit, atque adeò eodem fere tempore quo Euagrius, suam scripsit historiam.

A *lib.2. Hist. Eccl.c.7.*

Petrus canisius, circa an. 1577. cuius suprà meminimus afferentes testimonium

Damasceni.

Ricardus de Mediauilla, circa an. 1290. Franciscanus, B qui ex Damasceno lib. 4. c. 8. historiam refert, & Agarum vocat Gelisimorum *Regem*.

B *in* 3. *dist.* 9. *q.* 2. *ad* 3.

Ægidius Romanus, Augustinianus, circa an. 1290. C sic ait. *Et dicitur quòd Christus suam imaginem Abagaro Regi direxit. Et dicunt aliqui quod continetur in Ecclesiastica historia; sed nos perquisiuimus Ecclesiasticam historiam; inuenimus autem ibi Epistolam, quã misit Abagarus Rex Christo, & responsionem, quã misit Christus Regi Abagaro, &c. Sed de imagine Chisti missa Regi Abagaro non inuenimus; nec dicimus hoc esse falsum, quia multa sunt, quæ non reperiuntur in scriptis.* Hæc Ægidius loquens de Ecclesiastica historia Eusebij Cæsariensis lib. 1. cap. 3. pag. 18. At in Eclesiastica historia Euagrij prædicta continentur.

C *in* 3. *dist.* 9. *q.* 2. *ad* 3.

Ioannes Maior, circa an. 1500. sic inquit. D *Vt referunt, suæ faciei simulacrum panno impressum cælitus Abagaro misit Regi.*

D *in* 3. *dist.* 9. *col.* 19.

Polidorus Virgilius, circa an. 1500. in opere de Inuẽtoribus rerum E ex Damasce no eamdem historiam enarrat.

E *lib.* 6. *cap.* 13. *p.* 398.

Didacus de Tapia, Augustinianus, circa an. 1580. huius historiæ mentionem facit, F ex Euagrio, lib. 4. cap. 26. Damasceno lib. 4. cap. 17 & Nicephoro.

F *in* 3. *p. q.* 27. *art.* 6. *p.* 333.

Gabriel Vazquez tom. 1. in 3. p. D. Thomæ, G vbi rem hanc probat ex Euagrio, Damasceno, Synodo Septima, & Stephano Papa ab Ioanne relato, H & Adriano 1. in Epistola ad Carolum de imaginibus in responsione ad secundã reprehensionem contra Actionem. 5. Septimæ Synodi: verba Adriani hæc sunt. I Reprehensio cap. 18. *Quòd nulla Euangelij lectio tradat Iesum ad Abagarũ imaginem misisse, vt illi dicunt.* Responsio. *Prædecessor noster sanctæ recordationis D. Stephanus, quondam sanctissimus Papa, in supradicto Concilio præsidens, inter plurima veridica testimonia persemetipsum asserens docuit ita: sed nec illud est prætereundum, quod relatione fideliũ de partibus Orientis aduenientium sæpè cognouimus; in quibus licèt Euangelium fileat, tamen nequaquam in omnibus incredibile fidei meritum, & hoc affirmante de ipso Euangelista,* K Multa quidẽ & alia signa fecit Iesus, quę nõ sunt scripta in lib. hoc. *Deniq; fertur ipsi ab asserentibus, quòd Redemptor humani generis appropinquante die*

G *disp.* 103. *c.* 1. *nu.* 3. *p.* 672.

H 4. *p. decreti cap.* 83.

I *tom. Concil. p.* 1. *p.* 266.

K *Ioan.* 20.

die passionis, cuidam Regi Edessenæ ciuitatis desideranti corporaliter illum cernere, & vt persecutiones Iudæorum fugeret ad illum conuocare, vt auditas miraculorum opiniones, & sanitatum curationes illi, & populo suo impartiret, respondisset. Quòd si faciem meam corporaliter cernere cupis, en tibi vultus mei speciem transformatam in linteo dirigo, per quam, & desiderij tui feruorem refrigeres; & quod de me audisti, impossibile nequaquam fieri existimes. Postquam autem compleuero ea, quæ de me scripta sunt, dirigam tibi vnum de discipulis meis, qui tibi, & populo tuo sanitates impertiat, & ad sublimitatem fidei vos perducat, &c. Ecce Stephanus, & Adrianus non minùs meminerunt Epistolarum inter Iesum, & Abagarum, quàm imaginis Iesu missæ ad Abagarum.

Ex dictis Adriani verbis colliges reprehẽsores septimæ Synodi (vt suprà Difficult. 1. retulimus) hanc historiam impugnasse, quia nulla Euangelica lectio eam tradiderat; & tamen Pontifex Adrianus admisso silentio omnium Euangelistarum, negat inde sequi historiã esse falsam, aut improbabilem, & ad eius veritatem comprobandam nõ recurrit ad certam traditionem à Christi familiaribus, & coæuis deductam, sed ad testimonium Stephani Papæ, qui rem hanc tradiderat ex relatione fidelium Romam ab Oriente venientium. Ex quo videas parùm firmam esse doctrinam Authoris, qui exsibilandum, & reijciendum censet eum, qui Christo aliquam tribuerit actionem, quæ non constet ex Euangelio, vel ex certa traditione, vel ex certa reuelatione. Quæ doctrina, si vera esset, valdè faueret reprehensoribus septimæ Synodi; vt contra Adrianum replicarent quia non ostendebatur in responsione Adriani testimonium Euangelij, nec certa traditio, nec certa reuelatio.

Franciscus Suarez tom. etiam 1. in 3. partem Diui Thomæ. Vbi hanc historiam comprobat ex Stephano, & Adriano Summis Pontificibus, Damasceno, Euagrio, Nicephoro, & Græcorum Menologio. 1. disp. 54. sect. 1. pag. 791.

Hos legeram Authores, & à nullo illorum (præter Nicephorum lib. 17. cap. 16. quem eo in loco non legeram)

ram) adducitur aliquis Author Euagrio antiquior; quid mirùm quòd dixerim Euagrium esse primum, in quantùm nosse potueramus, ex cuius libris hæc traditio possit ostendi. Postea vidimus Ioannem Stephanum Durantum de *Ritibus* Ecclesiæ Catholicæ, *M* vbi rem tradidit ex Procopio citato ab Euagrio; Constantino Porphyrogenito, apud Metaphrastem die 16. Augusti circa ann. 912. & Ioanne Zonara circa ann. 1118. in Romano Lecapeno; & Nicephoro; & deinde ex Diuo Thoma; *N* Adriano, Euagrio, Nicephoro, & Damasceno.

M *lib.*1 *c.*5 *pag.* 22.

N *in* 3. *dist.* 9. *quæst.*1 *art.*1.

Vidimus etiam Danielem Malonium in Elucidationibus Alfonsi Paleotti Archiepiscopi Bononiensis de Stigmatibus Christi, *O* vbi pro hac historia citat Nicephorum, Damascenum, Euagrium, Diuum Thomam, Synodum secundam Nicænam, Iuonem Carnotensem, *P* Adrianum Papam, & Ioannem Zonaram. *Q* Vidimus etiam Cardinalem Baronium in Annalibus, vbi citans Euagrium, hæc addit, *At non fuit ipse eius rei primus Author.* Addit deinde secundum Concilium Nicænum, Damascenum, Nicephorum, Constantinum Porphyrogenitum; Acta Ss. Samonis, & Guriæ die 15. Nouembris & sancti Alexij die 17. Iulij, Menologium Græcorum die 16. Augusti; Adrianum, & Stephanum Summos Pontifices, & Theophanem in Historia Miscellanea; *R* nullus tamen ex prædictis Authoribus, excepto Procopio, est Euagrio antiquior, qui Procopium allegauit.

O *c.* 1. *pag*15.

P 4. *p.* *Decreti* *c.*103.

Q *tom.* 1. *an.*31 *n.*61. *p.* 75.

R *lib.*17.

Vidimus deinde Ioannem de Acuña del Adarue, qui de Effigiebus Christi non manufactis tomum integrum luci dedit anno 1637. *S* Hic ergò de imagine Edessena doctè, & diffusè agens, Nicephorum, Euagrium ex Procopio, Concilium Nicænum secundum, Glicam in Leone Isaurico, *T* & Ioannem Curopalatem circa ann. 1081. & Ioannem Zonaram circa ann. 1118. *V* in *Romano Lecapeno*; Ioannem Damascenum, Simeonem Metaphrastem circa ann. 850. in vita Stephani Iunioris, *X* & Constantinum Porphyrogenitum; & Acta Ss. Samonis, & Guriæ, Menologium Græcorum, Stephanum &

S *discursu* 25. *p.* 166.

T *pag.*4

V *in Theoph. Imper* & *p.* 60.

X *cap.*3

& Adrianum Pontifices, & Gregorium II. anno 726. in Epistola ad Ioannem Isauricum, vbi Epistolarum, & imaginis æquè meminit; & tractatum græcè scriptum, qui in Bibliotheca Vaticana asseruatur; Germanum Episcopum Constantinopolitanum circa an. 726. in Epistola ad Ioannẽ Isauricum; Theophanem Cerameũ, in Homilia de restit. imaginum; D. Thom. in 3. dist. 9. quæst. 2. art. 2. ad 3. & alios plures Authores nouiores allegauit, sed nullum Euagrio antiquiorẽ, qui Procopium citauit.

Vidimus denique Constantinum Porphyrogenitum Imperatorem, qui circa an. 912. floruit, in Oratione de hac imagine, quæ habetur apud Suriũ, Y vbi inter alia sic ait. Z *Et hoc quidem est quod dicitur à pluribus, quòd neque remotum est à probabilitate, neque bonis eget testibus. Cæterũ hoc quoque exponam, nequis suspicetur me, dum ego id ignorarẽ, tenuisse alterũ; Neq; omninò est mirũ in tãto tempore sæpe errare historiam. Nã in eo quod est in hac re præcipuum, omnes consentiunt, & confitentur ex facie Dominica admirabiliter in linteo fuisse formam expressam; in nonnulla autem rei circunstantia, seu in tempore differunt, quod quidem nihil lædit veritatem, seu priùs factũ sit, seu posteriùs.* Et cap. 13. *Nõ sunt hæc miracula nullis approbata testibus, aut oratione composita ad aures oblectandas, aut à nobis cõficta deceptio; sed tres simul Patriarchæ, Iob Alexandrinus, Christophorus Antiochenus, & Basilius Hierosolymitanus, hæc scripserunt, & hæc ita se haberi significarũt Theophilo Imperatori,* (atque adeô circa an. 829.) *qui sacras imagines iniuria affecerat, quando multis ostendẽtes, quàm sint sacræ, & venerandæ imagines, de hoc quoque tractarunt.*

Y tom. 4. die 16 Augusti p. 738.
Z cap. 7

Ex his omnibus manifestũ est nullum (præter Procopiũ Euagrio coæuum, vel ferè, vt ex Nicephoro lib. 17. cap. 16. & ex Euagrio ipso colligitur) Euagrio antiquiorẽ tradidisse hanc historiam. At cũ Euagrius citet Procopium, aliquanto antiquiorem, fatemur ingenuè: Ideô tunc à nobis dictum Euagrium, in quantùm nosse potueramus, fuisse primum; quia non lecto Euagrio, aut Nicephoro lib. 17. nullam Procopij Euagrio vetustioris notitiã habebamus. Nouimus postea ex varijs Authoribus; & nunc iterùm ab Authore discimus, eique gratias agimus, quôd etiam nobis præluxerit, vt ignorata nossemus; vt & ego cum Augusti-

gustino ad Hieronymum, *A Amicissimam reprehensionem gratissimè accipiam, etiam si reprehendi non meruit, quod rectè defendi potest; & agnoscam simul, & beneuolentiam tuam, & culpam meam, & quantùm Dominus donat, in alio emmendatus inueniar.*

A epist. 15. cap. 2.

Cæterùm, quidquid de his omnibus sit, adhuc argumenati vires non eneruantur, & doctrina Authoris efficaciter impugnatur. Primò, quia esto Procopius fuerit primus Author, fuit tamen coæuus, aut pauló anterior Euagrio, cum meminerit Cosrrois Persarum Regis, vt Nicephorus refert, *B* & ex ipso Euagrio patet. Atque adeò, idem argumentum de Procopio, atq; de Euagrio poterit efformari. 2. quia ex omnibus his Authoribus non probatur tempore Proocpij, aut Euagrij fuisse certam traditionem à Christi familiaribus, & coæuis deductam, de missione imaginis Edessenæ à Christo ad Abagarum, vt constat ex his, quæ circa diuersa Authorum testimonia notauimus, & constabit etiam ex solutione argumentorum. Et tamen eo non obstante, licèt non comprobetur certa reuelatione, & præter missa sit ab Euangelistis, non reputatur vt apocrypha imaginis Christi missio ad Abagarum; neq; Procopius, aut Euagrius primi illius Authores, qui rem scripto tradiderut, exsibilati sunt, aut reiecti tanquam temerarij.

B lib. 17. cap. 16.

3. Quia historia asserens Christum, & Abagarum mutuam dedisse inter se Epistolā, cum tradita fuit ab *Eusebio* Cæsariensi, *C* non constabat ex Euagrio, neque ex certa reuelatione, vt patet. Tunc inquiro, vel comprobabatur certa traditione, vel tantùm probabili. Primùm dici non potest. Quia si certa traditione comprobaretur, Gelasius. 1. Epistolam Iesu ad Abagarū missam non numeraret inter apocrypha. Quin immò ipse Procopius, vt Iacobus Gretzerus in syntagmate de imaginibus non manufactis cap. 3. p. 316. tradit de Epistola Christi ad Abagarum, sic habet. *Hanc Epistolam temporis illius historia non cognouerunt, quippè qui nusquam eius mentionē fecerint. At Edesseni Epistolæ exemplar reperisse feruntur, adeò vt ipsum scriptum in portis ciuitatis, loco cuiusuis alterius monumenti posuerint.* Dubitat deinde Procopius num Christus scripserit Edessam, nunquam ab hostibus captum ir, in hæc verba. *Venit in mentem aliquando suspicari non ea, quæ dicta sunt, Christum scripsisse, sed hac opinione ciuitatem*

C libr. 1. cap. 13. par. 18.

 non

non captum iri, homines imbutos esse, ne vllius erroris, aut deceptionis ipsis daretur occasio. Verùm hæc prout Deo placet, sic se habeāt, & enuncientur. Si autē dicatur secundū, ergò vt is, qui aliquā actionē Christo attribuit, quæ prætermissa sit ab Euangelistis; & certa reuelatione non probatur, nō exsibiletur, neq; tanquam temerarius reijciatur, non opus est. rem certa traditione comprobari; sed sat erit probabili traditione fulciri. Patet consequentia. Quia historia referens has Epistolas, tantùm probabili traditione munitur; & tamen nemo exsibilauit, aut tanquam temerarios reiecit Authores, qui illarū meminerunt. Vnde Cardinalis Baronius sic ait. D *Quod pertinet ad dictarum Epistolarum fidem, eoquod non reperiantur ab Euangelistis conscriptæ, id circo Gelasius Papa E recenset eas inter apocrypha, quasi non agiographa, non tamen vt illas ab Ecclesia omninò proscribat, sicut nec complures alios libros, quos proximè recensuit. Eas verò absque aliqua dubitatione ab antiquioribus fuisse receptas, euidenter testatur Epistola Darij Comitis ad sanctum Augustinum scripta, in qua eatundem argumentum recenset, & ex his ad persuadendū Augustino, F vt sua scripta ad se mittat, exemplum adducit. Sed & ante Augustini tempora ipse S. Ephrem, Diaconus eiusdem ciuitatis Edessæ, in eo Opusculo, quod nouissimum omnium scripsit, cuius est titulus,* Testamentum Ephrem, *de iisdē Epistolis egregiam habuit mentionem. De his etiam agit Theodorus Studita G ad Paschalē Papam in fine. Extitisse integram Epistolam Iesu ad Abgarum missam, adhuc temporibus Michaelis Paphlagonis Imp. qui imperium auspicatus est anno Domini 1035. & in honore habitam, Cedrenus tradit in suo Historiarum Compendio. Hæc verò nō à nobis sunt recitata, vt apocrypha in agiographa transferri velimus; sed tum ne quid Lectorem prætereat, tum etiam ne ea quis omninò contemnenda existimet, quæ maiores complures venerati esse noscuntur.*

D *tom. 1. ann. 31. nu. 61. pag. 75.*

E *dist. 15. c. sancta Romana Ecclesia.*

F *Epist. 263.*

G *Stat in scrip. in cod. vat. post Epistol. Hermisdæ Papæ.*

4. Idem euidenter demōstro; Quia exsibilari non potest, vel reijci tanquam temerarius, qui asserit rem probabilem. Sed qui tribuit Christo aliquam actionem, quam probabile est ab ipso fuisse elicitam, asserit rem probabilem. Ergò non potest exsibilari, aut tāquā temerarius reijci. Tunc sic argumentor; qui tribuit Christo aliquam actionem, quæ probabili traditione, aut probabili reuelatione probatur, tribuit actionem, quam probabile est à Christo fuisse elicitā. Ergò asserit rem probabilem, atque

adeo

adeo non exsibilabitur, neque reijcietur vt temerarius, etiam si actionem illam fuisse à Christo elicitam, neque scribatur ab Euangelistis, neque certa traditione, aut certa reuelatione cõprobetur. Minor subsumpta probatur clarè. Quia id quod traditum est à fide dignis, probabile est; & id quod reuelatum est, verũ est. Ergo id, quod probabiliter est reuelatũ, probabiliter est verum. Vnde qui illud asseruerit, exsibilari non poterit, neq; reijci vt temerarius; aliàs qui propositiones aliquas, quę probabili reuelatione S. Birgittæ inniterẽtur, affirmaret, exsibilari posset, & reijci vt temerarius.

Ex his constat, quàm futile argumentum ex ea ratione desumatur contra probabilitatẽ Monachatus Augustiniani S. Francisci. Ad probabilitatem enim illius non est necessaria expressa relatio familiariũ, & coeuorum, neq; certa traditio, aut certa reuelatio, sed sufficit probabilis traditio, qualis desumitur ex relatione implicita familiariũ, & coæuorũ, & ex relatione expressa aliorum grauium, & antiquorũ Authorum.

Ad primum, quod in nos Author notauit, respondeo ex dictis, me non asseruisse Euagriũ esse primum Authorem huius rei absoluté & sine limitatione, sed, in quantũ nosse poteram; tunc non nouerã alium Euagrio vetustiorẽ; modò noui Procopium paulò anteriorem Euagrio. Addo tamen exinde non sequi Procopium, siue Euagriũ tradidisse rem, quæ certa traditione cõprouabatur. Et ad primam probationem in oppositũ dico, ex testimonijs dictis nõ constare eam esse certam traditionem à Christi familiaribus & coæuis deductam, sed tantum esse probabilem traditionem. Eodem enim modo loquuntur antiqui Authores de Epistolis Iesu, & Abagari, & tamen inde non probatur certa illarum traditio, à Christi familiaribus, & coæuis deducta. Si enim certa traditione firmarentur, non numerarentur à Gelasio. 1. inter apocrypha. At eodẽ modo loqui antiquos de Epistolis, atque de imagine, facilè ostendo. Procopius enim supra citatus illarũ meminit; & Eusebius enim Cæsariensis de prædictis Epistolis loquens in Ecclesiastica historia, H sic ait. *Quarũ rerum insigne, & locuples testimonium, ex tabulario Edessæ ciuitatis, id tẽporis à Rege gubernatæ depromptum habes. Nam in tabulis publicis, quæ nedũ veteres, sed recentes etiã res nuper ab Abagaro gestas cõtinebãt, hæc eadem ad hanc nostra ætatẽ reseruata reperiuntur. Quare nihil cõmodius esse putaui, quàm ipsas Epistolas à veteribus illis Annalibus petitas, atque adeò ad verbum ex lingua Siriaca in Græcã*

H *lib.* 1. *c.* 13. *p.* 18.

conuersas hoc loco citare, quæ ita se habent, &c. Nicephorus etiam vbi suprà satis innuit, à Procopio etiam mentionē factam harum *E*pistolarum, tanquam rei à veteribus acceptæ. Nec mirum cum *Euagrius* ab his verbis suā auspicetur narrationē lib.4.c.26 p.856. *Idem porrò Procopius litteris mādauit ea, quæ sunt de Edessa, & Abgaro à veteribus cōmemorata, & quemadmodum Christus ad Abgarum scripseirt Epistolam. Deinde quo pacto Cosrroes altera facta incursione, Edessam obsidere constituerit, ratus ea se falsa esse conuicturū, quæ de ea ciuitate omniū fidelium ore, ac sermone celebrātur, nēpe Edessam nunquā ab hostibus subiugatā fore. Quæ res in Epistola à Christo Deo nostro ad Abgarū scripta, non ponitur illa quidē, vti studiosi ex historia Eusebij, cognomēto Pamphili, apud quē hæc Epistola ad Verbum citata est, intelligere possunt, &c.* Cedrenus litteras ad Abagarum imperante Michaele Paphlagone extitisse Cōstantinopoli testatur in Imperio eiusdem Michaelis, easque paulò ante Constantinopolim translatas tradit idem Cedrenus, Ioannes Curopalata in sua historia, & Zonaras in Romano Argyropulo, vt cap.13. p.316. Gretzerus retulit. Constantinus Porphyrogenitus in oratione de hac imagine sic ait; *Et narrabo vobis ea, quæ quā oportuit perscrutātus examinatione, & non sine labore versatus in inquirenda veritate, tam ex ijs, qui historias conscripsere, quàm ex ijs, qui illinc ad nos venere, quæ tā quàm in arcanis dicebant apud eos conseruari, memoria exactè potui cognoscere.* Et post hæc subijcit Constantinus tam historiam Epistolarum, quàm imaginis. Cū ergò ex his non inferatur certa traditio Epistolarum, quare ex illis certa traditio Edessenæ imaginis inferetur? Vtraque erat traditio probabilis, neutra tunc certa; sed probabilior traditio imaginis, quia nihil illi obstabat; minùs probabilis traditio Epistolarū, quia illi obesse videbatur vniuersæ Ecclesiæ traditio, quæ docet, vt ait Suarez; *K Christum nihil scripsisse ad docendum, seu quod doctrinā contineret. Neq; enim verisimile est Christum scripsisse aliquid ad doccendum, idque in Ecclesia non fuisse receptum.* Et ob id fortè à Gelasio inter apocrypha, hoc est, inter non agiographa, prædicta Christi Epistola ad Abagarum recensetur, ne pro Scriptura Sacra haberetur, cum non constaret ex certa traditione fuisse à Christo conscriptam. Vidimus postea cōsonare huic nostræ doctrinæ Emin. Card. Baronium in notis ad Martyrologium die 9. No-

K tom. 2. in 3. p.q.42. artic.4. in Cōm artic.p. 498.

9. Nouembris p. 553. *Scimus Gelasium Papam inter apocryphas recepisse Epistolas illas Iesu nomine, & Abagari. Sed quid mirum? Si probasset, vt Christi verba, inter scripturas Canonicas fuissent profectò adnumerandæ. Atquod ad imaginis historiam pertinet, nihil omnino Gelasius, &c.*

Ad secundam probationem, respondeo extare apud Surium L duplicia Acta Ss. Samonæ, Guriæ, & Abibi; prima, Authore Simeone Metaphraste circa an. 850. secunda, Authore Aretha Archipeiscopo Cæsariensi saltèm post annos 310. capite enim 4. sic ait: *Pulso nimirùm è Regno Licinio, Constantinoq; in eius locum substituto.* Id autem, vt habet in Gallia Claudius Robertus, cōtigit ab an. 310. ad 333. In primis sic habetur; M *Romanorum autem Imperatores acriter defenderūt ciuitatem, & breui totum collegerunt exercitum, vt opē ferrent Edessæ, volentes efficere ne ea caperetur; & maxime verbis Christi cōfidentes, quæ scripserat ad Augarum, quòd ciuitas nunquam esset capienda à Barbaris; & quòd in eam primam D. N. & Christi effigies missa sit ad Augarum.* Non tamē exprimunt à quo sit missa, nec quomodo; & clariùs loquuntur de Epistolā Christi ad Abagarum. In secundis verò actis ab Aretha cōscriptis, nec vnum verbum habetur de imagine Edessena, aut Epistola Christi ad Abagarum. Extant etiam apud Surium N Acta S. Alexij, sed à Simeone Metaphraste circa an. 850. exarata. In ijs sic habetur. *Donec Edessā Mesopotamiæ vrbē, vbi D. Iesu imago seruatur non manufacta, quam ipse dedit Abagaro, in vita sua peruenit.* Videat Lector an ex testimonijs hisce Simeonis Metaphrastis circa an. 850. scitè deducatur traditio certa imaginis, aut Epistolæ (de vtraque loquitur Metaphrastes in Actis S. Samonæ) à Christi familiaribus, & coæuis deducta; & an prædicta traditio ostendi possit ex aliquo Authore, qui sit Euagrio vetustior.

L tom. 6. pag. 356.

M c. 16 p. 62.

N tom. 6. pag. 22.

N tom. 6. pag. 221.

Ad tertiam probationem, respondeo duo in illa esse mira. Primū est, quod Author vult nos idē cōtendere quod Isaac Casaubonus, Hæreticus Caluinianus, qui contendebat tunc primum innotuisse hanc imaginem post Christi annum quingētesimum Euagrio Authore. Vnde nō immerito de viro amicissimo conquerens, vt ar verbis doctissimi Sarmienti in Defensione sui tractat⁹ de redditib⁹ Ecclesiasticis, p. 2. *Ex his intelligi potest, quā iniustè D. M. N. homo alioquin pietate, & eruditione insignis, & in ordine, & Monasterio professus, in me apologiam*

logiam conscripserit, qui eũ semper amaui, colui, & obseruaui, & in libello meo de Redditibus Ecclesiasticis, honorificentissimè tractaui; sed adeò est sui oblitus in hac Apologia, vt me, quẽ generis, & eruditionis, & pietatis nomine extollit, post paucas paginas Heresis insimulet. Nisi fortè excusetur, quòd verba nostra non satis considerauit.

Secundum est, quòd etiam vult Author nos asseruisse *Euagrium* tradidisse hanc historiã nullo præcedente Authore, & nulla præcedente traditione. Mirum sanè est vtrumque; quia prorsus non video vnde Author illa potuerit exsugere. Sic enim diximus in Responsione pacifica. O *Ea enim historia ex Euagrio canonizatur in secunda Synodo Nicæna.* At Casaubonus non admittet esse canonizatam. Et infrà. P *Historia de imagine Christi missa ad Abagarum, non est apocrypha, neq; temeraria, neq; ab vllo Catholico exsibilatur, vel potest exsibilari, &c.* Dicat nobis Author, an idem contendat Casaubonus, quem nos non legimus? Et rursus, infrà, ibidem. *Hæc enim traditio, in quantùm nosse potuimus, ostendi non potest, nisi ex Euagrio, Damasceno, Synodo secunda Nicæna, & Bonauentura, & alijs nouioribus.* Dicat etiã nobis Author, an hoc idem contendat Casaubonus? Nos enim expressè admittimus traditionem; sed addimus id quod verissimum est, eam traditionem, in quantùm nosse tunc potueramus, ostendi non posse nisi ex *Euagrio*, Damasceno, &c. & alijs nouioribus; non quidem nouioribus Bonauentura, sed nouioribus saltem Euagrio. Postea nouimus posse etiam ostendi ex Procopio, sed allegato ab Euagrio. Inquiro modò ab Authore, ex quo alio scriptore, qui sit Procopio, & Euagrio antiquior, ostendere possit imaginis Edessenæ traditionem? Hucvsque nemo alium antiquiorem ostendit nobis. Benè ergò diximus eam traditionem ostendi non posse, nisi ex Euagrio, & alijs nouioribus, in quantùm nosse potueramus: & addito nunc Procopio, eodem modo argumentamur; *Ecce Author antiquior, qui huius historiæ meminit, vixit post id factum Christi, plusquam per quingentos annos. Vndè ergò poterit ostendi traditio certa ex Christi familiaribus, & coæuis deducta?* Non nego traditionem probabilem ab antiquis deductam ostendi posse ex his Authoribus; sed traditionem certam, qualem Author requirebat. Et sanè difficile est fuisse in Ecclesia tempore Procopij, & Eua-

O *Resp. 3. n. 10. p. 33.*

P *n. 11. p. 33.*

Euagrij traditionem certam de missione huius imaginis, & Authores antiquiores Procopio & *Euagrio*, quales fuerunt, S. Ephrem, Darius Comes, & Eusebius Cæsariensis, Epistolarum inter Iesum, & Abagarum meminisse, & nullum aliquem scriptorem mentionem huius imaginis fecisse ante Procopium, & Euagrium.

Adde. Vidimus etiam postea in Gretzero cap. 9. pag. 330. obiectiones Hæretici Casauboni contendentis historiam imaginis Edessæ esse fictitiã. Quòd sic probabat. 1. *Euagrius est primus, qui huius imaginis mentionem facit; sed Euagrius est fabulator, &c. 2. Procopius lib. 4. rerum Gothicarum, in digressione de obsidione vrbis Edessæ, nullam imaginis huius mentionem facit. Ergò fictitia est. 3. ante annum 550. nihil auditum est in orbe Christiano de illa imagine, quod quidem hodie sciatur, &c. Sequitur ergò vetus conclusio, nimirum imaginem Edessenam esse cõmentitiam.* Videat nunc Lector, quo iure potuerit nobis imponere conuenientiam cum Hæretico Casaubono, sic inquiens; *Qui id ipsum, quod tu contendit, primo scilicèt innotuisse hanc imaginem post Christi annum quingentesimum Euagrio Authore.* Est enim clarum nos à Casauboni de imagine Edessena delirijs toto cœlo distare.

Hinc constat, nos nullo modo asseruisse hanc Christi imaginem non innotuisse vsque ad Euagrium; neque eius historiam ab Euagrio traditam nulla præcedente probabili traditione. Quis ita desipiat, vt credat historiam ab Euagrio inuentam, absque Autore, aut traditione saltem probabili, fuisse toti orbi persuasam? Verum tamen videtur quòd à temporibus Procopij, & Euagrij imago hæc sacra Ecclesiæ ampliùs innotuit, tum ex eorum scriptis, tum ex miraculosa illius inuentione, quam Constantinus Porphyrogenitus vbi suprà Q. enarrat. Tempore enim nepotis Regis Abagari, ad quem missa fuit imago, ab Episcopo loci, ne ab impio Rege prophanaretur, fuit abscondsa. *Fluxit itaque* (ait Constantinus) *interim multum temporis, & ex hominum effluxit memoria sacra huius imaginis in columna erectio, ac eiusdem absconsio.* Postea verò tempore Cosroïs Persarum Regis, ex diuina reuelatione Eulalio facta, mirabiliter inuenta, & vrbs Edessa ab hostium obsidione diuinitus liberata. Ab hoc ergô tempore notitia huius imaginis clarior fuit apud Authores.

Q *c. 10. & 11. p. 741. & 742.*

Ad

Ad secūdum, quod in nos Author notauit, gratias agimus pro consilio consulendi Gretzerum; eo tamen non indigemus. Noueramus esse plures Authores D. Bonauentura priores; nō id negauimus, sed vetustiores Euagrio, quē credebamus fuisse primum Scriptorē illius historiæ, in quantùm tunc nosse potueramus; & ex eius, & aliorum testimonijs cōcēdebamus; & nunc etiam, addito Procopio, cōtendimus non inferri certam traditionem à Christi familiaribus, & coæuis deductā, qualem Author deduci arbitratur, & censet. *Quis certius arbitratus sit*, (Dicam cum Hieronymo aduersus Rufinum. *R*) *nec meum, nec tuum iudicium est, vtrius scripta censoriam Lectoris virgulam sentiant*.

R *lib.* 1 *col.* 268

Addimus tamen contra Authorem, nō omnes viginti tres Authores, quos Gretzerus citauit, esse D. Bonauentura priores. Nicephorus enim Callist᷒, vnus ex viginti tribus à Gretzero citatis, non est antiquior D. Bonauētura. Hic enim obijt an. 1274. vel 1275. Ille verò dicauit quoddam Opusculum Andronico Imperatori, Michaelis filio, qui imperare incæpit, vel anno 1283. vt tradit Claudius Robertus in principio Galliæ Christianæ; vel anno 1294. vt tenet Card. Bellarminus in Chronologia pag. 32. Vnde ipse in libro de Script. Ecclesiast. pag. 219. censet Nicephorum floruisse post annum 1300. Bellarmino cōsentit Ciaconius de Pontif. & Card. col. 789. & Ciaconio antiquior Platina sub Nicolao IIII. ad finē.

Ex his ad argumentum, quod contra Monachatus Augustiniani S. Francisci probabilitatem desumebatur ex silentio Authorum, & defectu traditionis certæ, aut certæ reuelationis, duo dicimus. Primum est. Si Authores coæui expresſi essent; vel esset certa traditio, vel certa reuelatio, tunc non tātùm esset probabilis, sed certus. Secundum est. Vt sit probabilis, & Author illum tradēs non exsibiletur, neq; vt temerarius reiciatur, satis superq; est quòd *A*uthores coæui implicitè, & æquiualenter illum tradiderint iuxta probabile doctorum virorum iudicium; quòd Authores antiqui & graues, vt B. Henrricus de Vrimaria circa an. 1334. illum ex quorundā assertione expresſè retulerint; & B. Iordanus de Saxonia circa an. 1360. expresſè illius meminerit, & Philippus Bergomensis circa ann. 1486. asseruerit Chyrographum authenticū professionis aliquando visum; & Nicolaus *B*arianus Placentinus in causa Vitaliana Cremonæ an. 1500. edita, *S* sic testat᷒ fuerit. *Et plurimi fide digni mihi instulerunt*

S in 2. *cōc. ussione.*

runt se vidisse in Conuentu nostro Mantuæ instrumentum publicum professionis, quã emisit ipse B. Franciscus, in manibus præfati B. Ioannis Boni. Neque enim ad probabilitatem rei requiritur expressa narratio coæuorum, aut certa traditio, aut certa reuelatio, vt satis clarè constat ex dictis.

DIFFICVLTAS VIII. DE argumento desumpto ex Bulla Canonizationis S. Francisci.

T §. 3. nu. 3. p. 52. V 4. p. in princip.

AVthor in suo Apologetico *T* contra probabilitatem Monachatus Augustiniani S. Francisci aliam, quam R. P. Fr. Antonius Daza *V* in quodam discursu, historiæ Seraphici Ordinis inserto, nobis olim objecerat, argumentationem reproduxit. Ea autem sic potest efformari. Gregorius IX. summè familiaris D. Francisco, in nulla ex his Bullis, quas dedit, vel ad eius Canonizationem intimandã, vel ad eius laudes celebrandas, vllam fecit huius rei mentionem. At de his, qui veteres relinquunt Religiones, & nouas instituunt, id laudis celebratur in Bullis Canonizationis, vt constat in S. Dominico, & Francisco de Paula. Non ergò est credibile Pontificem, qui hoc ignorare non poterat, eam illi laudem & encomium negaturum; præsertim cum graui stylo sub multis sacræ Scripturæ formulis exprimat eius mundo recensum quo tempore contenditur hunc subijsse Monachatum.

X c. 24. §. 2. p. 398. Y Resp. 3. n. 12. p. 34. Z contr. Lucif. col. 164

Huic obiectioni adeò clarè, & manifestè satisfecit Marquez, *X* & nos *Y* ex illo, adijcientes etiam quædã alia, vt qui in tanta luce non viderit, oculos clausisse videatur, vt clausis oculis deneget, dũ non credit factum esse quod non vult. *Z Solent enim* (vt ait Hieronymus) *clausis oculis denegare, qui non credunt factũ esse quod nolunt*. Respõdimus plura cũ Marquez, vel ex eius doctrina, quæ breuiter repetemus, & quid Author responderit, aut obiecerit, docebimus, impugnabimus, &, vt arbitror, expugnabimus.

Primum est. Gregorius IX. in Bulla, *Mira circa nos*, huius Monachatus videtur non obscurè meminisse.

Ita Marquez, A & nos vbi supra. Rē autē sic persuasimus. Dum Pontifex loqueretur de egressu S. Frācisci è domo paterna, sic ait: *Vitia quoq; supplantans, & contra mundum, carnem, & potestates aereas luctamen assumens viriliter, vxore, villa, bobus, à cœna magna retrahentibus inuitatos, penitùs abdicatis, cū Iacob Domino iubēte surrexit, &c.* Ea autem impedimenta vitæ spiritualis nō abdicātur penitus nisi per tria vota paupertatis, obedientiæ, & castitatis. *Loqui* autem Pontificem in eo §. de statu Eremitæ, non Minoritæ, colligitur ex §. sequenti, vbi sic ait: *Ne verò sibi soli proficeret in monte, tantummodo Rachel amplexibus inhærendo contemplationi, pulchræ quidem, sed sterili, ad Liæ interdictum descendit cubiculum minaturus gregem gemellis fætibus fæcundatum, ad interiora deserti, &c.* Ecce vbi satis innuit illam totalem abdicationem vxoris, villæ, & bouum fuisse ante institutionem sui Ordinis, dum sibi soli proficeret, & in monte tantummodo Rachel amplexibus frueretur.

A c. 25. §. 6 pag. 421.

Respondet Author in sua Defensione B se audere spondere nullum ab affectu liberum, vel à longè posse isthic istum Monachatum effingere. Quia si cætera, quæ sequuntur, adiūgātur, patet nō ibi initia regularis vitæ per votorū nuncupationē, sed culmen perfectionis indicari. Cōuersionē eius, & Ordinem ab eo institutum, & ingentem animarum conuersionem per ipsum, & socios factam, addit Author longè antea eisdem litteris Pontificem retulisse ab illis verbis: *Qui audita interiùs voce inuitantis amici, impiger surgens, mundi vincula blandientis, quasi Samson, gratia diuina præuentus, dirupit, &c.* Adiunxisseque, virum sanctum prædicatione simplici, nullis verborum persuasibilium humanæ sapientiæ coloribus adornata, non tantum mille, sed multa millia Philistinorum prostrauisse; & deinde addidisse magnum rei Christianæ per socios incrementum. *Longè verò post hæc* (ait Author) *verba à te producta sequuntur. Lege quæso attentè, & perpende sincerè Diploma, videbis nihil tuum hic reperiri.*

B sect. 6 §. 2. nu. 4. pag. 235.

Obtemperauimus sapientissimi viri prudentibus monitis, ne fortè, & nos facundia noxia decepti, dum disputare non possumus, litigare nō desinamus. Sępe enim ratio ad disputandum deficit, & suppetunt infeliciter verba ad litigandum. Diploma attentè

tentè legimus, & sincerè perpendimus, & plura dicimus. Primum est. Diximus videri Pontificē huius Monachatus meminisse, & satis innui illam totalem abdicationem fuisse ante Seraphici Ordinis institutionem; non diximus hæc in Diplomate clarè, & euidenter contineri; si enim euidenter, & clarè continerētur, non de sola probabilitate Monachatus, sed de certitudine gloriaremur. Secundum est. Credimus cum M. Marquez non absq; probabilitate in ea Bulla fieri mentionem Monachatus Augustiniani sancti Francisci, ante sui Ordinis institutionem. An autem ex verbis Bullæ probabiliter inferatur, vel non, Lector ab affectu liber Iudex esto. Tertium est. Pontifex comparat B. Franciscum primùm Samsoni, deinde Abrahæ, & tandem Iacob, eorumque gesta pro vt se se offerebant, accōmodat viro sancto; & quia Samson Philisteos prostrauit, & dum in manu haberet mandibulam asini, interfecit in ea mille viros Iud. 15. & cum postea sitiret, aperuit Dominus molarem dentē in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquę; Francisci prędicationē cōmēdat, qua Ecclesiæ inimicos prostrauit, & ex qua egressę sunt aquæ gratiæ salutaris, vel sapientiæ, & Doctrinæ Euangelicæ, quæ Eccclesiam fæcundauerunt; & quia Abrahā egressus est de terra sua, & de cognatione sua, & domo patris sui, refert egressum Frāciscí à domo patris sui omnibus terrenis penitus abdicatis; & quia Iacob duxit *Ra*chelem, & Liam, tradit Franciscum, non sibi soli voluisse in monte proficere cum Rachele, sed ad Liæ cubiculum descendisse, vt minaret gregem gemellis fætibus fæcundatum ad interiora deserti pro vitæ pascuis perquirendis. Vbi sine dubio innuit Pontifex Seraphici Ordinis institutionem, vel illam omisit. Quôd enim Author ait Conuersionem Diui Francisci, Ordinem ab eo institutum, & ingentem animarum conuersionem per ipsum, & socios factam, longè antea in eisdem litteris Pontificem retulisse, vt suspicor, Lector ab effectu liber non credet. Illi nos iudicium libenter remittimus.

Vt autem re cognita possit Lector maturè iudicare, integrum Bullæ paragraphum, ex quo Author oppositum censuit, ex Laertio Cherubino in Bullario, C & Magistro Marquez. D transcribimus. *Qui audita interiùs voce inuitantis ami-*

C tom. I. p. 25.
D c. 24. §. 2. p. 490.

amici impiger surgens, mundi vincula blandientis, quasi alter Samson gratia diuina præuentus disrupit, & spiritu feruoris concepto, asinique arrepta mandibula, prædicatione siquidem simplici, nullis verborum persuasibilium humanæ sapientiæ coloribus adornata, sed tamen Dei virtute potenti, qui infirma mundi eligit, vt fortia quæque confundat, non tantùm mille, sed multa millia Philistinorum, eo, qui tangit montes, & fumigant, faciente prostrauit, & in spiritus seruitutem redegit carnis illecebris antea seruientes. Quibus vitijs mortuis, & Deo viuentibus, iam non ipsis, quorum pars pessima perijt, ex mandibula ipsa egressa copiosa est aqua, reficiens, abluens, & fæcundans lapsos, sordidos, & arentes, quæ in vitam æternã saliens absque argento, & commutatione aliqua potest emi, cuius riuuli longè latèq; diffusi, vineam irigant vsque ad mare palmites, & vsque ad flumen propagines extendentem.

Videat Lector an in his verbis contineatur conuersio B. Francisci, Ordo ab eo institutus, & ingens animarum conuersio, per ipsum & socios facta; an potiùs Francisci conuersio à vinculis mundi blandiẽtis, & eius predicatio simplex, quà, virtute Dei potenti, multa millia prostrauit Philistinorum, quos §. 1. vocauerat Philisteos vineam Domini impugnantes; & ab hac prædicatione *B.* Francisci, tãquam à mandibula asini, qua mille Philistæos interfecit Sãson, ait egressam fuisse copiosam aquam, hoc est, gratiam, vel sapientiam, & Doctrinam Euangelicam, quæ refecit, abluit, & fęcundauit, lapsos, sordidos, & arentes; quę aqua, nempè gratia, vel sapientia, & Doctrina Euangelica in vitam æternam saliens, absque argento, & commutatione potest emi, & eius riuuli Ecclesiã irrigant, & fæcundant. Vbi nam hic latet Seraphici Ordinis institutio? Quòd autem nomine aquæ Pontifex intellexerit, vel gratiam, vel sapientiam, & Doctrinam Euangelicam, manifestum est: tum quia Glossa Ordinaria Iudicũ 15. sic ait. *Per aquam verò de mandibula mirabiliter exeuntem significata fuit aqua salutaris sapientiæ, quæ de B. Petri processit ore:* tum quia per aquam salientem in vitã æternam, cuius meminit Pontifex, Patres communiter intelligunt gratiam facientem homines salire in vitam æternam, vt explicat Lira; *E Et antequam illuc saliat* (ait Rupertus *F*) *fons in bibente fit.*

E *in c. 4. Ioan.*
F *lib. 4 in Ioan. & p. 82.*

& per sinum cordis riuos sapiẽtiæ & scientiæ diffundens, animæque totum alueum implẽs, & paulatim in verbo vitæ per meatum oris prorumpens, hortos vicinos, areasque longè positas affatim irrigat; talisque anima meretur audire, fons hortorum, puteus aquarum viuentium. Card. Caietanus sic ait. G *Et intendit per hunc sermonẽ semimetaphoricum quòd gratia in anima sit indeficiens (quantùm in se est) principiũ operum proficientium in vitã æternam.* Et P. Franciscus Suarez de diuina gratia, H sic habet. *Qua metaphora optimè significatur proportio, & propensio gratiæ in vitã æternam, tanquam in propiam hæreditatem.* An hæc potiùs fuerit Gregori j Pontificis mens, Lector iudicabit: Ego suspicor aliquid meum hic reperiri.

G in c. 4. Ioan. f. 192.

H p. 3. lib. 7. c. 2. n. 3. p. 68.

Secundum, quod in Responsione pacifica I diximus pro solutione argumẽti, hoc est. Quamuis Gregorius IX. non meminisset Monachatus Augustiniani S. Francisci, cum tamen Gregorius IX. & Leo X. in Bullis canonizationum dixerint B. Dominicum fuisse Canonicum Regularẽ, & S. Franciscum de Paula in Ordine Seraphico tyrocinium egisse; adhuc ex solo Bullæ Canonizationis silẽtio inefficax desumitur argumẽtũ contra prædictum Monachatum. Id autem probatur. Primô, quia in nulla ex duabus Bullis Canonizationis S. Francisci meminit Pontifex sacrorum illius stygmatum, & tamen nihil inde contra illorum veritatem infertur. Insinuauit hanc probationem Marquez cap. 24. §. 2. pag. 399.

I Resp. 3. n. 15. p. 33.

Respondet Author in sua defensione, K verũ esse quòd ibi nulla sit stygmatũ mentio, sed illa digna fuisse quæ peculiaribus, & ad rem compositis litteris innotescerẽt. *Cedo tu mihi Bullam aliquam, (ait) in qua hic Monachatus adstruatur; non vrgebo silentiũ in litteris Gregorianis.*

K sect. 6. §. 2. nu. 5. p. 236.

Sed contra hanc euasionẽ militat. 1. *Quia adeò ne (vt ipsius Authoris verbis vtar) verò orationis cursum retardaret, si breuiter, aut obuiã narraret*, sacrorum stygmatum priuilegium singulare, quod postea peculiaribus, & ad rem cõpositis litteris publicaret? Præcipuè cum idem Pontifex testetur, M in Bullario Cherubini; *Ex tanto miraculo cum cæteris probato solemniter causam specialẽ habuimus, quod ipsum adscripsimus Cathalogo Beatorum.* Qui causam specialem Canonizationis in suis litteris siluit, quid mirum quòd reticuerit Monachatum? 2.

L vbi supra n. 6 p. 237.

M tom. 1. p. 58

Quia si esset Bulla, in qua Monachatus adstrueretur, sicut stigmata prædicãtur, iam Author non tantùm dignaretur admittere probabilitatẽ Monachatus, quam nitimur persuadere, sed etiam teneretur certitudinẽ confiteri. 3. Quia semper vrget argumentum, & conuincit ex solo silentio Bullæ Canonizationis. *Mira circa nos*, non inferri aliquid contra Monachatum Augusti nianumS. Francisci, vt perperam Author contendebat. *N* Vnde iã cautior factus in sua Defensione, O sic ait. *Ex mea itaq; dissertatione infero dum nullibi in litteris Apostolicis.* (Iam nõ ex solo silentio Bullę Canonizationis. *Mira circa nos.) Hic Monachatus exprimitur, & in Bullis Canonizationis omninò reticetur, ex Bullis Canonizationis Ss. Dominici, & Francisci Paulensis, optimè deduci nunquã sub Augustini Regula militasse.* Sed neq; ex inde optimè deduci ex sequentibus manifestè constabit.

N *in Apolog.* §. 3. *nu.* 3. *ad fin. p.* 25.

O *sect.* 6 §. 2. *nu.* 8. *pag.* 238.

2. probatur. Quia neque in litteris Canonizationis S. Frãcisci fit mẽtio habitus Eremitici, quem omniũ consensu per bienniũ gestauit. Ita Marquez, *P* & nos *Q* argumẽtati sumus.

P *c.* 24. §. 2. *p.* 399.

Q *Resp.* 3. *n.* 15 *p.* 35.

*R*espondet Author in sua Defensione *R* delationem habitus Eremitici omnibus cõmunis, & quibuscumq; volentibus expositi, non tantũ fuisse æstimandam, vt in grauissimo Apotheosis monumento inter celebriora viri sancti facta recenseretur.

R *sect.* 6 §. 2. *nu.* *p.* 236.

At hoc effugiũ facilè expugnatur. 1. Quia iam ex solo silentio Bullæ Canonizationis, non sequitur ex vi formæ non esse rem, quæ siletur; sed tantùm ratione materię, quando res magni est æstimanda. 2. Quia delatio habitus Eremitici etiam communis omnibus, magni erat æstimanda in Francisco, qui olim fuerat, vt ait sanctus Antoninus. *S* *Terrenis opibus diues, in mundi vanitatibus indecenter nutritus, suis nutritoribus insolentior effectus*; tunc autem *per duos annos*, vt tradit sanctus Antoninus vbi suprà, *T honestum habitum, & Eremiticum gerens, portando baculum in manibus, accinctus corrigia, calciatis incedens pedibus, per ciuitatem Asissij mendicando, nunc latebat in Eremis, nunc Ecclesiarum reparationibus insistebat deuotus.* Neque minùs hæc erant æstimanda in Francisco, quàm in sancto Ludouico Rege Galliæ ab infantia sanctè enutrito, quôd post primum potissimum de vltra marinis partibus reditum *humilibus pellibus vsus fuit* (vt Bonifacius

S 3 *par. hist. tit.* 24. *c.* 2. *f.* 189.

T *c.* 7. *f.* 196. *p.* 2.

VIII.

VIII. in Bulla Canonizationis testatur apud Laertium Cherubinũ V) *sæcularibus pompis d se penitus abdicatis*. Adde, plura minora quàm delatio habitus Eremitici per biennium, recensentur Bullis Canonizationis aliorum sanctorum. 3. Quia saltem magni erant æstimanda in Francisco ante sui Ordinis institutionem, mirabilis illa visio, in qua, *cum negotiationis causa pararet se in Apuliam pergere*, vt ait Antoninus, X *ostensa est sibi per visionem domus sua militaribus apparatibus plena, &c.* Et cælestis ille feruor, quo fruitus, *cum quadam die*, addit ibidem Antoninus, *ante imaginẽ Crucifixi in Ecclesia S. Damiani propè Assisium deuotissimè cum lacrymis oraret diuinam misericordiam flagitando, audiuit ab ipsa Crucifixi imagine hanc vocem clarè prolatam, Francisce, vade repara domum meam, quæ, vt cernis, tota ruinam minatur.* Et deinde reparatio trium Ecclesiarum, & alia plura; & tamen in omnibus Bullis Canonizationis S. Francisci hæc omnia reticentur. Ergô ex silentio etiam eorum, quæ magni æstimanda sunt, in efficax desumitur argumentum.

V 1. to. p. 142.

X titul. 24. c. 2. f. 189.

Tertiũ, quod in Responsione pacifica Y diximus, hoc est.

Passim accidit in Bullis Canonizationis sanctorum, non referri de illis cuius Ordinis fuerint. Exemplum adducit Marquez Z in S. Antonio de Padua, qui ex Canonico Regulari sancti Augustini transijt ad Ordinem Minorum; & tamen idem Gregorius IX. qui Franciscũ cęlestibus addidit, non meminit in litteris Canonizationis sancti Antonij Canonicatus Regularis! Nos alia exempla adiecimus A in S. Vbaldo Canonico Regulari S. Augustini; in sancta Elisabetha Andreæ Hungarorum Regis filia, S. Francisci Moniali; in S. Ludouico Rege Franciæ, Tertij Ordinis S. Francisci; in S. Iuone, Tertij etiam Ordinis S. Francisci; in S. Nicolao Tolentinate Eremita Augustiniano ex Canonico Regulari S. Augustini, vt tradũt S. Antoninus, B Siluester Maurolicus Abbas Roccæ Amatoris in Sicilia, C Gabriel Pennotus in sua historia Tripartita, D Basilius Serenius in Præfatione ad indulta Lateranensium, & Augustinus Ardinghellus in congeminata voce Turturis. E Addimus modo S. Thomam Archiepiscopum Cantuariensem, quem inter Monachos Benedictinos, & deinde inter Cistercienses enumerat Magister Angelus Manrique, & ipse Cistercij glo-

Y Resp. 3. n. 17 p. 35.

Z c. 24. §. 2. p. 200.

A Resp. 3. ann. 17. pag. 35.

B 3. par. tit. 24. c. 10. f. 250.

C lib. 4. p. 275.

D lib. 2 c. 73. n. 4. pag. 542.

E c. 16,

gloria, in Annalibus Cisterciẽsibus *F* ann. 1162. ex lib. 3. Quadripartitæ illius historiæ, & Petro *R*ogerio Authore coæuo, quem M. S. extare in Vaticano tradit Baronius; & anno 1164. ex Polydoro Virgilio in Historia Anglicana, *G* & Card. Baronio; *H* Et tamen in Bullis Canonizationis horũ sanctorum, neque verbum habetur de prædicto illorum statu Religioso; & ex eo silentio inferri non potest, eos nõ fuisse statum illum professos: Ergò neque ex silentio Monachatus Augustiniani S. Francisci in Bulla Canonizationis conuinci potest improbabilẽ esse prædictum Monachatum.

F to m. 2 ann. 1162. c. 1. nu. 8. p. 357. & anno 1164. c. 4. n. 14. p. 394.

G f. 215

H ad an. 1164.

Respondet Author I his exemplis non eneruari difficultatem. *Ego*, inquit, *argumentum præstruxi, & vim posui in Religionũ fundatoribus, qui à veteri instituto ad nouũ procreandum prosiliere; & valedicta priore vita ad aliam omnino distinctã transierunt. Tu verò mihi præbes non Religionum Conditores, &c.*

I sect. 6. §. 2. n. 7 p. 237.

Sed contra hanc solutionẽ obieci in Responsione pacifica; *K* primo, quia nulla ostendi potest ratio, quare Pontifices debeant referre de fundatoribus Religionum, quòd ante institutionem suæ professi erant aliam, & de alijs sanctis referre nõ debeãt, quòd vnã, vel duplicem Religionem sint professi. Non enim conducit minùs ad gloriam, & laudem sancti canonizati, vnã, vel duplicem Religionem professi, etiam si nullius fundator fuerit, quòd de illo referatur sub vna, vel duplici Religione militasse; quàm spectat ad gloriã eius, qui vna relicta fundauit aliam, quòd de illo narretur primam *R*eligionem reliquisse; ne vtrique id laudis negetur, vt non referatur eius encomiũ, & vitæ spiritualis initium, aut forma. Ergò si hoc non obstante de sanctis nõ fundatoribus siletur professio vnius, vel duplicis Religionis, & inde non potest inferri illum sanctum non fuisse Religiosum, aut non fuisse alumnũ illius *R*eligionis, quæ siletur; ita etiam de sanctis fundatoribus sileri poterit professio *R*eligionis, quam reliquerunt; & ex eo deduci non poterit nullã reliquisse.

K Resp. 3. n. 22. p. 36.

Hanc obiectionem Author silentio prætermisit. *An*, qui alias retulit, & conatus est vellicare, hanc nullius roboris, aut momenti putauit; *aut potius hinc laudandus est*, (verba sunt Augustini *L*) *quòd cum hoc omninò inuictissimum cerneret, silentio prætermisit?*

L lib. 3. contra Petil. c. 59.

Secundò sic obijcio contra solutionẽ. Quia S. Ioannes Gualbertus fuit fundator Ordinis

dinis Vallisvmbrosæ ex Monacho Benedictino; & S. Petrus de Morolo, aut de Moro ne, fuit fundator Monachorũ Cælestinorum ex Monacho Benedictino; & tamen in Bullis Canonizationis ipsorũ Monachatus Benedictinus silentio prætermittitur. Ergo etiam in sanctis fundatoribus Religionum, ex silentio alterius Religionis, vel congregationis, quàm priùs professos fuisse contenditur, inefficax desumitur argumentum.

Huic obiectioni occurrit Author, *M* asserens se vim argumenti posuisse in fundatoribus Religionum, qui valedicta priore vita ad aliã omninò distinctã transierũt: At Ioannes Gualbertus, & Petrus Moronus fuerunt nouæ congregationis in eodẽ Ordine, vel sub eadẽ Regula, quã priùs assũpserant, fundatores, seu eiusdẽ instituti per domos aliquot reformatores. Addit deinde Author me nõ proferre Bullã Canonizationis B. Ioannis Gualberti, sed litteras dũtaxat ad Abbatem, & Monachos Cænobij Vallisvmbrosæ missas Canonizationis factæ enunciatiuas, &c. *Ad Archiepiscopos, Episcopos, Ecclesiarum Prælatos, & vniuersos fideles, ex ritu, & consuetudine Ecclesiæ destinantur, vt omnibus innotescat; hunc, vel illum Dei famulum cælestibus esse adscriptũ. Si ergò ad solos suos Monachos Ordinis S. Benedicti, & à se institutos missa est Epistola, sit peruacaneum esset enarrare eũ priùs fuisse Ordinis Benedictini. Qui institutũ non mutauit, sed restrinxit, aut reformauit, vt quid narrãdũ erat, quod ipsis erat notissimum, sub eodẽ fuisse educatum.* Hæc Author. *Quasi aduersus elinguem, semperq; taciturum*, vt ait Hieron. lib. contra Rufinum.

M sect. 6. §. 2. nu. 7. p. 237.

In huius solutionis, oppugnationem, & expugnationem plura dico. Primum est. Licèt Cælestinus V. vt obseruaui in Responsione pacifica, *N* Ordinem S. Benedicti, & Ordinem Cælestinorũ pro vno, & eodẽ Ordine videatur accipere; tamen fortasis Ordinem pro Regula accepit, quoniam Petrus Aliacensis in eiusdẽ sanctivitã manifestè peculiarẽ esse Cælestinorũ Ordinem, & à Benedictino diuersum insinuat. *Cum audisset vir Dei omnes Ordines per Apostolicam Sedem non approbatos.* (Quid inde timeret suo Ordini, si idem esset cum Benedictino?) *Debere cassari in Generali Concilio Lugdunensi tunc sub Gregorio X. Papa celebrando, ipse vt pius & verus pastor animam suã ponens pro ouibus suis &c. Sed Dei auxiliante gratia illuc perueniens vltra quàm sperabat*

N Resp. 3. n. 25. p. 36.

bat, in oculis Summi Pontificis gratiam inuenire meruit, & confirmationis sui Ordinis sub B. Benedicti Regula impetrauit. Quòd Benedictus Deus pia dispensatione fieri voluit, vt benedicta Benedicti Patris Regula, tunc multùm, & nunc magis à quibusdam (Proh dolor) solo nomine Monachis conculcata, per nouã huius sancti Ordinis institutionem reuelata in meliùs reformetur. Et sanè, vt cõstat ex Siluestro Maurolico in Mari Oceano Religionũ, *P* vestis huius Ordinis in principio fuit coloris Camellini vilissimi panni, nunc verò tunica est alba, & omnia alia sunt nigra. Philippus Ferrarius in Cathalogo sanctorũ Italiæ sic inquit p. 292. *Cum Religionẽ Cælestinorum instituisset a Gregorio X. approbatam, &c.*

P *lib.* 4. *p.* 317.

Secundum est. Author vitę Ioannis Gualberti apud Suriũ *Q* satis indicat Ordinem Vallis vmbrosæ esse à Benedictino diuersum, sic enim ait. *Anno salutis 1040. claruit Beatus Ioannes Gualbertus, primus architectus, & fundator Ordinis Vallis vmbrosæ, cuius professores viuunt conuenienter Regula S. Benedicti, quibusdam constitutionibus priuatis illi superadditis, vtunturque habitu coloris cinericei; habet autem is Ordo multa Monasteria, &c.* Non cinericej, sed Tani, ait Siluanus Razzi in vitis sanctorũ Ethruriæ p. 168. *Di Rouano obscuro, ò, Vogliamo dire, morello,* inquiũt rem eodem ferè modo enarrãtes Paulus Morigia in historia Religionum, *R* & Siluester Maurolicus in mari Oceano Religionum; *S* Philippus quoque Ferrarius in Cathalogo sanctorum Italiæ p. 425. sic inquit: *Primaque Ordinis Vallis vmbrosæ factus primus Abbas fundamenta iecit.*

Q *tom.* 4. *c.* 183
R *c.* 21. *f.* 58.

R *c.* 21. *fol.* 58.
S *lib.* 2. *p.* 123.

Tertium est. An Religiones Vallis Vmbrosæ, & Patrum Cælestinorum sint à Benedictino diuersæ, nec ne, nec sero, nec meto, sunt saltem diuersæ congregationes, colore habitus, & statutis distinctæ; & hæc diuersitas sufficit nostro intento, vt obseruaui in Responsione pacifica. *T* Non enim minùs pertinebat ad gloriam Ss. Ioannis Gualberti, & Petri de Morone dicere, quòd ex vna congregatione non reformata fundauerint aliam reformatã, quàm quòd ex vna Religione instituerint aliã. Non enim minùs gloriosum est, relicta prima congregatione propria non reformata, aliam reformatam instituere, quàm relicta Religione nõ reformata aliam nouam Religionem reformatam erigere.

T *Resp.* 3. *n.* 25. *pag.* 36.

Ergò

Ergô si hoc taceetur de his sanctis, & inde non infertur eos non fuisse priùs Monachos alterius congregationis, neque inferetur S. Frãciscũ nõ priùs fuisse Monachum Augustinianum ex silentio Bullæ Canonizationis; licèt in Bullis Ss. Dominici & Frãcisci de Paula exprimatur eos antè sui Ordinis fundationem suscepisse institutum alterius Religionis. Et confirmatur. Quia idem argumentum omninò fit de fundatore nouæ congregationis, atque de fundatore nouæ Religionis. Gregorius enim XV. in Bullâ Canonizationis S. Theresiæ expressit illam priùs fuisse professam in alia congregatione ante institutionẽ suæ; sic enim ait in Bullario Laertij Cherubini. *V Ad Moniales S. Mariæ de Monte Carmelo Ordinis mitigati se contulit.* Et infrà. *Reformationem enim exorsa est Ordinis Carmelitani; illudque non solum in mulieribus, sed in viris egregiè præstitit, &c.* Poterit ergô inde etiam assumi argumentũ ad probandum Ss. Ioannem Gualbertum, & Petrum de Morone, non fuisse antè institutionem suarum congregationum professos in alia; nempè quia in Bullis Canonizationum siletur, quod exprimitur in Bulla Canonizationis S. Theresiæ. Et tamen argumentum est omninô inefficax. Vnde erit ergô efficax argumentum simile, respectu fundatorum Religionis diuersæ?

V tom. 4. §. 4. & 16. p. 115.

Has etiam obiectiones, quas non potuit non videre, silentio prætermisit Author. Quo fine id egerit, non scrutamur. Credimus tamen aliquã illis vim inesse, vt argumento Authoris fieret satis. Lector ab affectu liber iudiciũ feret. Neque, quantùm spectat ad B. Ioannẽ Gualbertum, sufficit dicere litteras Cælestini III. esse ad solos Monachos Vallisvmbrosæ, quibus superuacaneum erat, id quod ipsis erat notissimũ, enarrare. Cõtra enim est. 1. Quia etiam ipsis erat notissimum B. Ioannẽ fuisse institutorem congregationis Vallisvmbrosæ, & in eo Monasterio vitam monasticã instituisse, & alia erexisse Cænobia; quæ tamen Pontifex sic enarrat in Bullario Cherubini. *X Vt inclytæ recordationis Ioannem quondam Abbatem Vallisvmbrosanæ congregationis institutorẽ, &c. Et sequens Christi vestigia, non solum in vestro Monasterio monasticam vitam instituit, verùm etiam septem Monasteria fabricauit, & ad vltimum Passinianense Monasterium reparans, in eo præsentem vitam laudabili decessu finiuit.* 2. Quia litteræ Canonizationis, sicut,

X tom. 1. pag. 31. §. 1. & 3.

& Epistolæ Decretales Pontificũ, licèt dirigantur alicui peculiari personæ, aut communitati, tamẽ scribuntur ad omnium fidelium notitiam & instructionem.

Quartum est. Litteræ Cælestini III. non sunt enunciatiuæ Canonizationis B. Ioannis Gualberti, sed sunt litteræ Canonizationis, quamuis Abbati, & Conuentui Vallis vmbrosæ dirigantur. Ita censuit Laertius Cherubinus, qui eas litteras hoc titulo inscripsit in Bullario. Y *Canonizatio S. Ioannis Gualberti Abbatis, & institutoris congregationis Vallis vmbrosæ Monachorũ Ordinis S. Benedicti, eiusque relatio in numero sanctorum Confessorũ.* Et tamen idem Cherubinus Z litteras Innocentij II. Guidioni Priori Carthusiensi sic intitulauit. *Enunciatio Canonizationis S. Hugonis, Episcopi Gratianopolitani.* Et merito hæc Bulla nuncupatur Canonizatio B. Ioannis Gualberti, longè enim distat à stylo litterarum enunciatiuarum, & per omnia consonat stylo Bullarum Canonizationis.

Y tom. 1. p. 31.

Z p. 18.

Sed opponit Author quòd hę litteræ diriguntur dumtaxat ad Abbatẽ, & Monachos Vallis vmbrosæ, litteræ autem Canonizationis ad Archiepiscopos, Episcopos, Ecclesiarũ Prælatos, & vniuersos fideles, ex ritu, & consuetudine Ecclesiæ destinantur. *Vbi enim*, ait, *aliquando vidisti instrumenta Canonizationis, seu apotheosis Bullã, ad peculiares viros, aut vnius Monasterij incolas inscripta?* Respõdeamus interrogationi, quamuis necessè nõ erat, vt ait Hieron. lib. 2. contra Rufinum col. 325. *Rẽ planam argumentatione dubiam facere*; & manifestum erit, hęc omnia tan longè esse à veritate, vt mirum valdè sit virũ doctissimum, & in Ecclesiasticis historijs euoluẽdis diligẽtissimè versatum, in hunc lapidẽ fidenter impegisse. Proferam varia testimonia ex to. 1. Bullarij Laertij Cherubini, quę rem manifestè conuincãt. Canonizatio S. Petri Episcopi Anagnini an. 1110. sic dirigitur. *A Venerabilibus fratribus Episcopis, & alijs per Cãpaniam constitutis: S. & A. B.* Canonizatio S. Henrici primi Romanorum Imperatoris an. 1152. sic. *B Vener. Fratri Egelberto Episcopo, & dilectis filijs Canonicis Bambergensis Ecclesiæ S. & A. B.* Canonizatio S. Eduardi Regis Angliæ an. 1161. sic. *C Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, alijsque Ecclesiarum Prælatis per Angliam constitutis.* Canonizatio S. Bernar-

A p. 16.

B p. 18.

C p. 23.

di anno 1164. eodem modo dir igitur vbi suprà, *Prælatis in Regno Franciæ constitutis.* Canonizatio S. Vbaldi Episcopi Eugubini anno 1192. ab eodem Cælestino III. qui Canonizauit S. Ioannem Gualbertum anno 1193. sic. D *Vener. Fratri Episcopo, & dilectis filijs Beati Petri Clero, & populo Eugubino* S. & *A. B.* Canonizatio sancti Homoboni Cremonensis anno 1198 sic. E *Dilectis filijs, vniuerso Clero, & populo Cremonensi S.* & *A. B.* Canonizatio S. Laurentij Archiepiscopi Dublinensis an. 1225. sic. F *Vniuersis Christi fidelibus in Rothomagen. prouincia constitutis S.* & *A. B.* Canonizatio S. Claræ de Asissio anno 1255. sic. G *Venerabilibus Fratribus vniuersis Archiepiscopis, & Episcopis per Regnum Franciæ constitutis S.* & *A. B.* Canonizatio S. Heduuigis Ducissę Poloniæ an. 1267 sic. H *Dilectis filijs Archiepiscopo Gneznen. & eius sufraganeis S. & A. B.* Et M. Angelus Manrique to. 2. Annaliũ Cisterciensium an. 1173. n. 4. p. 538. inseruit litteras Canonizationis S. Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis dat. Signiæ 4. Idus Martij sicut & aliæ litterę eiusdem ferè tenoris ad omnes fideles. Titulus autem is erat. *Alexander Episcopus Seruus Seruorũ Dei. Dilectis filijs Priori, & Monachis Cantuariensis Ecclesiæ S. & A. B. Gaudendum est, &c.* Ex quo constat olim plurimas litteras Canonizationis expediri, alias ad peculiares personas vnius Ecclesię, vel vnius Monasterij incolas; alias, ad vnius Regni, aut Prouinciæ Præsules prout causa ad hos, vel ad alios spectabat.

D p. 30.
E p. 25.
F p. 49.
G p. 81.
H pag. 114.

Videat nunc Lector quo iure possit asseri litteras Canonizationis semper, etiã olim, *ad Archiepiscopos, & Episcopos, Ecclesiarum Prælatos, & vniuersos fideles ex vsu, & cõsuetudine Ecclesiæ destinari: vt omnibus innotescat hunc, vel illũ Dei famulũ cælestibus esse adscriptũ.* Vel qua via possit defendi nunquam Bullam apotheosis, ad peculiares viros, aut vnius Monasterij incolas inscribi, cũ saltem Canonizationis litterę S. Henrici Imperatoris ad Egelbertũ Episcopum, & Canonicos Ecclesiæ Bambergensis; & litterę Canonizationis S. Thomæ ad Priorem, & Monachos Ecclesiæ Cantuariensis inscribãtur. Ex his solutio Authoris manet expugnata.

Ex dictis hucusq; manifesta est solutio argumenti, de quo agimus in pręsẽti difficultate. Dupliciter enim dissoluitur, vt illud dissoluim⁹ in Responsione pacifica. I 1. Cũ Marquez, K quia in Bullis Canoniza-

I *Resp.* 3. n. 16. p. 35.
K c. 24. §. 2. p. 399.

nizationis Ss. Dominici, & Francisci de Paula, descendit Pontifex clarioribus verbis ad eorum gesta particularia; quod non prestat in Bullis Canonizationis S. Francisci, sed sub allegorijs sacræ Scripturæ generaliùs, & satis obscurè eius gesta recéset; adeò vt neque institutionem Ordinis Seraphici clarè enarrauerit. Secundò, & clariùs, quia in Bullis Canonizationis alicuius sancti, etiã fũdatoris alicuius Ordinis, vel congregationis, non necessario referuntur omnia illius sancti gesta, etiam insignia; vt clarè patet ex dictis.

DIFFICVLTAS IX. DE ARgumento ab actionibus cum hoc nouitiatu incompatibilibus petito.

IMpossibilitatem, & improbabilitatem Monachatus Augustiniani S. Francisci sua debat Author in Apologetico, *L* quia biennio illo prætensi Monachatus, reparauit S. Franciscus tres Ecclesias, & *Ss.* Apostolorum limina *Romæ* visitauit, teste D. Bonauẽtura, *M* & Alexandro Aquilano; *N præter cætera*, ait Author, *quæ nostram notitiã subterfugiunt*. Hæc autem stare non possunt cum *R*egularis vitæ tyrocinio, & secessu in longin quàm regionem, sub præceptoris ferula, & cura intra Monasterij septa delitescendo.

L §. 3. n. 4. p. 26.

M c. 2.

N in Chron. Ordin. Min.

Huic argumento satis probabiliter satisfecit Marquez *O* & nos in *R*esponsione pacifica; *P* quædam addimus; adhuc tamen displicet Authori solutio, *Q* & adijcit Magistrũ meum, & me hoc argumento in has angustias esse cõgestũ, dum tanto studio, & labore opus fuit, tot possibilitates excogitare, glossas, textus, & doctores agglomerare, *Vt à cõmuni Religiosæ educationis recedentes via*, (ait Author) *ostenderetis Franciscum consuetam tyronibus clausuram, aut præscriptum tyrocinio tempus non obseruasse*. *N*os aliter. Doceat nos Author, & libenter ab eo, iam ferè senes, discemus, alias Dialecticæ, aut Philosophiæ regulas, quibus nosse possimus, quomodô retundi debeant argumenta contendentium alicuius rei impos-

O c. 24. §. 3. & 4. p. 423 & 424.

P Resp. 3 an. 28 p. 37.

Q sect. 6. §. 3. p. 239.

posſibilitatem. Nos enim & in adoleſcentia didicimus, & per plures annos in iuuentute docuimus, ſcitè diſſolui eiuſmodi argumenta, rerum poſsibilitate non improbabiliter excogitata. In Philoſophia, & Theologia exempla paſsim ſunt obuia. Vnum ſuppetit. Arbitrantur plures Authores, quos refert noſter Ægidius Luſitanus *R* in tractatu de immaculata Conceptione Dei paræ, B. Virginem non habuiſſe debitum contrahendi maculam originalem, ortum ex peccato commiſſo in Adamo; & vt hanc doctrinam defenderent, plures poſsibilitates in decretis diuinis probabiliter excogitarunt; & gloſſas interpretum, textus ſacræ Scripturæ, & teſtimonia Doctorum agglomerarunt. Damnabit ne hæc Author? Sine dubio non damnabit. Cur ergô in nobis reprobat, quod in alijs admittit? Cur in nobis accuſat, quod in alijs defendit? Nunquid dicemus cum Hieronymo: *S Iidē & accuſatores, & defenſores, cū in alijs probēt, quod in me reprobant quaſi virtus, & vitium non in rebus ſit, ſed cum Authore mutetur?*

R lib. 2 q. 4 art. 3. §. 1. pag. 89.

S lib. 2. contra Rufinū col. 338

Neq; côuincitur impoſsibilitas, aut improbabilitas huius Monachatus, quia aſſerimus Franciſcum conſuetam tyronibus clauſurā, aut præſcriptum tyrocinij tempus nō obſeruaſſe. Manifeſtum eſt enim pluresolim non expectato communi tyrocinij tempore profeſsionem emiſiſſe, & nō ſeruaſſe conſuetam tyronibus clauſuram Monaſterij: An B. Benedictus obſeruauit clauſuram in Monaſterio, cuius Abbas erat Theodatus, ſub cuius Regula vult Author *T* Benedictum militaſſe? Nunquid de S. Hilarione Abbate, non ſic ait Hieronymus; *V Statim vt eum* (Antonium) *vidit mutato priſtino habitu duobus ferè menſibus iuxta eum manſit, &c. reuerſus eſt cum quibuſdam Monachis ad patriam, & parentibus iam defunctis, partem ſubſtantia fratribus, partē pauperibus largitus eſt, nihil ſibi omninò reſeruans?* Nunquid de S. Zoerardo non ait B. Maurus Epiſcopus Quinque Eccleſienſis in eius actis, tom. 3. Surij pag. 21. quôd à Philippo Abbate habitu accepto, & Andreas nominatus Eremiticam vitam agere ſtatuit? Nonne de Fr. Ioanne de Nauarra, Fr. Fernandus de Caſtillo, tom. 1. hiſtoriæ S. Dominici lib. 1. cap. 25. fol. 50. pag. 2. ſub anno 1217. ſic ait. *Deinde ſtatim in feſto S. Auguſtini recepit* (D. Dominicus) *ad habitum & profeſsionem, Fr. Ioannem de Nauarra,*

T ſect. 6. § 1. n. 4. pag. 225.

V tom. 1. pag. 330.

narra, &c. Quid ergò mirum esset quòd S. Franciscus in Monasterio duobus ferè mensibus, vel minùs mansisset, & postea reuerteretur ad patriam, vt reparationi Ecclesiarum insisteret? Quid mirum quòd non seruasset per annum integrum consuetam clausuram Monasterij?

Sed gratulamur Authori, qui nos ab his angustijs eripuit, & à tanto onere leuauit vnico D. Bonauenturæ testimonio, qui omnia distinctè, vno eodemque capite narrat, ex quibus apertissimè conficitur, neque vitam vllam regularem subijsse; neque extra Vmbriæ fines, sola excepta peregrinatione Romana, abijsse. Nos referemus testimoniū Bonauenturæ prout ab Authore adducitur, & circa singulas illius partes nostram opinionē breuiter aperiemus.

X c. 2. tom. 5. Surij p. 581. Igitur D. Bonauentura in vita D. Francisci, X vt Author ait: Y *Dissertè refert quòd postquam patri cesserat vestimenta, secretum petijt solitudini, vt solus, & silens supernæ audiret allocutionis arcanum, vbi in sylua incidit latrones; mox abijt ad vicinum Cænobium, vbi tanquam mendicus, & despectus eleemosynā recepit, deinde profectus Eugubium, à pristino amico pauperem accepit tunicalam, hinc ad leprosorum obsequia se totū conuertit.* Sed quis reuelauit Authori post acceptam tunicula immediatè se ad leprosos contulisse? Et vbi erat quando lauabat eorū pedes, & ligabat vlcera? Neq; enim erat Assisij, quò postea redisse expressit Bonauentura. Nonne tunc postquam Eugubio discessit, potuit vel in Monasterio Cæsennæ, vel in aliquo alio intra Vmbriam constituto, suscipere habitum à B. Ioanne Bono, cuius Eremitæ iam eo tempore per Vmbriam cæperant dilatari? Sic docuit Marquez, Z & nos in *Responsione pacifica. A* Z c. 24. §. 3. p. 403.

Y sect. 6. §. 3. nu. 3. p. 240.

Post modum (prosequitur Author relationem ex S. Bonauentura) *eius fama clarescēte Romam abijt Apostolorum limina visurus; ingressu quēdam Comitatus Spoletani morbo horrido laborantem osculo sanitati restituit.* Sed bona venia doctissimi viri, S. Bonauētura in hoc cap. 2. peregrinationem Romanam biennio Eremicolatus non expressit. *Vnde etiam nobis videtur,* (vt cū Augustino Epist. 10. cap. 3. ad Hieronymum dicam.) *Aliquando te quoque in nonnullis falli potuisse.* Hæc enim sūt Bonauenturæ verba: B *Referam vnum de multis, quod accidit, viri Dei fama postmodum clarescente. Cum enim cuiusdam* A Resp. 3. n. 29. & seqq. à p. 37. B tom. 5 Surij p. 578.

de

de Comitatu Spoletano os pariter, & maxillam morbus quidã horribilis depascendo corroderet, nec subueniri posset eidẽ aliquo medicinæ remedio; contigit vt propter ipsorum sanctorũ deposcenda merita, Apostolorum visitatis liminibus de peregrinatione rediens seruo Dei occurreret, &c. Vbi notãda sunt duo. Primum est. Quòd Bonauẽtura refert hoc factum, *postmodum clarescente eius fama.* Et non explicat an contigerit ante, vel post sui Ordinis institutionem. Neque obstat quòd illud enarret ante reparationem trium Ecclesiarum. Ipse enim D. Bonauentura in prologo sic ait. *Neque semper historiã secundũ ordinẽ tẽporis texui propter confusionem vitandam, sed potius ordinem seruare studui magis aptæ iuncturæ, secundum quod eodẽ peracta tempore, diuersis materijs; vel diuersis patrata tẽporibus, eidem materiæ congruere videbantur.* Secundum est. Quòd D. Bonauentura non explicat, quo in loco æger ille, rediẽs de peregrinatione, seruo Dei occurrerit. Potuit enim etiã rediens de peregrinatione Romana illi occurrere intra Vmbriam, seu Vallẽ Spoletanã. Non ergò exprimit D. Bonauentura peregrinationem Romanam S. Francisci biennio Eremicolatus, quã tamen Author vt certam supponit, tã in Apologetico, *D* quã in Defensione, *E* vbi ad tollẽdã suspicionem nostrã, & fidẽ adstruendã hæc refert Alexandri Aquilani verba. *F Per duos autẽ annos suæ conuersionis ad vsq; principium sui Ordinis extra Vallem Spoletanã non exiuit, nisi quãdo, vt habetur in legenda Gregorij IX. & in legẽda maiori, iuit Augubium, & semel Romã.* Et in Apologetico sic Author *G* Aquilanũ citauit. *Adde his Alexandrũ Aquilanum peculiariter obseruasse ex legenda Gregorij IX. Franciscũ toto illo biennio nõ transilijsse Vmbriæ terminos, nisi semel in peregrinatione Romana, de qua egimus in nostrorũ Annaliũ apparatu. H* Aquilanus post exortã controuersiam cum Bergomẽsi scripsit. Neq; nititur fundamẽto positiuo alicuius Authoris antiqui id asserentis, vt benè suspicati sumus in nostra Responsione pacifica Resp. 3. n. 40. p. 40. sed tantũ fundamẽto negatiuo, quia in legenda Gregorij IX. & in legẽda maiori tantũ fit mẽtio itineris Romani, & Eugubini. Hoc autem leue & infirmũ est, vt & patet in ipso D. Bonauentura, qui c. 2. citato peregrinationẽ Romanam post primã conuersionem non expressit, & quo tẽpore, aut loco habitum Eremiticum, quẽ postea dimisisse refert, D. Franciscus assumpserit, prorsus omisit.

D §. 3. nu. 4. p. 26.
E sect. 6. §. 3. n. 5. p. 243.
F in Chron. M. S. Ord. M.
G §. 3. nu. 4. p. 28.
H §. 5. num. 3.

Sed quis reuelauit Aquilano, & Authori Franciscum Eugubio profectum euntem Romam, vel redeuntem ex peregrinatione *Romana*, B. Ioannis *Boni* conueniendi causa parùmper non diuertisse Cæsennam, dedisseque ibi nomen Eremitico instituto, vt Marquez asseruit? *I* Licèt enim admittamus *Franciscum* non transilijsse terminos Vmbriæ, dici potest tamen, vt aduertimus in Responsione pacifica, *K* Vmbriam accipi, non prout modò, sed prout antiquitus vocabatur. Olim enim Vmbria intra suos terminos complectebatur plures populos Romãdiolæ, & Thusciæ, & inter alios Ariminum, *Rauennam*, Senogalliam, Fanum, & Pisaurum, vt ibidẽ ostendimus ex Leandro Alberto in descriptione Italiæ, vbi & Cæsennam constituit sub *Roman*diola. Vmb. Boii. Gal. Tog. Æmil. Romandiolam *L* enim docet olim dictam Vmbriam, postea Galliam Togatam, & ex parte *Senonensium*, & Gallorum Boiorum; & deniq; Flaminiam, & Aemiliam.

I r. 26. §. 4. p. 432.

K Resp. 3. n. 40. pag. 40.

L f. 290 p. 1.

Sed demus Franciscum, neque transilijsse terminos Vmbriæ, prout modò terminatur, nisi in peregrinatione *Romana*, quã iens, & rediens recto tramite peregerit; inde tantũ fit, vt obseruauimus loco citato in Responsione pacifica, Marquez deceptum, qui professionem B. Francisci constituit in Eremo Cæsennatensi ex Iordano de Saxonia in Vitas fratrum; quod tamen Iordanus nõ expressit; vnde diximus Resp. 3. num. 94. pag. 54. *Iordanus quidẽ indicat*, (nõ, iudicat, vt prælo errante legitur) *D. Franciscum inter alios Ioannis Boni discipulos habitum suscepisse in Conuentu Budrioli iuxta Cæsennam, &c.* Id autem ideo diximus, sic enim tantùm habet. *M Cumq; fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret, plurimi ad eum conuersi sunt, inter quos fuit D. Franciscus, qui Ordinis postea Fratrum Minorũ fundator fuit. Qui in honorẽ B. Mariæ Virginis Ecclesiam construxerunt ibidem.* In quibus verbis non clarè explicat an B. Franciscus, & alij ad B. Ioannem conuersi habitũ susceperint in domo Cæsennatensi, vel etiam in aliqua aliarũ, in quibus Cõgregatio illa an. 1207. iam cęperat dilatari post acceptam *Regulam* Augustinianam; vel ab an. 1205. plùs minùs vè ante acceptam *Regulam* incæperat propagari, iuxta ea quæ diximus suprà; *N* quo admisso, cum nobis de Monachatu cõstet, & de loco tyrocinij nõ constet, possumus suspicari, vt possibile est

M lib. 1 c. 8. p. 16.

N §. 5. diffu. 3. punct. 1.

est, & diximus in Responsione pacifica, O in aliquo Monasterio intra Vmbriam habitum suscepisse. Quo dato dupliciter verificari potest, quod S. Antoninus dixit. P *Hic beatissimus Pater duos annos honestum habitum, & Eremiticum gerens, portando baculum in manibus, accinctus corrigia, & calceatis incedens pedibus, per ciuitatem Assisij mendicando, nunc latebat in Eremis, nunc Ecclesiarum reparationibus insistebat deuotus.* Vel enim aliquando latebat in Eremis, scilicet in Eremo Cæsennatensi, vt Marquez arbitratur; vel in eremis vicinis & proximis intra Vmbriã, sed Augustinianis, quod verò similius est, & nos diximus in Responsione pacifica. Q Eo enim tempore Congregatio B. Ioannis Boni Eremitoria habebat in Vmbria, vt ex Constantio Laudensi in vita Ioannis Boni R colligitur, vbi refert minùs quã biennio adeò Congregationem B. Ioannis Boni sub Regula S. Augustini coaluisse, vt in Vmbriam, & Marchiam Anconitanam palmites diffuderit. In quo respondendi modo intra terminos Vmbriæ, D. Franciscum omninò relinquimus.

O Resp. 3. n. 40. p. 40.

P 3. p. tit. 24. c. 7. in princ.

Q Resp. 3. n. 31. 35. 38. & 39.

R c. 2. pag. 4.

Fundatus iam in Christi humilitate (prosequitur Author relationem ex D. Bonauentura) *ad memoriam reducit obedientiam sibi è cruce iniunctã de S. Damiani Ecclesia reparanda; & tanquam verus obediens Assisium rediit, vbi mendicans, & lapides proprijs humeris baiulans, Ecclesiam refecit. Hoc templo restituto, aliam S. Petri extra vrbem reparauit; eaque tandem consummata ad desertam B. Virginis in Portiuncula se contulit, cæpitq; illic assiduè pro illius reparatione morari, ibique pedem fixit, donec audito Euangelio missionis Apostolorum, statuit illorum vitam æmularis, & posuit exordia suæ Religionis.* Hæc Author ex D. Bonauentura cap. 2. & hac disertissima itinerum, rerumque gestarũ narratione, ait elidi omnes meas ex possibilibus deductas solutiones.

Ad hæc respondeo plura. Primũ est. Non est nobis animus omnino cõtentiosè defendere, nihil à nobis dictum, quod scitè defendi nõ possit. Diximus in Responsione pacifica S ea, quæ D. Antoninus retulit de D. Francisco, posse simul infra biennium stare dupliciter. 1. *Quia tres illæ Ecclesiæ humiles, & pauperes nõ necessariò ædificatæ sunt diuersis temporibus, ita vt vna finita inciperetur altera, sed potuerunt omnes tres, vel saltem duæ simul, & eodem tempore* re-

S Resp. 3. n. 29. p. 37.

restaurari. Ita ibi scripsimus. *Agnosco* (dicam cum Augustino lib. de natura, & gratia c. 68.) *verba mea sunt; sed etiã ipse dignetur agnoscere cuncta quæ dicta sunt*. Adicci enim, & alio modo prædictã posse conciliari his verbis. 2. *Quia non oportet dicere quòd toto tẽpore durationis ædificij moraretur Assisij, sed sufficit quòd aliquando ex Eremo veniret, eleemosynã congregaturus, & augmentum operis visurus, & statim in Eremum iterum se reciperet*. Scilicèt, in Eremũ Cæsennatensem, vt vult Marquez vbi suprà; vel in Eremum aliquam vicinam, sed Augustinianam, vt nos insinuauimus. Nunc fatemur ingenuè primum modum stare non posse cum relatione D. Bonauenturæ. Nos enim facilè cũ Augustino dicimus: T *Et in eo quod dixi de temporum historia secundum Ambrosium soluisse quæstionem, tanquam coætanei fuerint Plato, & Hieremias, me fefellit memoria*. Nos etiam fefellit memoria, quia recordati non sumus perpendere, quid de reparatione Ecclesiarũ Bonauentura scripsisset.

T *lib.* 2 *Retr. c.* 4.

Secundum est. Secundus modus non repugnat Bonauenturæ; & eo stante saluatur possibilitas, & probabilitas Monachatus Augustiniani S. Francisci. Sed demus etiam gratis; & hunc modum stare non posse; & admittamus cum Authore Franciscum ex quo cæpit Ecclesias reparare, latuisse in Eremis vicinis Vmbriæ, non in remotis Romandiolæ Eremis, alternis vicibus, diebusque sacris, aut temporibus, quibus ab opere licebat feriari. Sed quid inde? Nõ potuit ante reparationẽ Ecclesiarum habitum suscepisse Cæsennæ, vel in aliqua Eremo Augustinana intra Vmbriam, & postea de licentia Prælati reparationi Ecclesiarum insistere; & ad Eremos proximas, sed Augustinianas, recurrere tẽporibus, quibus ab opere licebat feriari? Vnde dicere ad Authorem cum Augustino V potero. *Recognosce banc declinationis Regulam, non mihi soli placuisse, sed fortasse me tibi solũ in hac re, quæ ad causã nõ pertinet, tãta facilitate cessisse*.

V *lib.* 4 *contra Cresc. p.* 9.

Neq; obstat, quòd à D. Bonauẽtura, aut ab alijs Authoribus nihil referatur in Romãdiola, in Eremo Cæsennę, aut alibi extra Vmbriã perpetratum à D. Francisco: si enim dicamus cum Marquez B. Franciscum habitum suscepisse Cæsennæ; dicendum est, vt & ille docuit, X argumentum ab authoritate negatiua nõ vrgere, præcipuè cũ D. Bonauentura peregrinationem Romanã, & tent-

X *c.* 4. *§.* 2. *p.* 400.

tempus, & locũ susceptionis habitus Eremitici non expresserit, neq; vllam mentionẽ fecerit quo tempore, aut loco, vel à quo Episcopo, minores, aut sacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines susceperit, in quantũ vestigare potuimus; & tamen ex ipso constat fuisse Diaconũ, sic enim ait c. 10. p. 606. *Leuita Christi Frãcisco sacrum Euangelium decãtãte:* Si verò dixerimus B. Frãciscum in aliqua Eremo intra Vmbriam à B. Ioanne Bono habitum suscepisse, vt possibile esse suprà insinuauimus, & in Respõsione pacifica *Y* dixeramus; ex silentio alicuius rei intra Vmbriã perpetratæ, quid potest inferri? Et tandẽ pro M. Marquez adijciã cũ Augustino *Z* ad Hieronymũ. Hęc quæ ex D. Bonauenturæ disertissima itinerũ rerumq; narrationẽ deducis; *aut obscura sunt, aut manifesta. Si enim obscura sũt, te quoq; in eis falli potuisse creditur; si autẽ manifesta, illos in eis falli potuisse non creditur.*

Y Resp. 3. n. 40. p. 40.

Z Epist. 8. c. 2.

DIFFICVLTAS X. DE ARGVmento deducto ex testamento D. Francisci.

SEraphicus Franciscus adcęlos abiturus, morti proximus, Testamentũ suũ his verbis inchoauit in Bullario Laertij Cherubini; *A* (qui ad primã lineam adiecit hęc verba: *Accessus ad Religionem.*) *Dñs dedit mihi Fr. Francisco ita incipere facere penitẽtiam, quia cũ essem in peccatis, nimis mihi videbatur amarum videre leprosos; sed ipse Dominus conduxit me inter ipsos, & fecit misericordiam cũ ipsis, & recedente me ab ipsis, id quod videbatur mihi amarum, conuersum fuit mihi in dulcedinem animæ, & corporis. Et posteà parũ steti, & exiui de sæculo.*

A tom. 1 p. 47.

Ex his igitur verbis Ludouicus Prutenus in Trilogio *B* animę an. 1498. & R. P. F. Antonius Daza in suo Discursu, contenderunt *B.* Franciscũ ante institutionẽ suæ Religionis fuisse sæcularem; quia post obsequium leprosis exhibitũ, & reparationem Ecclesiarum tradit Franciscus, se parũ stetisse, & exijsse de sęculo. Ergo antea non exierat, atq; adeò non erat Religiosus, vt alij arbitrantur.

B p. 3. c. 6. lit. H

C c. 22. §. 4. p. 375.

Ex eisdem verbis M. Fr. Ioannes Marquez anno 1618 existimauit nõ leuiter colligi virum sanctum, ante institutionem suæ Religionis fuisse alte-

alterius sodalitatis alumnum; quia verba D. Francisci referuntur ad obsequium ergaleprosos antequam habitũ Ereniticum assumeret, vt ex Diuo Bonauentura constat; non diceret autem Franciscus separatum stetisse, & exijsse de seculo, si loqueretur de institutione suæ Religionis, quam instituit post duos annos ab assumptione habitus Eremitici. Ergò antequã Ordinis Seraphici exordia consecrasset, exierat de sæculo per assumptionem status Religiosi, & consequenter Augustiniam, de quò tantùm excitatur controuersia. Ex hac doctrina respondet Marquez *D* obiectioni, quam ex Daza proposuit.

D c.24. §.6. p. 438.

R. P. Fr. Lucas Vuadingus circa an. 1625. in suo Apologetico *E* ex prædictis Testamenti verbis, adiecto ex D. Bonauentura cõmentario, non inefficaciter deduci arbitratur B. Franciscũ ante sui Ordinis institutionem non fuisse Religiosum. Ibi enim vir sanctus tres vitæ suæ status describit; primum, iuuenilis leuitatis; secundum, incæptæ resipiscentiæ, & obsequij erga leprosos; tertium, pleni recessus à sæculo, & institutionis suæ Religionis. Ergô ante inistitutionem suæ Religionis non est professus aliam. Patet consequentia, quia tempus illud resipiscentiæ, & obsequij ergaleprosos, fuit etiam post redditas patri vestes coram Episcopo Asissinate, vt constat ex D. Bonauentura, *F* qui post nobilem illam renunciationem, & quædam alia de illo relata, sic habet: *Exinde totius humilitatis amator se trãstulit ad leprosos, eratque diligentissimè seruiens omnibus propter Deum. Lauabat ipsorum pedes, ligabat vlcera, educebat plagarum putredinem, & saniẽ abstergebat, osculabatur etiam ex miranda deuotione vlcerosas plagas ipsorũ. Euangelicus medicus mox futurus.* His Author se plenè M. Marquez responsionem refellisse putasse ait in sua Defensione sect. 6. §. 4. num. 1. pag. 244.

E §. 3. nu. 5. p. 28.

F c. 2. p. 581.

Nos anno 1635. in Responsione pacifica *G* diximus: *Ergò arbitror ex verbis allatis pro neutra parte firmum desumi fundamentum: adhuc tamẽ quia nuis daremus aduersarijs aliquo colore probabil deduci posse ipsorum placitum, nihilominus credo M. Marquez sententiam multo probabiliùs ex illis inferri.* Idem, & modô dicimus, & conabimur ostendere, vrgendo verba, instando ratione, & dissoluendo obiectiones. Idem, & ibi præstitimus, & in fine hęç adiecimus.

G Resp. 3. n. 45. p. 40.

H Et

H *Et vt dicam quod sentio, planè non video quid contra hoc possit obijci alicuius momenti, &c.* Sed ait Author: I *Ego vi deas conabor, tantique momenti obiecta proponam, vt fortassis tantundem nolis videre.* Præstitit sanè quod promisit. Plùs vidi quàm vellem. *No*luissem hæc, & alia quædam videre in viro graui, docto, religioso, quem pro ingentibus meritis semper veneramur, & colimus.

H n. 59 pag. 35. I §. 3. n. 3. pag. 245.

Nunc Author in sui Apologetici Defensione, quam Lugduni anno 1641. luci dedit, quæ in nostra Responsione protulimus, modo quo voluit, retulit, vt plausibiliùs impugnaret, & quasi nos gloriati essemus nouum aliquod argumentum in hac difficultate productum à nobis, sic ait vbi suprà. K *At eadem ipsa, quæ ille olim adduxit, tu reproducis nunc, nequidquam adiungis, quod nouam ingerat difficultatem.* Ita sanè fateor. At ego dixi. *Huic argumento, quod nunc à nobis proponitur clariùs, & vrgetur efficaciùs, &c.* Hoc, vt existimo non negabit. Eadem enim argumenti difficultas, potest proponi clariùs, & vrgeri efficaciùs. Sed referamus Authoris Defensionem, & obiectiones, & singillatim discutiamus.

K n. 2. p. 244. L vbi suprà.

Primò sic ait Author, L loquens de tribus statibus, quos in Apologetico voluit à D. Francisco in suprà adductis Testamenti verbis contineri. *Admittis primum statum, de quo nulla est contentio; secundum de obsequio Leprosorum, quem ego ad biennium, vsq; ad Ordinis Minorum institutionem extendo; tu ad pauculos menses, a primis scilicet vocationis igniculis, vsque ad vestes patri restitutas restringis. Tertium, vitæ Regularis, inchoatum vis statim ab exutis vestibus per S. Augustini discipulatum.* Sic refert Author.

Contra hæc sic relata obijcit. 1. Quia verba Testamenti S. Francisci intelligi non possunt, tantùm de obsequio leprosis præstito ante vestes exutas. Sic enim ait Thomas Celanus D. Francisci socius in Legenda Gregorij IX. post recensitam vestium traditionẽ. *Episcopus verò faciem eius admirans, intra brachia sua collectum pallio quo induebatur, obtexit. Post hæc humilis sui contemptor, etiam se ab omnibus cõtemni, contemnens, ad leprosos se contulit, quibus deuotissimè seruiens, vlcerosas plagas deuotissimè osculabatur; sicut ipse in suo Testamento loquitur dicens. Quia cum essem in peccatis, nimis mihi videbatur amarum videre leprosos; sed* Do-

Dominus conduxit me inter illos, & feci misericordiam cum illis. Ecce Thomas Celanus obsequium leprosorum post renunciatas vestes claudit intra terminos secundi status ante exitum de sæculo.

Secũdò. Quia verba Testamenti S. Francisci, & verba D. Bonauenturæ de obsequio leprosorum post vestes exutas, inter se concordant. Franciscus ait: *Ipse Dominus adduxit me inter illos, & fecit misericordiam cum illis.* Bonauentura verò. *Exinde totius humilitatis amator se transtulit ad leprosos, eratq; cum illis diligentissime seruiens omnibus propter Deum, lauabat ipsorum pedes, &c.* At in primo exordio seruitutis leprosorũ ante vestium depositionẽ susceptæ, non dicit Bonauentura eum cum leprosis hæsisse, aut inter illos commoratum, sed ad summum visitasse frequenter domos ipsorum, & officia exhibuisse charitatis. At post vestium renunciationem iam ait quòd ad eos se transtulit, & erat cum illis; quod ipsum illud est quod Franciscus cõmemorauit, *ipse Dominus adduxit me inter illos.*

Tertio, quia obsequium leprosorum, etiã post renunciatas vestes, fuisse sub statu & veste laicali, non regulari, *clariùs demõstro*, ait Author, *quàm vt vllum superesse possit effugium. Tu asseris cũ tuo Magistro Francisci cum factum Augustinianum cum patri vestes reddiderat, & in hunc sensum interpretaris verba illa* Bonauenturæ, solutus exinde mundi contemptor à vinculis mundanarum cupidinum. *Sed præcipui assertores huius Monachatus tecum, & cum Magistro tuo affirmant, Religionis Augustinianæ normam, & vestẽ accepisse Cæsennæ in Romandiola à Ioanne Bono Mantuano. At vestium renunciatio facta est Assisij in Vmbria, & in eadem vrbe existentem dicit Bonauentura solutũ fuisse à vinculis mundanarum cupidinũ, propter nobilem rerũ omnium contemptum; & post hæc verba dicit ciuitatẽ Assisij reliquisse, & secretum solitudinis petijsse; nihil ergò regularis instituti per illa verba potest indicari, neque in eo sensu possunt applicari Francisco adhuc in patria hærenti, quem longè à patria contenditis euasisse Augustinianum.*

Et confirmatur. *Quia sub illa veste agricolæ, quam ab Episcopo recepit, ab vrbe recessit, in solitudinem abijt, & in Sylua incidit in latrones, qui illum in niuium fossam proiecerunt dicentes.* Iace rustice præco Dei. *Sub hac veste eleemosynam accepit in vicino Cano-*

Cænobio, tanquam incognitus, & despectus. *In hoc habitu pro fectus Eugubiũ, illic reliquit, & altero ab amico accepto commutauit. Non itaque vestrum institutum subijt, neque vestem religiosam eo tempore à Bonauentura illis verbis asserto suscepit. Neque enim sub illa religiosè incedens à latronibus malè afficeretur vt rusticus, neque eleemosynã à Cænobitis acciperet vt despectus, neque irreligiose eam ipse exueret, & alia merè sæculari ab amico accepta commutaret. Quid ad hæc amice* (ait Author) *superest respondendum? Quod hic effugiũ ad tam apertam, & planam D. Bonauenturæ narrationem?*

Ex his infert Author statũ, & obsequium erga leprosos, de quo agit in suo Testamento Franciscus, protrahendum esse ad totum biennium, quo sub pœnitenti, & Eremitico sæculari habitu incesit, donec post molestiora virtutum exercitia, post præstita leprosis officia charitatis, post tres restitutas Ecclesias, parùmper stetit, & hæsit in ęde Portiunculæ, donec ibi suum Ordinem instituit. *Neq; tanta fuit hæc mora, vt ingens videretur viro ardenter ad diuina suspiranti.* Hæc Author. Nos alia, & aliter.

M Res. 3. n. 45 p. 42. In Responsione pacifica *M* dixi me arbitrari, quod & nũc arbitror, ex relatis D. Frãcisci verbis pro neutra parte firmum deduci fundamentum. Non pro assertione M. Marquez, quia etiam admisso quòd sit sermo de obsequio ex hibito ante redditas patri vestes, potest probabiliter respõderi D. Franciscum non egisse de exitu à sæculo per ingressum Religionis, sed per sequestrationẽ à mundo habitu, & conuictu, (quod insinuauit Marquez c. 22. §. 4. p. 376.) scilicèt per susceptionem habitus pænitentis, & Eremitici, sed sæcularis, & incolatum seu frequentationem Eremorum. Neque pro opinione Authoris, quia adhuc admisso quòd sit sermo de exitu à sæculo per susceptionem Religionis, potest probabiliter dici B. Franciscum ibi non egisse de obsequio leprosis præstito post redditas patri vestes, sed ante; atque adeo de exitu à sæculo, non per institutionem propriæ Religionis, sed per ingressum alienę.

Adieci autẽ me credere sententiã M. Marquez multò probabiliùs ex D. Frãcisci verbis inferri. Idem & nunc credo, & superest adhuc aliquid ad amici obiecta pacificè respondẽdũ, neq; quęremus ad D. Bonauẽturę narrationẽ occultũ effugiũ, sed in illa, & ex illa refugiũ apertum inveniemus. An ita res se habeat, Lector in neutrã partẽ affectus iudicauit. Me falli

Bb pos-

posse non dubito, Ansallar, videre nō possum. *Nescio quo enim modo*, (vt ait elegāter Ambrosius N) *præter imprudentiæ caliginem, quæ me circumfundit, vnumquemque fallunt sua scripta, & aurem prætereunt, atque vt filij etiam deformes delectant*, & pulchra iudicantur. *Atq; adeò alieno examinanda iudicio, nō pro nostra debemus magis, quàm pro aliena opinione trutinare*; vt autē Lector faciliùs posit omnia æqua lance trutinare, fidelem & integram D. Bonauenturæ relationem proponamus.

N lib. 6 Epist. 40.

D. Franciscus tempore adhuc suę iuuenilis leuitatis non dum finito, militis generosi pauperiem, pio miseratus affectu, se exuto, illum protinus vestiuit decentibus vestimentis, quæ sibi more solito præparauerat. *Nocte verò sequenti*, ait Bonauentura, O *cum se sopori dedisset, palatium speciosum, & magnum cum militaribus armis Crucis Christi signaculo insignitis, clementia sibi diuina monstrauit, &c.* Sperans ille decus adipisci militiæ, ad quendam in Apulia Comitem se conferre disposuit; & cum iter esset aggressus: *Audiuit in nocte Dominum familiari sibi allocutione dicentem; Francisce, quis potest meliùs facere tibi, Dominus, aut seruus? Diues, aut pauper? Cui cū Frāciscus respondisset quòd tam Dominus, quàm diues, facere melius potest; intulit statim. Cur ergò relinquis pro seruo Dominum, & pro paupere homine, diuitem Deum? Et Franciscus, quid me vis Domine facere? Et Dominus ad eum, reuertere in terram tuam, quia visio, quam vidisti, spiritualem præfigurat effectum, non humana, sed diuina in te dispositione complendū. Maneque facto cum festinatione reuertitur Asissium versus, securus, & gaudens, & iam exemplar obedientiæ factus expectabat Domini voluntatem.*

O c. 1. tom. 5. Surij p. 579.

Inquiro modò ab Authore, an post hanc visionem durauerit in Francisco primus status iuuenilis leuitatis, vel inceperit secundus status resipiscentiæ? Sine dubio admittet; & admittere debet, hinc saltem incæpisse secundum statum resipiscentię, sic enim immediatè subiecit Bonauentura. *Ex tunc à publicæ negotiationis tumultu se subtrahens, supernam deuotè precabatur clementiam, vt quid sibi foret agendum ostendere dignaretur; cum autem e frequenti orationis vsu, flama desiderij cælestis in eo vehementer succresceret, & iam pro munere supernæ patriæ terrena omnia despiceret, quasi nihil, Thesaurum sentiebat se reperisse absconditum; ac velut prudens negotiator*

Margaritā inuentam excogitabat venditis omnibus comparare. Adhuc tamen qualiter id ageret ignorabat, nisi quia ipsius suggerebatur spiritui, quod spiritualis mercatio à mundi contemptu sumat initiū, Christique militia sit à sui ipsius victoria inchoanda. Et Vincentius Belluacensis, P Author coæuus, & ex illo S. Antoninus Q eisdem verbis post Apuliæ visionem (quam vterq; cum prima visione de apparatibus militaribus confundit) hęc subdidit immediatè. *Extunc igitur cæpit mores pristinos ad plenum mutare, & à publicæ negotiationis tumultu se subtrahens, Euangelicus negotiator effici.* Non ergô post hanc Apuliæ visionem permansit in statu primo iuuenilis leuitatis, sed transijt ad secundum statū incæptæ pęnitentiæ; atque adeô de hoc tempore intelligi debent illa verba Testamenti D. Francisci: *Dominus dedit mihi Fr. Francisco incipere facere pænitentiam, &c.* Nonne cæpisse mores pristinos ad plenū mutare, est, incæpisse facere pęnitentiam?

P *lib. 29. cap. 97. pag. 1217*

Q *titul. 24. c. 2. in prin. fol. 289*

Quadam itaque die (prosequitur suam narrationem Bonauētura R) *dum equitaret per planitiem, quæ subiacet ciuitati Assisij, leprosum quēdam habuit obuium, cuius in opinatus occursus ei nō paruum incussit horrorem. Reuersus autem ad perfectionis mente iam conceptæ propositum, & recolens quòd se ipsum oporteret primum deuincere, si vellet effici Christi miles, ad deosculandum eum, equo lapsus cucurrit. Cui cum manum quasi aliquid accepturus leprosus protenderet, pecuniam cum osculo reportauit.* Sic Deus incipiebat Franciscū conducere inter leprosos, & facere misericordiam cum illis, *Statim autem equū ascendens & se circum quaque conuertēs, cum campus pateret vndique liber, leprosum illum minimè vidit.* Hinc eius obsequia erga leprosos incæpisse Iacobus de Voragine in legenda Lombardica c. 114. fol. 119. p. 2. sic enarrat: *Et post hæc ille statim disparuit; quapropter ad leprosorum habitacula properat, & eorum manus deuotè osculans pecuniam donat.* Et Petrus de Natalibus in Cathalogo sanctorum lib. 9. cap. 18. fol. 179. sic ait: *Quemdam leprosum obuiā habens, in oscula eius ruit, & ille post hæc statim disparuit; qua propter ad leprosos properat, & eorum manus deosculans, pedesque lauans, eisdē pecuniam donat. Admiratione itaque repletus & gaudio, laudes cæpit Domino decantare deuotè; proponens ex hoc semper ad maiora conscēdere. Solitaria proinde loca quærebat amica*

R *c. 1. p. 579.*

ca mæroribus ; in quibus dum gemitibus inenarrabilibus incessanter intenderet, post longam precum instantiam à Domino meruit exaudiri. Dũ enim vna dierum sic sequestratus oraret, & præ nimietate feruoris totus esset absorptus in Deum, apparuit ei Christus Iesus veluti Cruci confixus. Ad cuius conspectum liquefacta est anima eius, & memoria passionis Christi visceribus cordis ipsius adeò impressa medullitus, vt ab illa hora, cũ Christi crucifixio veniret in mentem, vix posset à lacrymis, & gemitibus exterius contineri, &c. Induit extunc spiritũ paupertatis, humilitatis sensum, & affectũ intimæ pietatis. Nam cũ priùs leprosorum non solum consortiũ, verùm etiam longinquũ contuitum vehementer horreret, iam
Isai 53 *propter Christum crucifixum, qui iuxta verbũ propheticũ S contemptibilis vt leprosus apparuit, vt semetipsum planè cõtemneret, humilitatis, & humanitatis obsequia leprosis benefica pietate præstabat. Visitabat etiam frequenter domos ipsorum, liberaliter eleemosynas erogabat, & cũ multo compassionis affectu, manus eorum osculabatur, & ora.*

Hæc agebat Franciscus erga leprosos, referente D. Bonauentura, cum inciperet facere pœnitẽtiã. Nonne hoc est quod Franciscus de se ait, *Dominus dedit mihi Fr. Francisco ita incipere facere pænitentiam, quia cũ essem in peccatis, nimis mihi videbatur amarum videre leprosos ; sed ipse Dñs conduxit me inter ipsos, & fecit misericordiam cum ipsis, & recedente me ab ipsis, id quod videbatur mihi amarũ, conuersum fuit mihi in dulcedinẽ animæ & corporis.* Concordant etiã Testamẽti & Bonauẽturę formulę loquẽdi: *Induit extunc* (ait Bonauentura, loquẽs de tẽpore inceptę pœnitentiæ) *spiritum paupertatis, humilitatis sensum, & affectum intimæ pietatis, &c.* Frãciscus verò sic ait. *Quia cũ essẽ in peccatis, nimis mihi videbatur amarũ videre leprosos.* Bonauentura ait. *Iã propter Cristũ crucifixũ, qui iuxta verbũ propheticum contẽptibilis vt lepro-sus apparuit, vt semetipsũ planè contẽneret, humilitatis, & humanitatis obsequia, leprosis benefica pietate præstabat, visitabat enim frequenter domos ipsorũ, liberaliter eleemosynas eis erogabat, & cũ multo compassionis affectu manus eorum osculabatur, & ora, &c.* Beatus Franciscus verò sic. *Sed ipse Dominus cõduxit me inter ipsos* (quia Dñs crucifixus & à Francisco dilectus illũ conduxit, vt frequenter visitaret domos ipsorũ, & eis obsequia humilitatis & humanitatis pręstaret ; & sic

sic Deus, & Fräciscus fecerūt misericordiā cum illis) & fecit (Author ex Thoma Celano legit feci) misericordiā cum ipsis. Et nondum erat habitu, vel cō uictu sequestratus à mundo.

Deinde S. Bonauentura c. 1. suā narrationem prosequitur, refertq; quòd limina Apostoli Petri religiosa deuotione visitauerit. Extūc recessit pro aliquo tēpore à leprosis, non quia etiā tunc non eis aliquoties humanitatis obsequia præstaret, sed quia iam rebus alijs præpeditus nō visitabat frequēter domos ipsorū. Tamē cum ab hac frequentia destitit, iam, vt ipse ait, id quod videbatur ipsi amarū, conuersum fuit illi in dulcedinē animæ & corporis. Quòd autē parùmper recesserit à frequenti visitatione leprosorum, manifestū est ex D. Bonauentura. Subdidit enim peregrinationē Romanam; & deinde c. 2. adiecit reuelationē de domo Dei reparanda in Ecclesia S. Damiani factā; profectionē in vrbem Fulginatensem cū pannis venalibus; reditū Asisiū; adductionem sacculi pecuniæ; cōmorationem cū Sacerdote Ecclesiæ S. Damiani; absconsionē in occulta fouea, in qua dieb⁹ aliquibus latitauit; exitū à fouea, & aduentū Asisium, vbi à patre irato pertractus, domi primò verbis, deinde verberibus, & vinculis vexatus fuit; post modicū verò temporis patre à patria discedente, & matre à vinculis absolutū abire permitente, reuersionē ad locum, in quo priùs fuerat; patris redeūtis irā; recuperationem pecuniæ; adductionē Francisci corā Episcopo, & renunciationē omnium; egressum ab vrbe vsque Eugubium. Quæ omnia non potuerunt ita breui fieri, neq; simul admittunt frequentem visitationem domuum leprosorū. Atq; adeò de hoc tempore rectè dixit Franciscus se recessisse à leprosis, & parùm stetisse vsque ad exitum de sæculo; scilicèt per ingressum Religionis Augustinianæ in Congregatione B. Ioannis Boni, non per institutionem Seraphicę, quàm biennio post instituit, & de biennio intermedio non diceret Franciscus; *Parùm steti*.

Ferat nunc iudicium æquus Lector, ex verbis Testamenti Diui Francisci, adiecto eis Commentario ex Sancto Bonauentura, quod placitum inferatur probabiliùs; & an nostrum assertum probabiliter saltem deducatur. Constat enim Diuum Franciscum loqui de prima amissione horroris erga leprosos, quæ successit statui iuuenilis leuitatis; & de frequenti obsequio erga leprosos. Hoc autē frequens obsequium cessauit per aliquod tempus an-

ante redditas patri vestes; & Franciscus ait se recedente à leprosis, nempè non continuato frequenti illo obsequio visitationis domus ipsorum, parùm stetisse, & exiuisse de sæculo. Ergò non loquitur de exitu de sæculo per institutionem sui Ordinis. Vt enim optimè obseruauit Marquez, T ab amisso primùm horrore circa leprosos, & frequenti illorum visitatione, vsque ad institutionem familiæ Seraphicæ, intercesserunt duo anni, plùs minùs vè; & de biennio intermedio B. Franciscus iam iam moriturus, homo Seraphicus, tuc præcipuè (vt piè credi potest) Dei amore succensus, non dixisset, *parùm steti*. Tunc enim vel breue tempus dilationis viro ardenter Deum amanti longa mora posset videri.

T c. 22. §. 4. p. 375.

Adde, etiam si D. Franciscus loqueretur de obsequio præstito post renũciatas vestes, exitus de sæculo non posset intelligi de institutione suæ Religionis. Quod sic ostendo. Quia D. Franciscus loquitur de obsequio leprosis exhibito, ita frequenter, vt dici posset omninò adductus inter illos; & postea recessisse ab illis peromissioné frequẽtiæ. Sed toto tempore reparationis Ecclesiarũ, *nunc latebat in eremis*, (vt ait Antoninus V) *nunc Ecclesiarum reparationibus insistebat deuotus*. Ergô eo tempore nòn exhibebat leprosis obsequium ita frequenter, vt dici posset à Domino pro tunc adductus inter illos; nec post reparationẽ Ecclesiarum dici poterat omninó à leprosis recessisse. Quare enim tunc magis ab illis recederet, quàm antea; vel vnde habetur (nisi petatur principium) tũc magis recessisse, quando liber à reparatione Ecclesiarũ, & fixo pede in Ecclesia S. Mariæ de Angelis minorem caussam habebat recedendi?

V titul. 24. c. 7. in prin. f. 195. pag. 2.

Sed superest vt obiecta, quibus nos Author oppressos, & cõuictos reputauit, retundamus, & forsan retorqueamus. Sed antea monendus est Lector falsô imponi nobis ab Authore modum explicandi triplicem statum in verbis Testamenti D. Francisci contentũ. Nos illos tres status sic expressè distinximus. X *Primus est, iuuenilis leuitatis, quando erat in peccatis: Secundus est, inceptæ pœnitentiæ, quando cæpit mores pristinos ad plenum mutare, & inseruire leprosis, ante renunciationem vestium, & assumptionem habitus Eremitici, &c.* Vbi obsequium leprosorum nõ extendo, vsque ad vestes patri restitutas. A frequẽti enim illo obsequio visitandi domos leprosorum aliquanto ante recesserat. Statum verô secundum, in quo comprehenditur

X Resp. 3. n. 59. pag. 43.

præ-

præfatum obsequium leprosorum, dicimus inchoari ab inceptione pœnitentiæ, & exclusiue finiri in exitu à sæculo per assumptionem habitus Religiosi Eremitici. *Tertius est, status Religiosi, quando assumens habitum Eremiticum in Religione Augustiniana exiuit de sæculo.* An autem Franciscus statū hunc regularem inchoauerit statim ab exutis vestibus, neq; verbū habemus. Conferat Lector hos tres status cum his, quos nobis Author attribuit, & clarè videbit, an fideliter referantur. Sed sic referre (forsan) oportuit.

Ad primam ergo obiectionem ex testimonio Thomæ Celani desumptā, dicere quis posset verba Thomæ stare nō posse, cum verbis Ss. Francisci & Bonauenturæ; & ijs potiùs credendū esse, præcipuè Francisco de se loquenti, quàm vener. Thomæ verba D. Francisci ad tempus incongruum referenti. Sed meliùs, & faciliùs respondetur asserendo, duo affirmari à Thoma. Primum est, D. Franciscum inseruijsse leprosis. Secundū est, inseruijsse illis post redditas patri vestes: ad verba igitur Testamenti refert obsequium, non tempus obsequij. Quasi diceret, post vestes patri redditas id erga leprosos egit, quod ipse in suo Testamēto affirmat se erga illos alio tempore præstitisse; vt sic innueret, quam promptè & delectabiliter leprosis inseruiret; & ea videtur esse causa, quare à verbis D. Francisci illa abstulit, *Dominus dedit mihi Fratri Francisco, ita incipere facere pœnitentiam*; quibus designabatur tempus obsequij. Et forsan ob id etiam S. Antoninus (qui Thomæ verba videtur transcripsisse) illa omisit, quibus obsequium leprosorū post redditas vestes, refert ad verba Testamenti D. Francisci.

Neque nouum, aut insolens in scriptoribus rem vno tempore factam, referre ad similem alio tempore factam; non vt asserant vtramque eodem tempore factam, sed vt innuant vtroque tempore simile opus fuisse patratum. Hoc etiā modo dici prophetias impleri, docet Ioannes Maldonatus, Y ad illa verba Math. 2. *Vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentē, Ex, Z Ægipto vocaui filium meum*, his verbis. *Tertio cū nec id sit, de quo propriè intelligitur prophetia; nec id quod per illud significatur, sed quod illi simile est, & omninò huiusmodi, vt prophetia non minùs aptè de eo quàm de quo dicta est, dici potuisse videatur.* Vnde idem Author A explicat illa verba Christi, Matth. 25. *Hypocritæ;*

Y col. 59. nu. 15.
Z c. 11.
A in c. 15 Mat. col. 331

tæ; bene prophetauit de vobis Isaias B dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorũ longè est à me.; in hunc modũ. *Non loquebatur Isaias de Scribis tantùm & Pharisæis, sed de toto populo Iudæorum; & nõ de eo, qui futurus erat, sed de eo, qui tunc erat. Itaq; non sunt propriè vaticinantis verba, sed accusantis. Accommodat autem Christus ad Scribas, & Pharisæos; quasi dicat, adeò id, quod Isaias de toto populo, qui tunc erat, accusãdo dixerat, in Scribas & Pharisæos conuenire; vt non præsentem accusasse populum, sed de futuris Scribis & Pharisæis prophetasse videatur.* Sic ergò Thomas Celanus, quod Franciscus dixerat de obsequio leprosorum ante redditas vestes, ait dictum fuisse de obsequio præstito post redditas vestes; quasi dicat, adeò id, quod Franciscus de obsequio leprosorũ ante redditas vestes referẽdo dixerat, in obsequiũ post redditas vestes conuenire, vt non de obsequio ante redditas vestes, sed de obsequio post redditas vestes retulisse videatur. Quare non potuit Thomas Celanus loqui in eo sensu, in quo locutus est Christus?

B c. 29.

Ad secundam obiectionem dico duo. Primum est. Verba S. Francisci, & D. Bonauenturæ, multò magis concordant in obsequio leprosorum ante redditas vestes, vt ostendimus suprà. Secundum est. Discrimen, quod Author notat inter verba D. Bonauenturæ de primo & secundo obsequio leprosorum, & nullius momenti est, & potiùs obest ipsi, quam prodest. Nullius momenti est; quia qui sibi præscribit frequentem visitationẽ leprosorum, & eorum obsequiũ, rectè dicitur se transtulisse ad leprosos, & esse cum eis, & à Domino esse inter illos adductum. Potiùs verò obest, quã prodest ipsi. Quia si transferre se ad leprosos, & esse cum eis, & esse adductum à Domino inter illos, significat ampliùs quã frequenter visitasse domos ipsorũ, & illis inseruijsse; necessariò debet significare quod mãsit cum ipsis in eadem domo, V. G. in aliquo hospitali Ordinis leprosorum, sub Regula S. Augustini olim militantis; si autem id significatur illis verbis, ergò quando dicit se recessisse ab ipsis, est quia recessit à cohabitatione in eadem domo. Sed ab hoc recessũ vsq; ad institutionem Religionis Seraphicæ plùs temporis intercessit, quam vt dicere posset Franciscus: *Postea parũ steti, & exiui de sæculo.* Quia ex quo redijt Asisium, & nunc latebat in eremis, nunc Ecclesiarum reparationibus insistebat

de-

deuotus, non mansit cū illis in eadē domo. De hoc autem tēpore nō diceret Franciscus se parū stetisse; & ob id Author tempus reparationis Ecclesiarum, intra tempus obsequij leprosorum inclusit. Quod stare nullo modo potest, quia tēpore reparationis Ecclesiarū nō erat cum illis in eadem domo; immo neq; visitabat frequēter domos ipsorū, quorum alterū requiritur ad verificanda verba Ss. Francisci, & Bonauenturæ. Et quidem de obsequio leprosorū post redditas Patri vestes ante exitum de seculo, Alfonsus de Villegas & Bartholomeus Cayrascus, Prior & Canonicus Ecclesiæ Canariēsis ille in Sanctorali f. 304. hic autem 4. p. Templi militantis p. 19. in Hospitali leprosis inseruijsse, expresserūt. Alfōsus enim sic ait: *Despidiose del Obispo, salio de la Ciudad de Assis, y fue a vn hospital de lepros, estuuo alli algunos dias curando a los enfermos con grande caridad y piedad; lauauales las llagas, limpiauales la podre, comia donde ellos comian, y de lo q̃ les sobraua*, &c. Bartholomeus verò sic inquit.

Y con passos presurosos
a vn hospital se fue a curar leprosos.

Ad tertiam obiectionem fateor Authorē potuisse ex verbis M. Marquez, aliquam ansam arripere, vt illi tribuat quod existimauerit Franciscū ab vrbe Assisio discessisse iā habitu Augustiniano indutū. Sic enim ait loquens de susceptione stat. Religiosi: *C Et hoc accidit mox vt ab eius* (scilicèt Episcopi Assisiatis, non Fulginatensis) *præsentia discessit, & ad Eremum abijt cum baculo, calceis & corrigia.* Facilè autem potuisset Author pacato animo Magistri mētem ex alijs verbis agnoscere. *Neq;* enim adeò desipiebat, vt Augustinianum efformaret Assisij, antequā perueniret Cęsenā, eum, quē asserit *D* constanter, principaliter, & ex professo in Cōuentu Cæsennę sub disciplina B. Ioannis Boni habitū Augustinianū suscepisse. *Non est fatuus Origenes* (ait lib. 2. contra Rufinū col. 325. Hieronymus) *& ego noui; contraria sibi loqui nō potest.* Mēs ergò Magistri hęc est. B. Franciscus à patria discessit, vt in deserto habitū Religionis assumeret, neq; aliàs cū Bonauentura diceret solutū à vinculis mundanarū cupidinū. *Nemo* enim sic soluitur propiè & rigorosè, nisi per susceptionem *Religionis*. Sed soluitur eo modo quo suscipit; in re, soluitur in re; si suscipit in voto, soluitur in voto. Frācisc. exijt solutus in voto, quia Religionem suscepit in voto, soluendus in re in eremo, quando ibi in re susciperet Religionem. Eam autem eius mentem fuisse colligimus; tum quia

Margin notes: A H ... p. 77 ... — C c. 22. §. 4. p. 378. & alibi. — D c. 26 §. 4. p. 432.

infrà *E* expressè asseruit in Eremo Cæsennæ D. Franciscum habitum suscepisse; tum quia ibidem, *F* sic ait: *Ergò vix à præsentia Episcopi discessit, cum eremũ abÿt, vt nouæ vitæ moliretur exordia, cum ingressus est Religionem.* Et infrà: *G Est enim valdè rationi conforme, quòd benedictus pater egressus ab Episcopi domo adeò nudus, & inueniendi perfectionem Euangelicam cupidus, peteret habitum in Monasterio Eremitarum, quod reperire potuit ad duas dietas, adeò ad eius sancta desideria conducens.* Manifestum ergò est ex ipsius Magistri verbis eum esse illius sensum in alijs. Et sanè vt in tanto viro contrarietas euitetur, ex alijs locis interpretandũ est, in quibus expressè, & principaliter de hac re loquitur. Sic sacra Rota in Cæsar Augustana Cathedralitatis anno 1630. loca quædam Zuritæ insignis historici, quę videbantur contraria, conciliauit. *Vnde* (ait pag. 27.) *vt euitetur contrarietas in historico, & quidem adeò insigni, detestabilis, ac maximè circa opinionem, in qua eidem refragarentur alij scriptores authoritate, antiquitate, ac numero superiores, &c. ex hoc loco, in quo principaliter consideratè, ac ex professo Zurita loquitur, dicendum est congruũ recipere interpretationem alia duo loca, in quibus perfunctoriè ac incidenter loquitur.*

E vbi supra.
F c. 22. §. 4. p. 378.
G c. 23. p. 393.

Quòd verò Author inquit mecum Magistro meo asserere Franciscum factum Augustinianum statim ab exutis vestibus coram Episcopo Asisiate; (pace dixerim tanti viri) non est ita: longè distat à veritate. Quod enim in probationem eius allegat, sic se habet. *H Quæ verba* (scilicèt D. Bonauenturæ c. 2.) *licèt non negem exponi posse vt illa interpretatis in hoc §. 3. num. 7. pag. 32.* (nempe quia diuitias & quæcumque mundana mentem circumligant, procul vt essent effecit) *tamẽ in sensu, quo illa adducit Marque. c. 24. §. 6. p. 408. satis probabiliter intelligũtur. Quia verius & rigorosius loquendo dicitur quis esse solutus à vinculis mundanarum cupiditatũ, quando se Deo deuouet vinculo Religionis.* At Marquez nõ adduxit ibi in eò sensu, vt existimaret ante egressum ab vrbe Asisio fuisse Religiosum in re, & effectu; sed in proposito & voto, sic enim ibidẽ ait. *Reliquit vestes in manibus illius coram Episcopo Fulginate, à quo tempore (vt inquit S. Bonauẽtura) in desertũ secessit, & (vt ipse sanctus dixit) exiuit de sæculo fugiens mundum, & eius propbantates. Tũc enim* (cum in desertum

H Res. 3. num. 57. pag. 43.

tum secessit) *habitum Eremiticum assumpsit, quē nostræ Religionis fuisse contēdimus*. Hocne est cum Magistro meo Franciscum statim ab exutis vestibus efficere Religiosum per S. Augustini discipulatū? Sic passim plura nobis imponuntur in hac noua Defensione. Sed non sumus adeò immemores, vt pag. 54. negaremus, quod pag. 43. asserueramus.

Ad confirmationem duo dico. Primum est. *Si* nihil aliud obstaret, facile defendi posset Franciscum nō sub veste agricolæ, sed sub veste religiosa egressum fuisse Asisiū. Quare enim Monachum vili habitu Eremitico vestitum latrones interrogare non possent, quis esset? Et ad illum dicere. *Iace Rustice præco Dei*; Cum B. Augustinum de Terano, nobili genere ortum, & in curia Manfredi Regis valde potentem, tunc Eremitam Augustinianum, postea Summi Pontificis Pœnitentiarium, & Augustiniani Ordinis Generalē, B. Clemens de Auximo, etiā Generalis, I *coram Summo Pōtifice* (vt ait B. Iordanus de Saxonia in Vitas *Fratrum*) *simul cum Cardinalibus in consistorio existētibus adduceret, videntes Cardinales despectū habitu, in facie austeram, & rigidum Generali dixerunt, ex qua Sylua adduxistis eum?* Hoc ipso Syluaticum eum, & Syluestrem, hoc est, (vt explicat Calepinus) *agrestem & rusticum*, non obscurè appellantes, dum quis esset ignorabāt. Quare Franciscum in Sylua repertum, etiam habitu Religioso indutum, latrones non interrogassent quis esset, & rusticum appellarent; si Augustinum, Augustiniano habitu amictum, Cardinales, qui essent nescientes, ex *Sylua* adductum nuncuparunt? Et quare à latronibus non malè afficeretur? An nullū *R*eligiosū latrones malè tractarunt? *Nō*ne Benedictum Monachum in solitudine vitam agentem, latrones superueniētes, & multam apud ipsum pecuniā esse sperantes, ductum ad ripam fluminis Vag jugularunt, & in ipsam aquam demerserunt, vt refert B. Marcus Quinque-Ecclesiensis Episcopus apud Surium?

I *lib.* 2. *c.* 7. *p.* 84.

Et quare in vicino Cœnobio non reciperet eleemosynā tanquam incognitus, & despectus, quem post institutum suum Ordinem Innocentius III. *Christi famulū* (vt ait S. Bonauentura K) repulit indignanter? Et de cuius Fratribus sic habet idem Bonauētura: *L Multa quidem eis in diuersis partibus orbis inferebantur conuicia tāquam personis despica-*

K *tom.* 3. *p.* 21 L *c.* 4.

picabilibus & ignotis. Et S. Antoninus 3. p. tit. 24. §. 2. cap. 7. fol. 197. refert fratres Minores, dum versus Oxoniā proficiscerētur, peruenisse ad quamdam gregiam Monachorum nigrorum, Monasterij de Arabudon in vastissimo nemore inter Londonium & Oxoniam, & pro ioculatoribus existimatos; ibi: *A priori verò & alijs tanquam falsi quæstores abiecti extra portam contemptibiliter expelluntur.*

Et quare amicus Eugubij non tribueret illi iam Monacho tuniculā? Cum de Fr. Morico sic habeat Bonauentura;

M c. 4. *M Viri sancti Religionem ingressus, & vnica tantum operitur tunicula, &c.* Et de ipso

N c. 5. Francisco: *N Vnica pauperè contectus tunicula, in nuditate Domino seruiebat, & frigore.* Non ergô propter hæc Authoris fundamēta id negandū; sed quia nō est fundamentum ad asserendū, tunc fuisse Asisij, qui habitū Augustinianum illi donaret; & modus loquendi D. Bonauenturę indicat Frāciscū in desertū statim exijsse ad Monachatum suscipiendū potiùs, quàm post susceptū; & nullus, qui Monachatus Augustiniani S. Francisci meminit, eius tyrociniū, aut habitus susceptionem Asisij constituit.

Restat ergô ex dictis obsequium erga leprosos, de quo D. Franciscus in suo Testamēto egit, ad pauculos potiùs mēses esse restringendū, neq; durasse vsq; ad redditas patri vestes; sed aliquantulum antea Franciscū à leprosis recessisse, & post redditas patri vestes, Asisium reliquisse, iā solutum à vinculis mundanarum cupidinū; fortè (vt voluit Marquez) quia solutus erat per votum, aut propositum Religionis suscipiendæ; & ob id in solitudinē abibat, vt in ea Religioni se traderet, *vt solutus & silens* (Monachus in silētio Monasterij) vt ait Bonauentura *O supernæ audiret allocutionis arcanum.* O c. 2. Eugubij fortassis decreuit ante ingressum Religionis limina Apostolorum visitare. Accidisset ferè idem Francisco, quod Gunthero Monacho Benedictino, quem adhuc laico vtentem habitu B. Gothardus secum ad Althacense Monasterium adduxit: *Vbi ille animo valdè cōpunctus* (ait Author vitę S. Gothardi apud Suriū tom. 3. c. 9. p. 99) *petijt ab Abbate vt ante professionē ipsi Romā petere, & Apostolorum Christi, aliorumq; sanctorum intercessionem pro transactæ vitæ expiatione, nouæ susceptione promereri, cum ipsius bona venia liceret. Non abnuente Abbate, itque reditq; &c.* Sic ergô fortsan Frāciscus, antequam Religioni nomen daret, limina Apostolo-

horum voluit visitare; & in reditu à peregrinatione Romana suscepit habitum in eremo Cæsennatensi, vel in aliqua intra Vmbriam. Exinde totius humilitatis amator, iam Monachus, se transtulit ad leprosos. Neque id alienum à Monacho: *Erat peritus* (ait Exordiũ magnum Ordinis Cisterciensis, P de Vener. Alquirino) *in arte Medicinæ. Et quamuis magnates & nobiles terræ operam eius incessanter expeterent, & inuitum, & retinentem per diuersa loca distraherent; ipse tamen super ægros, & pauperes magis intelligens, omnimodam eorum curationi solicitudinem impendebat. Nec modò ipsorum ægritudines, liuoresque curabat; sed & languentium putridas carnes, & sanie defluentia membra, ita dignanter, ita diligenter proprijs manibus contrectabat, vt Christi vulnera fouere putaretur.* Post aliquot dies huius obsequij leprosorum, *fundatus iam humilitate Franciscus* (vt ait Diuus Bonauentura Q) *ad memoriam reducit obedientiam sibi è Cruce iniunctam de Sancti Damiani Ecclesia reparanda; & tanquam verus obediens Assisium redit, vt saltèm mendicando voci diuinæ pareret, &c.* Vel simauis, Eugubij leprosis inseruiuit, & inde in peregrinationem Romanam abijt; & in reditu Cæsennam diuertit, & ibi habitum suscepit, vel in Vmbriam redijt, & ibi Religioni se tradidit, vel Eugubio profectus, Ordinem Augustinianum est ingressus, vt Villegas, & Cayrascus arbitrantur. Ille enim in Sanctorali fol. 304. de Francisco dum Eugubij esset, sic ait. *Donde entendido por el que los Religiosos, que professauan el Orden de San Augustin, viuian en pobreza, obediencia, y castidad, con fama de santos, acordò de probar si le venia bien aquel estado. Fuesse a vn Monasterio de Augustinos, pidio que le recibiessen en el. Recibieronle (y como dize San Antonino de Florencia, Antonio Sabellico, Iuan Baptista Egnaçio, y otros Authores) vistiose San Francisco el habito de San Augustin, de saya negra, y cinta de cuero, traxole algunos dias, àũ que no hizo profession, &c.* Bartholomçus verò 4. part. Templi militantis pag. 19. sic habet, agens de Francisco, & eius amico Eugubino. *Diole vn vestido luego raçonable. Que obra es amor y no bachillerias. Y el santo que al señor ser agradable. Deseaua, ỹ seruir noches y dias. Viẽdo q̃ pobre vida, y quan loable. Casta, obediente, y llena de obras pias. Professauã los Mon-*

P *lib. 4 cap. 1.*

Q *c. 2.*

Monges Agustinos. Entrò por sus veredas y caminos. Entrò por su Religiõ, mas como estaba. Para cimiento de otra reseruado. La antigua por la nueua renunciaua. El traje y zelo del Doctor Sagrado, &c. De aquestas opiniones quien las viere. Tendra la que mejor le pareciere.

DIFFICVLTAS XI. DE ARgumento desumpto ex institutione nouæ Religionis.

LVdouicus Prutenus in Trilogio animæ, edito anno 1498. R & Antonius Daza in suo Discursu, Monachatũ Augustinianum S. Francisci hoc etiam argumento impugnarunt. Diu. Franciscus audito Euangelio in æde S. Mariæ Angelorum: *Duplicibus sine mora depositis* (vt ait Antoninus, S & Vincentius Beluacensis.) T *Ex hoc iam calceamentis, virga, sacculoque vel pera nõ vtens, tunicam contemptibilem, & incultam fecit, reiectaq; corrigia funiculo eam cinxit, & pœnitentiæ verba simpliciter in publicum proponere incæpit.* Hoc autem facere licitè non posset sine superioris facultate, si Religiosus esset. Ergò biennio illo post vestium renunciationem nõ erat Religiosus.

R *p. 3. c. 6. lit. H*

S *3 p. §. 24. c. 2. in prin. f. 228. pag. 2. aliàs f. 189. p. 2.*

T *lib. 28. cap. 298.*

Agnouit difficultatem argumenti Marquez cap. 25. §. 5. sed euadendi viam inuenit, non §. 5. sed 7. pag. 422. & reiectis diuersis solutionibus, quas adhiberi posse agnoscens reticuit, hanc esse veram & sinceram, scilicèt ex suppositione quòd Sanctus Franciscus, sine vlla prorsus dilatione statim post consultum Presbyterum habitum mutauerit, & nouam Religionem instituisset; nempè Diu. Franciscum in ea actione operatum ex instinctu diuino, & dono Spiritus Sancti, & ad finem V hæc addit: *Præcipuè quia Seraphicus Pater hanc mutationem fecit, cum animo statim recurrendi ad magnum Christi Vicarium, & ad eius pedes reponendi determinationem, quam referebat; nec vltra progrediendi inde non habita eius approbatione, sicut valde breuiter illam obtinuit. Et hoc propositum potuit totum opus à scrupulo liberare.* Adiecit etiam exemplum in B. Dominico Canonico Regulari S. Augustini, quia antequam Papam

V *§. 7. p. 423.*

pam

pam consuleret, Tolosæ in Gallia suum Ordinem instituit; & postea ex diuina reuelatione Reginaldo facta, absq; Papæ facultate habitum suæ Religionis in alium commutauit.

Huic doctrinæ repugnauit Author in Apologetico, X & quædam obiecit, quæ nos in Responsione pacifica Y dissoluimus; & ibi nouam aliam viã retundendi argumentum adduximus; scilicèt Diu. Franciscum reliquisse Religionem minus arctam, & instituisse aliam arctiorem de licentia, & approbatione Diœcesani, qui ante Concilium Lateranẽ se anno 1215. celebratum, id facere poterat; neque enim ita sine mora ea omnia egit, vt locus non fuerit ad Episcopum consulendum. In huius solutionis firmitatẽ nonnulla statuimus, quæ (ni fallor) à nullo pacato Authore improbabilia censebuntur.

X §. 3. nu. 8. p. 32.
Y Resp. 3. à nu. 62. pag. 44. & seq.

Ferè omnia displicuere Authori in noua Defensione, Z & contra primam solutionem nouiter obiecit. Primo, quia nullus scriptorum veterum habitum illum Eremiticum appellauit Regularem, Religiosum, vel Monasticum; sed tamen: *Honestum habitum & Eremiticum*, vocat Antoninus; A *quasi Eremiticum*, Ludouicus Prutenus; B *vilem Eremiticum*, tres socij S. Francisci in sua Legenda. Si autem habitus esset Augustinianus, & Regularis, nonne faciliùs, & breuiùs Augustinianum, & Regularem, hi dicerent Authores, quàm honestum, vilem, quasi Eremiticũ nuncuparent? Nonne S. Bonauentura, & alij Authores faciliùs vno verbo dicere potuissent, Augustinianum habitum reliquit, quàm tam longa vti periphrasi, & circumlocutione verborum?

Z sect. 6. §. 5. à nu. 2. p. 250.
A 3. p. tit. 24. c. 8. fol. 199. p. 2.
B p. 3. Trilogij c. 6. lit. G.

2. Quia nullus est ex antiquis scriptoribus, & coæuis, qui vbi, quo locorum, quo tẽpore, & quoties vestem illo biennio mutarit Franciscus, non obseruauerit. Et hanc mutationem habitus Eremitici liberè peregit. Quid enim prohibebat? Atque proindè Vincẽtius, C & Antoninus, D notarunt quod triũ Ecclesiarũ opere consummato, habitũ adhuc Eremiticum, tunc temporis habuit, quasi scilicèt illa vocula, *adhuc*, indicare voluerint, sponte vsque ad illud tempus in hac veste Eremitica perseuerasse, cui liberũ erat antea deponere, vel integrum longiori tempore deferre.

C lib. 29. cap. 28.
D titul. 24. c. 2.

Contra secundam solutionem obijcit, primo: Quia hic transitus ad strictiorem Religionem nullum habet locum.

Vbi enim erat illa strictior Religio, ad quā transibat? Nullum tunc erat vestigium nouæ, strictæ vè Religionis; nulla tunc fundatio, neque meditatio nati Ordinis, nullum votum, nullus vitæ status, vbi nihil firmum erat, aut stabile. Nulla hic vestis initiatio, nulla adhuc in sacrum vitę genus deputatio; *liberumq; erat Frācisco* (ait Author vbi suprà E) *vti doctè tuus Magister adnotauit, F eam vbicumque placeret abijcere, donec adscitis anno sequenti suæ vitæ sectatoribus, vestis illa communis tessera sortita est authoritatē; & approbato postea per Pontificē instituto, firmitatem accepit veræ Religionis, sumpto ab illa veste primo præiudio.* Non ergo licebat Francisco habitum Eremiticum, si Religiosus erat, relinquere, cum nōn transierit ad strictum Religiosum: Neq; est simile quod adducitur de S. Dominico; quia ille semper sub eadem permansit regula, neque vestem mutauit, nisi post Ordinis confirmationem, & diuinam insuper reuelationem.

E nu. 5. p. 253.

F c. 25. §. 6.

2. Sic obijcit, quia id, quod suggeritur de Episcopi licentia pro hoc transitu, & probatur ex altera petita ab eodem pro receptione Fr. Bernardi, nescit Author vnde id desūpserim, quia suus Antoninus nihil habet de Episcopo. Vbi enim ego lego, *pergamus ad Episcopum*; hic ille habet, *pergamus ad templum, & ibi dicetur nobis quid oporteat facere.* Et ita fecerunt, & summo mane perrexerunt ad Ecclesiam S. Nicolai, vt scribit S. Bonauentura. G ...

At hæc (nisi fallimur) non adeò vrgent vt à trita via recedere, & nouum iter aggredi cogant. Et pro prima solutione noto iā Authorem, non, vt olim in Apologetico, H cōtra illam agere, *quia quis probaret impulsum, quo commoueretur quispiam, vt iugum omne suæ Religionis excuteret, habitum, & vniuersam exteriorem tesserā proijceret, &c.* Agnoscit sine dubio potuisse fieri ex diuino impulsu, etiam si esset Augustinianus; & tamen contēdit hunc impulsum nō sufficere necessariū, quia habitus, quē reliquit & habitus quē assūpsit, nō erāt sacri & Religiosi, sed seculares; atq; adeò ad hanc commutationem neque indigebat diuino impulsu, neque superioris dispensatione. Hoc autem ipso vim argumenti euacuatam agnoscit, aliàs semper instaret, etiā ex impulsu diuino fieri non posse, vt quis absque superioris authoritate antiquo Ordine dimisso, nouum instituere.

G c. 3.

H §. 3. num. 8. pag. 33.

Hoc posito ad primam obie-

obiectionem contra primam solutionem, fateor faciliùs, & breuiùs dixissent Authores si expresse assererent habitum illum Eremiticum fuisse Augustinianum, vel Regularem Religiosum, aut Monasticum. Sed si dixissent clarè, nō esset locus controuersiæ, neque tantum contenderemus nostrum assertum esse probabile. Quia non expresserunt, & sunt aliqua, quæ videntur obstare, sola probabilitate gaudemus, licèt expressè hunc Monachatum tradiderint B. Henricus de Vrimaria, modo infrà explicando; B. Iordanus de Saxonia, & plures alij. Non tamen possum non mirari quôd Author contra nos alleget Ludouicū Prutenum Franciscanū, qui anno Dñi 1498 cōtra Philippū Bergomensem prædictū Monachatum data opera impugnauit: cum tamen non patiatur à nobis in nostrum fauorem Sabellicum, Polydorum, & alios allegari.

Ad secundam obiectionem respōdeo, à nullo Authore antiquo, & coæuo exprimi, quo loco, aut tēpore D. Franciscus habitū Eremiticum, honestū & vilem assumpserit. Neq; enim is est pauper illa tunicula ab amico Eugubino donata. Amicus enim tantū vnam tuniculam dedit, ipse verô audito Euangelio in æde Sanctæ Mariæ Angelorum dimittens habitum Eremiticum deposuit duplicia, baculum, peram, & corrigiam, & fecit sibi tunicā contemptibilem, & incultam, & funiculo eam cinxit. Neque vocula illa, *adhuc*, mysteriū, quod excogitatur, insinuat. Apponitur, vt explicet mutationē habitus Eremitici fuisse post reparationem triū Ecclesiarum. Sic habet Antoninus. *Denique trium Ecclesiarum opere consummato habitū adhuc Eremiticum tūc temporis habuit, baculumque manu gestans, pedibus calceatis, & corrigia corporis cinctus incedebat. Audiens autem quadam die in Missa, &c.* Neque miretur Author aliquid à nostris Authoribus exprimi, quod in Diu. Bonauentura, & alijs coæuis Authoribus non est expressum. Plura enim etiam expressè tradiderunt Authores recentiores Franciscani, quæ in Bonauētura, & antiquis silentio inuoluuntur. Sic Marcus Vlissiponēsis 1. p. lib. 1. c. 7. institutioni Ordinis Minorum, diem 18. Octobris an. 1208. præfigit. Sic Franciscus Ortiz Lucius Minorita in suo Sanctorali Matriti edito an. 1605. fol. 327. pag. 2. hæc habet. *Mandò el Obispo darle vn capote pobre de aldeano largo casi a los pies; y cosiendo las baldas y mangas*

se metio en el, y con la capilla cubrio su cabeça, ciñendose vn cordel, que hallò arrojado. Este fue su primer habito, que aũ aora le trahen los Capuchinos; y nunca traxo correa de San Agustin, ni su tunica; y aũque la traxera, no por esso se dize ser de su Orden, como no lo son los Donados, ni Iuanes de Dios, y trahen tunica de San Francisco y cuerda. Sic etiam Fr. Ludouicus de Rebolledo 1. p. Chronicæ lib. 1. cap. 4. testatur ab amico Eugubino nõ solum tuniculam donatã, sed simul cum tunicula Corrigiã, baculum & calceamenta. Et tamẽ hæc omnia à Bonauentura & coæuis Authoribus expressè non nouimus.

Ad primam verò obiectionẽ contra secundam solutionẽ vt respondeam, suppono 1. dupliciter posse aliquem ex vna Religione transire ad aliã. 1. transeundo ad aliam, iam ab alio institutam, vt transijt S. Antonius de Padua ex Ordine Canonico ad Franciscanum. 2. transeundo ad aliam, quam tunc nouiter ipse instituit; sicut transierunt B. Benedictus ex Ordine S. Basilij, aut Theodati ad Benedictinum; & S. Bruno, Canonicus Regularis Ecclesiæ Rhemensis (vt quidam volunt, & inter alios Gabriel Pennotus lib. 2. hist. tripart. cap. 33. nu. 1. p. 541) ad Carthusianũm; & S. Dominicus Canonicus Regularis Ecclesiæ Oxomensis, ad Ordinem Prædicatorũ. Suppono 2. vt ostendi in Responsione pacifica *I* ante Conciliũ Lateranense anni 1215. potuisse hunc transitum fieri de licentia, & approbatioẽ Diœcesani. Supono 3. vt ibidem tradidi, K quando constat de antiquis patribus instituisse aliquam Religionem, siue relicta alia, siue non relicta, & non refertur quòd petierint approbationẽ superioris, omnes Doctores tradunt supponendum esse quòd illam habuerint, seruato communi modo operandi.

I *Resp. 3. à nu. 73 pag. 45.*

K *n. 82 p. 54.*

Ex his ad obiectionem dico Diu. Franciscum transisse ex Ordine Augustiniano cum habitum Eremiticum reliquit, & nouum assumpsit, ad alium Ordinem, non antea institutum, sed quem tunc ipse instituebat. Hoc autem (vt dixi vbi suprà *L.*) dupliciter potuit contingere. Primo modo, si dicamus B. Franciscum mutasse habitũ adeò sine mora, vt non fuerit locus consultationi Episcopali: & tunc dicendum est cum Marquez operatum fuisse ex speciali instinctu Spiritus Sancti, & cũ sperati habitationis superioris potentis dare facultatem. Et huic modo dicendi fauet D.

L *n. 83*

Bona-

Bonauentura cap. 3. cum dixit: *Cepit ex hoc vir Dei, diuino instinctu Euangelicæ perfectionis æmulator existere, &c.* Et clariùs Marcus Vlyssiponensis in Chronica Ordinis Seraphici *M* Compluti edita anno 1609. à Francisco Didaco Nauarro sermone Hispano, sic inquiens. *En este lugar la Orden de los Frayles Menores por instincto de la Reuelacion diuina fue començada.* Et in traductione Fr. Ioannectini *N*iño 1. p. lib. 1. cap. 7. à num. 6. sic habetur. *En esta leccion Euangelica, en esta obra, en este dia, y hora, que fue en el año del Señor de 1208. y segun coniectura en el mes de Octubre a 18. dias del mes, dia de San Lucas, a los 27. años de la edad de N. P. S. Francisco, y dos años cumplidos de la conuersion, a los 12. años del Pontificado del Papa Innocencio III. fue principiada la sagrada Religion de los Menores, cuyo Author fue el Espiritu Santo por el Euangelio de Iesu Christo Redemptor nuestro, y no el espiritu humano; cuyo ministro fue N. P. S. Francisco, y primer Fundador, &c.* Secundo verò modo, si admittamus (vt supponimus in Responsione pacifica *N* esse probabile) post auditum Euangelium vsque ad mutationẽ habitus, intercessisse tempus sufficiens ad impetrandã approbationẽ Episcopi; & tùnc credibilius mihi est D. Franciscum fuisse operatũ ex licẽtia Episcopi. Quia ea mora admissa, credibiliùs est operatum fuisse secundum communes leges, quã ex speciali instinctu Spiritus Sancti: fauet huic modo dicẽdi, quia quando constat de institutione, & non constat de facultate, si res potuit modo humano, & regulari fieri, credendũ est institutorem illam habuisse, etiam si non referatur, sicut creditur de B. Benedicto, Brunone & alijs.

M tom. 1. lib. 1 c. 6 fol. 5.

N Resp. 2. à nu. 77. pag. 45.

Ex his manifestum est vim argumenti euacuari asserendo D. Franciscum ex Ordine Augustiniano transijsse ad Frãciscanum, quẽ tunc instituit; id autẽ potuisse licitè facere, vel ex instinctu Spiritus Sancti, cum spe rati habitionis superioris; vel de licentia superioris. Sic fatendũ est de sanctis, qui nouas instituerunt Religiones, vel aliquid egerunt, quod secundum communes leges facere non poterant sine authoritate Superioris. Sic dicendum de Benedicto, Brunone, & alijs, de quibus non refertur, an ex facultate Superioris Religiones instituerint. Sic Petrus Sutor Prior Carthusiæ Parisiensis, de vita Carthusiana, O similẽ nodum dissoluit in duobus Stepha-

O lib. 1 tract. 2 c. 5. p. 38. &c. 6. p. 59.

phanis, Brugensi, & Diensi, qui ex Ordine Canonicorum Regularium, & Congregatione S. Rufi. (vt constat ex vita S. Brunonis c. 4. to. 5. Surij p. 672.) ad Carthusianũ transierant, & non constabat de licentia Prælati. *Quarto deniq; modo (ait) discedit Religiosus, & iusta causa satis cognita, & superiori authoritate præditus; superioris, inquã, vel Dei priuata lege (de qua patet sufficienter) ducentis; vel Prælati liberam tribuentis facultatẽ. Hoc autem modo recedere, non solum licitum, sed & multa laude dignum esse creditur. Quo pacto Brunonis Comites abscessisse credendum est.* Et eodem modo dicendum est de Beato Dominico; vel enim instituit, & fundauit ante confirmationem Pontificis nouum Ordinem, (licèt sub eodem habitu, & regula) vt existimat Pater Alfonsus Fernandez in Concertatione Prædicatoria sub an. 1215. p. 15. ibi. *Tunc B. P. Dominicus Ordinis recèns instituti confirmationem ab Innocentio obtinere curauit, &c.* Vel saltem habitũ Religionis post Ordinis cõfirmationem mutauit, & neutrum poterat facere secundũ communes leges sine licentia Superioris; & cũ de hac nõ cõstet, dicendum Dominicũ vel obtinuisse licẽtiam à Superiore, vel operatũ ex instinctu diuino, propter priuatam reuelationem B. Reginaldo factã, sed nondũ à Sede Apostolica approbatam. Vnde hoc exemplum aptissimum est ad eum finem, ad quem doctissimus Marquez adduxit.

Neq; negari potest S. Franciscum ante Pontificiã sui Ordinis confirmationẽ aliqua egisse, quæ secundum cõmunes leges facere non poterat sine authoritate Superioris, de qua non constat; & necessario dicẽdũ illa fuisse ex instinctu, aut reuelatione diuina, vel ex facultate Superioris, etiã si non referatur. Siue enim quãdo tuniculam induit, & fune cinxit, siue post aliquot menses; certum tamen est ante Pontificiũ confirmationẽ suũ Ordinẽ instituisse. Sic enim ait Bonauentura: *Cœperunt ipsius exemplo viri quidam ad pœnitentiã animari, & eidem relictis omnibus habitu, vitaq; coniungi.* P c. 3. Et infrà de Vener. Bernardo loquens, *Hic enim serui Christi paupertate comperta, ipsius exemplo disponens perfectè cõtemnere mundum ab eodẽ qualiter id perficeret, consiliũ requisiuit. Quo audito Dei famulus pro propriæ prolis conceptu, Sancti Spiritus consolatione repletus, &c.* Et infrà. *Hæc est (ait vir sanctus) vita & regula nostra, omniumque, qui nostræ voluerint societati coniungi.* Et infrà ad Fratres suos

suos dixit. *In magnam multitudinem faciet nos Deus crescere, suæque benedictionis gratia multipliciter dilatabit.* Et infrà. *Propositum suũ demittẽdo illos in quatuor partes orbis aperuit.* Et infrà. *Cernens autem famulus Christi paulatim accrescere numerum Fratrũ* (Excreuerunt adduodenarium numerũ) *scripsit sibi & Fratribus suis formulam vitæ &c.* Perrexit deinde Romam cum socijs, & petijt supra dictam sibi viuẽdi regulam approbari. Et clariùs S. Antoninus, Q sic inquiens de S. Bernardo, viro sancto. *Et eodẽ anno, scilicèt MCCIX. habitum Religionis, & vitam Apostolicam accepit. Et eodem tempore Dñs Petrus Catanij Canonicus S. Rufidi Asissij, omnibus suis pauperibus distributis Ordinẽ intrauit. Et post octo dies quidã alius de Asissio, Ægidius nomine, exemplo eorũ prouocatus, similiter habitũ à B. Frãcisco accepit. Post quos alij octo ad Ordinem sunt recepti, videlicet, Fr. Sabatinus, Fr. Morichus, Fr. Ioannes de Capella, Fr. Philippus, F. Ioannes de S. Constantio, Fr. Barbarus, Fr. Bernardus, & Fr. Angelus.* Hæc autem Franciscus facere non poterat secundum communes leges sine facultate Superioris: ergò cum fecit, & non constet de facultate Superioris, dicendum est vel illa egisse ex instinctu, & reuelatione diuina, vel ex approbatione Diæcesani, cui viri sanctitas erat nota.

Q 3. p. tit. 24. c. 7. in princ. f. 196. p. 2.

Admittet (vt existimo) Author hæc omnia; nõ enim videtur negare, potuisse tunc Ordinẽ nouum institui de licentia Diœcesani; & quando constat de institutione Ordinis, & nõ constat de facultate Superioris, credendum esse viros sanctos illã habuisse, vel ex Spiritus Sancti instinctu operatos; sed vt probet Frãciscũ sub habitu Eremitico nõ fuisse verè Religiosũ, mordicus contendit tunicã fune pręcinctã, quã Franciscus in æde Portiũculę assũpsit, nõ fuisse tũc in sacrũ vestis genus deputatũ, liberũque fuisse Francisco illã reijcere, vt Marquez annotauit: *Donec adscitis anno sequẽti nouæ vitæ sectatoribus cõmunis tesseræ sortita est authoritatem; & approbato postea per Pontificẽ instituto firmitatẽ accepit veræ Religionis.* Sic Author cõtra suæ Religionis sacrã institutionẽ, ne nobis faueat. Et tamẽ in Apologetico §. 4. n. 32. p. 76. quia tũc sic oportebat, hęc dixerat de familia Seraphica antè Pontificiũ approbationem. *Præsertim cũ in vnius, aut alterius anni spatio, & plurimũ sociorũ sequela, iã suũ firmarit institutũ, neque vllũ esset præceptũ, aut ius positiuũ Ecclesiasticum, quo teneretur* vlte-

vlteriorem confirmationem petere à Pontifice, vt doctè obseruarunt Illustrissimus Bellarminus, Ioannes à Carthagena, & Hieronymus Platus, atque ego ex his alias adnotaui. Nempè in Annalibus ad annũ 1210. nu. 1. Videat Lector, an hęc stare possint cum his, quæ modo Author affirmat. Si enim ante Pontificiam confirmationem iam suum firmauerat institutum, neque tenebatur vlterius confirmationem petere à Pontifice; quo modo defendi potest vestem, quã pro illo instituto assumpserat, non fuisse deputatam in sacrum vestis genus, & liberũ fuisse Francisco illa reijcere? Si enim vestem poterat reijcere, cur non & Monasticum institutum? Si autem hoc poterat reijcere, nondum firmatũ erat, & indigebat vlteriori confirmatione, siue à Pontifice, siue ab Episcopo. Nos ergó, vt Seraphicæ familiæ seruiamus, quam sincero corde diligimus, veneramur, & colimus, & vt nostri asserti probabilitatem fulciamus, & defendamus, conabimur ostendere Seraphicam familiam, tunc incæpisse in esse veræ & propriæ Religionis, quando Franciscus reiecto habitu Eremitico tunicam fune præcinxit, & ante approbationem Summi Pontificis habuisse veræ Religionis firmitatem, licèt reuocabilem per Summum Pontificem, sicut & ab illo approbatæ possunt ab illo extingui, & reuocari.

Igitur Illustrissimam Minorum Religionem sua referre primordia ad tempus tunicæ fune pręcinctæ, & ex tũc fuisse & esse veram & propriã Religionem, sic ostendo. Primo, ad hominem. Quia Author in Apologetico, *R* ad illa verba Testamenti S. Franci, *& exiui de sæculo*, tres sancti viri status distinguens, sic ait: *Tertium, plenum à sæculo recessum, & noua vitæ sacrũ institutum.* Et quando cæpit hic status exitus de sæculo? *Tunc exiuit de sæculo* (ait Author ibidem *S*) *cum exaudito Euangelio cæpit* (vt ait Bonauentura *T*) *diuino instinctu Euangelicæ perfectionis æmulator existere, & ad pœnitentiam cæteros inuitare.* Ergó extunc cæpit plenus à sæculo recessus, & noue vitæ sacrũ institutum. Et infrà: *V Tunc verè exiuit de sæculo exitu illo, quo vult Marquez vitam inijsse regularem.* Sed Marquez *X* ab Authore citatus per exitum à sæculo intelligit statum Religionis. Sic enim ait pag. 579. *Donec affectus renunciant bonis temporalibus per vota obedientiæ, paupertatis, & castitatis, dici non potest*

R §. 3. nu. 5. p. 29.
S nu. 7. pag. 31.
T c. 3.
V p. 31
X c. 22. §. 4. p. 576. & c. 24. §. 6. pag. 40. 8

est quòd homo exierit de sæculo. Ergô in sententia Authoris D. Franciscus, qui exaudito Euangelio exiuit de sæculo, exiuit per vota obedientiæ, paupertatis, & castitatis, quę non emittuntur nisi in vera & propria Religione.

Secundo, etiam ad hominem. Quia Author in hac Defensione, sic ait: *Verum est cōmuniter summi initium alicuius Religiouis à Congregatione sodalium, seu à tempore, quo ad institutorem accedunt aliqui discipuli sub eadem viuendi norma conuicturi. Attamen S. Franeiscus hoc anno* (1208. nempe) *aliquale dedit initium Religionis Minorum, vti alias mōui, A dum habitū, quem veluti tesseram suis Discipulis voluit communem*, (Ergô iam tunc illum in sacrum vestis genus deputauit) *ipse primus tunc assumpsit, & viuēdi normā ex prælecto illo Euāgelio, sibi constanter præscripsit, & Discipulis sectandam reliquit. Vnde non immerito S. Antoninus loquens de hac secūda conuersione, quando Eremitico habitu reiecto simplicem tunicam fune cinctam vir sanctus assumpsit, ita subiunxit*. B Quo tempore secundum veriorem opinionem in lapide isto fundamentali Ordo Fratrum Minorum initium & fundamētum accepit: *Similem animaduersionem eisdem ferè verbis adhibuerunt Author Chronicorum 24. Generalium, & Marianus Florentinus ad huius anni & conuersionis historiā*. Ex his sic efformatur argumētum. Nullus dubitauit, aut dubitare potuit Ordinem Minorum aliqualiter inceptum in æde S. Mariæ Angelorum cum Franciscus audito Euangelio nouam tunicam fune cinctam assumpsit. Ait enim D. Bonauentura: C *Post hæc pusilli gregis Pastor Franciscus ad S. Mariam de Portiuncula duodenarium illum Fratrum numerum superna gratia præeunte deduxit, vt vbi meritis Matris Domini Minorū sumpserat Ordo initium, ipsius illic susciperet auxiliis incrementū*. Quod ergô versum est in dubium, id est, vtrum tunc cæperit, in esse Religionis, & Ordinis, vel in receptione consodaliū; & Antoninus arbitratur veriorem esse opinionem, quæ asserit incępisse, scilicèt in esse Religionis, cū tunicā induit, & fune cinxit. Et ratio est, quam Author subdidit; quia habitum, quem veluti tesserā suis Discipulis voluit communē, ipse priùs tunc assumpsit, scilicèt cum animo admittendi alios ad eundem viuendi modum; & viuēdi normam ex prælecto Euangelio, sibi constanter pręscripsit, & Discipu-

A Ann. Minor. anno. 1208. n 12.

B cit. c. 7.

C c. 4.

I

cipulis sectandum potissimè reliquit. At nouum hunc modum vitæ inire cum animo admittendi alios, est erectio Religionis, quam secundum cōmunes leges licitè fundare nō poterat sine authoritate Superioris: ergô credendum est illam habuisse, vel operatum fuisse ex instinctu diuino, & sub spe rati habitionis Prælati. Quocumq; autem ex his modis, Ordo tunc inciperet, haberet firmitatem veræ Religionis.

Tertio, quia communiter historici absolutè, & simpliciter, absq; vlla restrictione tradunt Ordinem Minorū tunc incæpisse. Ita Author Chronicorum 24. Generaliū, Marianus Florentinus, Marcus Vlisipponensis, & Petrus de Salazar in suo Discursu, illa verba Testamenti D. Frãcisci, *Et postea parum steti, & exiui de sæculo*, sic explicat vt sit sensus, quod: *E Paulò postquam Assisij leprosis pauperibus inseruiuit, & reparauit Eremitoria, Exiuit de sæculo ad fundandam suam Seraphicam Religionem; hoc ipso insinuans quòd eo vsq; fuerat sæcularis, licèt in habitu Eremitico. Et patet quia si esset Religiosus professus alterius Religionis, non diceret quòd ad suam fundandam exiuerat de sæculo, sed ex Conuentu, aut Religione, in qua erat.* Inquiro ergò, quando exiuit de sæculo ad fundandam suam Religionem? Vel enim exiuit cum tunica fune cinctam assumpsit, vel post Pontificiam confirmationem. Si secūdum. Ergô parum non stetit post obsequia leprosorum, & exiuit de sæculo. Si verô dicatur primum: ergo extunc erat verè & propriè Religiosus, cum verè & propriè exiuisset de sæculo. Atque adeo non erat illi liberum vestem illam, ac statum relinquere. Rursus idem P. Daza referens ex communi historicorum, & sanctorum, qui vitam B. Francisci scripserunt, traditione sanctum virum audito Euangelio in Ecclesia S. Mariæ de Angelis F calceos, sacculum, baculum, & corrigiam dimisisse, & tunicam incultam fune præcinctam assumpsisse, hæc subiecit: *Quod fuit exuere se habitu Eremitico, quem tunc gerebat, & assumpto habitu Fratris Minoris, fælix dedit initium suæ Religionis sacræ. Et hoc non posset sanctus facere, si esset Frater professus alterius Ordinis, absque licentia Superioris.* (Ergo credit hic Author id, quod Franciscus gessit, potuisse fieri de licentia Superioris. Ergo censet Franciscū transijsse ad statum verè & propriè Religiosū. Quia lari

E *apud Marq. c. 24. §. 6. pag. 408.*

F *apud Marq. c. 25. §. 5. pah. 418.*

lari non potest fieri transitus de licentia Superioris.) *Et benè patet quod nec eum petijt, neq; ad id expectauit, siquidem in continenti auditis verbis Euangelij illis se acommodauit relicta veste, & insignibus Eremitæ. Ergò non erat Religiosus, si enim esset, non posset agere quod egit sine graui apostasia. Indignum tanto Sancto opus. Ex quo sequitur quòd habitus Eremiticus, quē gerebat, non erat Regularis, sed habitus deuotionis, quem relinquere potuit quando voluit, sicut dimisit, vt daret fælix initium Ordini Minorū.*

Fauet etiam quod Sanctus Franciscus statim à principio mutatæ vestis, Discipulos, quos admisit, induit eodem habitu Ordinis sui, eisque prædixit propagationem Ordinis sui. Sic habetur in vita Beati Ægidij, qui fuit tertius eius Discipulus apud Surium: F *Paulò post, ipsis ferijs S.Georgij* (scilicèt an. 1209) *induit eum B. Franciscus habitu Ordinis sui, duxitque eum secum in forum, vbi hortabatur homines ad agendam pænitentiam. Dicebat autem illis Ægidius vt fidem adhiberent Sancto Francisco rectè ipsis consulenti. Inter eundum autem prædixit illis Sanctus Franciscus propagationem Ordinis sui, dixitque Ægidio*

F tom. 1 p. 324.

institutum suum non absurdè posse comparari piscatori, &c.

Ex his constat Ordinem Minorum à Beato Francisco institutum, tanquam veram & propriam Religionem, ex quo tunicam fune cinctam assumpsit, Regulam Euangelicam, quam audiuerat, seruaturus. Ideô in Responsione pacifica Resp.4. numer. 416. pag. 172. sic diximus: *Non negamus Ordinē Seraphicum ante confirmationem Apostolicā, habuisse pro eo tempore ante Lateranense Conciliū sufficientē firmitatē.* Indigebat tamē adhuc Pōtificia approbatione ad maiorē firmitatē & vniuersalē acceptationem. Vnde ex eo tēpore, vestis illa inculta fune cincta, fuit sacra, neq; ipse, aut duodecim socij eius, post emissam professionē potuerunt eā liberè abijcere. Neq; id adnotauit Marquez, vt perperā voluit Author. G Eo enim loco, ex quo allegatur, nō refert sententiā suam, sed opponit obiectionē, quę in oppositū pugnare videbatur; & tā §.6. ab Authore citato; quàm §.5. & 7. totis viribus ostendit, vel supponit B. Franciscū, cū habitū Eremiticū dimisit, transijsse ad statū verè & propriè Religiosū. Vnde ibidē, H sic inquit: *Sanè ante Cōcilium Lateranense valde frequens erat viros Apostolicos egredi ab his Religionibus ad*

G sect. 6. §. 5. nu. 5. p. 253.

H c. 25. §. 7. p. 423.

fundandas alias absque attentione iuris moderni, & cum fiducia in sola inspiratione diuina, quæ, vt ait Papa Innocentius III. I *est regula, quæ sequẽda est ad eligendam vitam striãiorem.* Possem hic dicere cũ Authore, K & iure meliori: Oro vt iterum legas, quæ hic citaui, & scripsi, denuoque consulas meum Magistrũ, qui me in his non aberrasse docebit.

I *c. licèt §. quo circa de Regular* K *sect. 6. §. 5. nu. 2. p. 250.*

Eam autem Ordinis institutionem iuxta superiùs dicta factam credimus anno 1209. licèt aliqui eam in annũ 1210. reijciant, è quibus fuit S. Antoninus in Summa to. 4. tit. 16 c. 1. §. 8. f. 141. vbi sic habet: *Hic S. Franciscus incæpit Ordinem suum anno Dñi MCCX. sub Innocentio III.*

Ad secundam obiectionem contra secundam solutionem, dico duo. Primum est. Doctrina secundæ solutionis non pendet necessario à testimono Antonini, vt constat ex dictis in Responsione pacifica, L & in hac difficultate, versu, *ex his ad obiectionem.* Secundum est. Antoninus, quem tunc vidi, impressus erat an. 1491. & habebat illa verba: *Pergam⁹ ad Episcopum*, 3. part. tit. 24. c. 7. in principio fol. 237. p. 1. Antoninus, quem nunc habeo, (pluraque eius editionis volumina in varijs locis vidi) & est editus Lugduni anno 1543. apud Ægidium, & Iacobum Huguetam Fratres, idem habet 3. p. tit. 24. cap. 7. in principio fol. 196. pag. 2. col. 1. linea 48. ijs caracteribus: *Et ideo pergamus ad Epm. & ibi dicetur, quid nos oporteat facere.* An putat Author me huius testimonij esse primum assertorem, & inuentorem, sicut chirographi Mantuani Philippum Bergomensem olim putauit?

L *Resp. 3. n. 82 pag. 50.*

Post obiectiones suprà adductas, & impugnationem testimonij S. Antonini, hæc Author, (vt solet) per contẽptũ adiecit: M *Similia sunt quæ habes ad probandum S. Franciscum retinuisse aliquid Ordinis S. Augustini.* Sic Author. Nos aliter. Dixi quidem primo, ex Bulla Nicolai V. haberi Tertiarios B. Francisci olim portasse corrigias de corio. Verba Pontificis hęc sunt in Bullario Cherubini: N *Bindis, & ligaturis sericis non vtantur, pelles dumtaxat agninas, bursas de corio* (Capuccinus in Compendio priuilegiorum pag. 564. sic scribit, *bursas, de corio) & corrigias simpliciter absque serico vllo factas, & non alias, tam Fratres habeant, quàm sorores, depositis cæteris (iuxta B. Petri Apostolorum Principis salubre consilium) vanis huius sæculi ornamentis.*

M *sect. 6. §. 5. nu. 7. p. 253.*

N *tom. 1. c. 3. p. 127.*

Res-

Respondet Author vbi
O *n.* 8. supra O. se iamdissusè probasse
p. 254. corrigias Tertiariorum minimè fuisse à S. Francisco præscriptas, & fune se præcinxisse primæuos huius Ordinis sectatores; & verba diplomatis nô esse intelligêda de corrigijs vesti cinctorijs, sed de corrigijs ipsarum bursarum. Sed contra hanc solutionem duo mihi ingerunt difficultatem. Videat Author, *si fortè refelli possunt ea quæ me mouent* (ait Augustinus Epist. 8. ad Hieronym. cap. 2.) Forsan agnoscet me nô esse primum, qui in Bulla Nicolai IIII. corrigias Tertiarijs Franciscanis præscribi affirmauerim. Primum est. Quod vix credet aliquis virum sanctû & Summum Pontificem in cap. 3. Regulæ, cuius titulus est, *de forma habitus & qualitate indumentorum*, sollicitiorem fuisse de corrigijs bursarum, quàm de cingulis vesticinctorijs; & expressis corrigijs bursarum, quas necessè non erat exprimi; cingula vesticinctoria, quæ sunt pars habitus illius professionis, silentio prætermisisse. Vnde in Regula Tertiariorum S. Dominici ab Innocentio VII. approbata in Bullario Cherubini, sic habetur:
P *tom.* *P Corrigias de corio tantû ha-*
1. *c.* 2. *beant, quibus sorores cingan-*
p. 237. *tur sub tunica. In bursis etiã, calceamentis & cæteris omnẽ mundanam resecent vanitatẽ &c.* Secundum est. Quod Fr. Alfonsus de Casarrubios, Hispanus, Franciscanus in Compendio priuilegiorum Fratrû Minorû, quod edidit ante centum annos, expressis verbis nobis suffragatur, sic enim ait.
Q Aduertendum est etiã quod Q *verb.*
habitus prædictorum Tertia- *Tertia-*
riorum primigradus (scilicèt, *rij Fra-*
qui non faciunt tria vota essen *tres, &*
tialia Religionis) *reperitur* *sorores*
determinatus per Nicolaum *n.* 24. *p.*
IIII. in Regula, quam ipse com- *mihi*
pilauit. Consuetudo autem, vel 523.
potiùs corruptela, interpretata est in diuersis Prouincijs, & Regnis diuersas formas habitũ: Ità quod in aliquibus partibus referunt huiusmodi Tertiarij habitus consimiles habitibus Fratrum Minorum, licèt hoc sit expressè contra priuilegia prædictorum Fratrum Minorum, & nonnunquam eueniat inde materia scandali. Videtur tamen quod habitus, quem in partibus Italiæ deferunt prædicti Tertiarij, sit eorum statui, & rationi magis condecens. Quia quo ad formã deferũt vestes prout alij sæcu lares; & quo ad colorem, sicut Fratres Minores. Est verò simile quòd talem habitum voluit B. Franciscus, quòd prædicti Tertiarij deferrent; cum ab antiquo in partibus, vbi præ-

fatus sanctus primò instituit prædictum tertium Ordinem, & vbi pro maiori parte conuersatus, obseruatus sit, & de præsenti obseruetur talis forma habitus. Non possunt tamen præfati Tertiarij deferre Chordam, sicut Fratres Minores. Quia adhuc alij Tertiarij, qui viuunt collegialiter, nequeunt portare huiusmodi Chordam, Regula ipsorum prohibente. Quid planius? quid distinctius? quid apertius? sed adhuc aliquid clarius. Infrà enim hæc addit R p. 525. Tertiarijs secundi gradus (scilicèt, qui faciunt prædicta tria vota) *De cingulo autem huiusmodi Tertiariorum dicitur in præfata Regula confirmata per Nicolaum IIII. quòd sit corrigia, & non chorda, sicut est cingulum Fratrum Minorum.* Nonne, hoc clarius? *Certè liquet (vt verbis Augustini vtar contra Cresconiũ) S claret, & cernitur; obscurari, obtegi nullo modo potest, quãta eloquentia, is, à quo sententia illa dicta est, discreuit, illustrauit, expressit.* Addit Doctissimus Frater Antonius de Cordoua Franciscanus in annotationibus huius Cõpẽdij editis an. 1539. & Fr. Hieronymus à Sorbo Capuccinus, in notis ad idẽ Cõpendiũ editis an. 1609. nihil in oppositum obiecerũt, cum tamen in alijs sæpe repugnent.

S lib. 3. c. 55.

Sed addamus & alios ex eadem familia Seraphica testes omni exceptione maiores. Emmanuel Rodriguez tom. 3. q. Regularium, quest. 72. art. 4. p. 416. sic ait: *De cingulo autem huiusmodi Tertiariorũ dicitur in præfata Regula confirmata per Nicolaum IIII. quòd sit corrigia, & non chorda, sicut est cingulum Fratrum Minorum.* Et infrà: *Non possunt tamen præfati deferre chordam, sicut Fratres Minores, Regula ipsorum prohibente.* Ludouicus de Miranda tom. 1. Manualis prælatorum quæst. 36. art. 5. pag. 287. sic habet, de Tertiarijs Regularibus: *De cingulo autẽ huiusmodi Tertiariorum dicitur in prædicta Regula Nicolai IIII. quòd sit corrigia, & non chorda ad modum cinguli Minorum Fratrum. Hæc omnia notat, & aduertit Collector priuilegiorum, verbo.* Tertiarij Fratres & sorores, *infrà §. 24. sed contrarium fieri video, maximè in dictis Hispaniarum partibus, & nihil bonum prorsus obseruari; quòdque contra suam ipsorum Regulam, & prædictas tantorum Pontificum constitutiones, & determinationes supradicti Fratres tertij nostri Ordinis, in chorda, siue cingulo, forma, figura, & colore*

lore habitum deferunt ferè omninò similem nobis Fratribus Minoribus: Ex quo oriuntur quandoque innumera scandala, & inconuenientia non pauca, quæ reformari oporteret à Patribus Prælatis, quibus eorum cura incumbit. Et infrà loquendo de Tertiarijs sæcularibus, sic inquit: *Tandem subdit (Collector) quòd non possunt prædicti Tertiarij sæculares, siue non Religiosi, deferre chordam nostram, cum neq; id possint alij, qui viuunt etiam collegialiter, id prohibente ipsorum Regula. Sed quantum ad hoc crediderim quòd decipitur Collector; nam chordam nostram vtrisque deferre licèt ex concessione alia Iulij II. confirmata postmodum per Clementem VII. quadam sua Bulla, quæ incipit, Ad vberes fructus.* Non negat Miranda id à Nicolao IIII. quondam prohibitum in Regula Tertiariorum; sed testatur à Iulio II. super ea prohibitione dispensatum.

Chronica etiam Minorum lingua Itala conscripta, (tomus, quem habeo, non præfert Authorem) edita Venetijs apud Giolitos 2. par. lib. 10. artic. 6. Declarationis modi regendi Fratres Tertij Ordinis S. Francisci, vbi de vestimentis agitur iuxta Regulã ipsorũ per Nicolaũ IV. approbatam, sic ait pag. 865. *Possono le Sorelle portare chordoni, poiche per loro diuotione gli è concesso da' Prelati dell' Ordine, &c.* Non agit de Fratribus, sed de sororibus; & his concessum affirmat, non à Regula, sed ex indulgentia Prælatorum. Marcus Vlyssipponensis in Chronica Minorũ 3. p. c. 1. p. 152. traducta per Fr. Ioannettinũ Niño, & edita Salamanticæ an. 1624. sic habet. *Y no pueden los dichos Penitentes traer cuerda, como los Frayles Menores; porq̃ ni aun a los de la Tercera Regla, q̃ de estos mucho despues nacieron, q̃ viuen en Congregacion, y por voto solemne son Religiosos, es concedido, que no traigan cuerda, sino correa.* & p. 226. in breui declaratione Regulæ Tertiariorum art. 6. de vestibus, sic ait. *Pueden las Hermanas traer cordones, porq̃ ya por su deuocion les es cõcedido generalmente por los Prelados de la Orden de los Frayles Menores, &c.* Non ergò eis licebat ante hanc concessionem Prælatorum. Et Frater Ioannes Carrillo, Aragoniæ Prouincialis 1. part. Historiæ Tertij Ordinis Cesar Augustę an. 1610. lib. 1. p. 50. annotatione 1. super c. 3. Regulæ Nicolai IIII. sic habet. *Los sayos botonados a manera de iotanas*

que

que llegue hasta abaxo de las rodillas; las cintas de cuero, ò cordones, como lleuan los Frayles Menores, &c. Et verba Regulæ, de quibus est controuersia, sic traduxit: *las bolsas de cuero, y correa simplemente &c.* Videat nunc Lector an saltem probabiliter simus arbitrati Nicolaũ IIII. Tertiarijs Franciscanis corrigias vesticinctorias præscripsisse.

Dixi secundò, Clarissas aliquandiu, alicubi saltèm D. Augustini Regulam obseruasse. Adhibui testẽ Illustrissimum D. Fr. Franciscum Gõzaga, Franciscanæ Religionis Generalem, & Archiepiscopum Mantuanum, qui in sui Ordinis Chronica de Conuentu Seligensi, sic habet: *T Atque Augustini Regula, & alijs constitutionibus (nondum enim Clarissarum Regula à Sede Apostolica confirmationem acceperat) à B. Virgine Clara editis, communiendum curarunt.* Approbauit Regulam Clarissarum Innocentius IIII. sub dat. Asisij 5. Idus Augusti anno 11. Pontificatus, & Christi 1253. quam Raynaldus Episcopus Card. Hostiẽs. sub dat. Perusij 16. Calend. Octobr. anno 10. Pontificatus Innocent. III. *V* (debet dicere, quarti) confirmauit.

T 3. p. Conuentu 2. Prouin. Argẽtina

V tom. 1. Bul. pag. 27. X sect. 6. §. 5. nu. 9. p. 254.

*R*epugnat etiã huic Authori, X asserens se in nullo adhuc legisse monumẽto Clarissas obseruasse Regulam S. Augustini, seque errorem deprehendisse in Francisco Gonzaga Episcopo Mantuano, non Archiepiscopo, vt ego putaui. Vocaui quidem Archiepiscopum, dicam ingenuè cũ Augustino: *Y Mendositas Codicis nos fefellit.* Et vt nõ dicã, nulla, certè non magnà culpa meus error est. Sic apud Farinacium in nouissimis tom. 2 decis. 335. n. 1. Paulus vocatur Burgẽsis Archiepiscopus, cum tantum fuerit Episcopus. Sic Dionysius Bonfant de sanctis Sardiniæ lib. 13. cap. 24. pag. 561. ipsum Franciscum Gonzaga vocat Archiepiscopum Mantuanum; & Fr. Didacus de Echaburu, Lector Theologus Cænobij de Bilbao in defensione quarumdam conclusionum an. 1642. ad Inquisitores Nauarræ pag. 4. sic ait, *El santo Arçobispo Gonzaga, &c.* & Fr. Melchior de Haciamo Franciscanus, in vita B. Genesij de la Xara editã Murciæ an. 1607. §. 4. f. 6 p. 2. ait. *Podra veer alguna cosa de esto en el libro, que ordenò el Reuerendissimo Padre Fr. Frãcisco Gonzaga General de la Orden, y aora Illustrissimo Arçobispo de Mantua.* Dymas Serpi, Prouincialis Ordinis Minorum in Sardinia, in Chronica Sanctorum Sardiniæ lib.

Y lib. 2 retract. 12.

4. cap.

4.cap.3.fol.198.sic ait. *Que el Illustrissimo y Reuerendissimo D.Fr.Francisco Gonzaga, Arçobispo de Mantua, siendo Ministro General, &c.* Sic eũ etiam vocat pag.2.&fol.199 p.2 & cap.4.fol.208.p. 2.& cap.6.fol.112.p.2, & Andreas Florindus Astigitanus in additione ad historiam Astigitanam, edita Vlyssippone apud Petrum Chrasbeeck anno 1631. in principio libri in indice Authorum, ibi: *El Illustrissimo P. Fr. Francisco Gonzaga Arçobispo de Mantua*; & in 4. operis parte §. 2. fol.106.ibi. *Segun la cuenta y la escriue el P. F. Francisco de Gonzaga Arçobispo de Mantua, &c.* At Clarissas in aliquo Monasterio Regulam D. Augustini obseruasse agnouit Gonzaga loco citato, neque dum tanto viro Franciscani cętus Generali, fidem dedimus, suspicati sumus aliquam in eo familiæ Seraphicę iniuriã irrogari. Neq; timuimus aliquem obiecturum, nos citò, aut leuiter credidisse. Sed adhuc, vltra Monasteriũ Sessigense, habemus alia, quæ aliquandiu sub Augustiniana Regula militarunt. Legat Author eumdem Illustrissimum Gonzagã in Monasterio 14. Monialiũ, quod est S. Crucis Narniæ; & reperiet illud pro Monialibus Franciscanis erectum à duobus vterinis Fratribus, quorum alter D. Francisco, alter D. Augustino deuotus erat; quæ cum vtriusque deuotioni satisfacere vellent, (ait Gonzaga) D. Augustini Regulam (sub Franciscano tamen habitu) profitebantur. Postea ab Episcopo Narniensi sub Regula Vrbani IV. viuere sunt cõpulsæ. Legat etiam (si volet Author) inter ea diplomata, quę ex Regesto Vaticano trãscripta conseruat, litteras Nicolai V. Dat. Romæ apud S. Petrum 7. Calend. Septemb. anno primo Pontific. & Christi 1447. in quibus Pontifex committit Abbati Mediolanens. suppressionẽ Ordinis, & Regulæ S. Augustini, si fuit olim in quodã Monasterio Monialium S. Claræ, quarum curam relinquere volebant Fr. Minores Domus B. Mariæ de Angelis extra muros Mediolanenses, quia sub Regula D. Augustini militabant, *licèt vt Moniales narrant* (ait Pontifex) *à ducentis annis citra, tam ipsa quàm alia Abbatissa, & Moniales dicti Monasterij, qua pro tempore fuerunt, habitum eiusdem B. Claræ gestauerunt, &c.*

Dixi tertiò hæc verba. *Et adhuc modò forma habitus satis est similis*. Neq; hoc placet Authori. *In quo autem* (ait) *adhuc assimiletur, non video* — *A sect. 6.§.nu. 10.pag. 255.*

deo colore. (Non diximus colorem esse similem, sed formã habitus) *pretio, latitudine, capitij amplitudine, vestis præcinctorio,* (Neque diximus cingulum esse simile, sed formã habitus) *per omnia distinguntur.* Omnimodam dissimilitudinem expetit Author, per me nulla sit similitudo. Tamen si placuerit, demat colorem, & fungem, & conferat Conuentuales Franciscanos cum Augustinianis Calceatis, & Franciscanos obseruantes, cum Augustinianis Excalceatis; & tunc, an forma habitus sit similis, vel non, meliùs poterit iudicare. Quod & si tunc forma habitus non satis illi similis visa fuerit, alijs fortasse videbitur. Neque nos primi diximus formam habitus adhuc esse similem. Ambrosius enim Coriolanus in sua Apologia verit. 2. ad 9. argum. hæc habet: *Ita quantum ad modum vestiendi adhuc tenemus vniformitatem; solùm est discrepãtia in cingulo, quia Minores portant Cordonem, & nos corrigiam. Discrepantia autem in colore non erat tunc temporis.*

DIFFICVLTAS XII. DE Argumento à loco, & temporis incertitudine collecto.

IMprobabilitatem Monachatus Augustiniani S. Francisci probare etiam Author intendit in Apologetico, B ex defectu cohærẽtiæ assertorum illius circa locum tyrocinij, aut suscepti instituti. Huius argumenti inefficaciã clarè (vt opinor) ostẽdi in Responsione pacifica, C ratione, & exemplis. Ratio hæc erat; *quia potest constare de re, & esse dubium de tempore, & loco, in quo facta est.* Huius autem rationis non meminit Author; & sanè quocumque se respondens verterit, semper vrget, & angit. Semper enim manet illæsa, nec retundi potest.

B §. 3. n. 10. p. 34.

C Res. 3 à n. 89. p. 52.

Exempla quædam adduximus manifesta, nec ab Authore negãtur, aut negari possũt; sed hoc his verbis excogitauit effugium: D *Ego admitto in rebus alijs constantibus & certis parùm officere historicorum, aut relatorum discrepantias circa locum aut tempus, & de rei substantia dari posse certitudinem, licèt circũstantiæ loci, & temporis sint* prorsus

D Sect. 6 §. 6. n. 2 p. 256.

prorsus incertæ. Huius generis sunt ista, quæ profers exempla. Aut iste (de quo agimus) Monachatus aliunde nullã habet certitudinẽ, totusq; quãtus est, innititur verbo æquiuoco habitus Eremitici, & testimonio horum potissimum Authorum, quorum inter se relationes sunt diuersæ. Hæc Author.

At contra est. Primò. Quia hic modus respondendi petit principium. Supponit enim vt certum id, quod arguens ex incertitudine, aut contrarietate circunstantiarum contendit esse falsum. Sicut, verbi gratia, si Casaubonus propter varietatem, & contrarietatem circunstãtiarum, quæ reperiuntur in assertoribus imaginis Edessenæ, contenderet historiam illam esse falsam, & improbabilem; non rectè Responderet illi qui diceret, non obesse contrarietatem circunstantiarum, quia historia est certa. Hoc enim esset petere principium; quia supponitur vt certum id, quod arguens contendit esse falsum. In exemplis ergò à me adductis, non ideò nõ læditur varietas circunstantiarum, quia ipsa sunt certa. Sed quia varietas circunstantiarũ non infert efficaciter falsitatem, aut improbabilitatẽ rei quoad substantiam. Semper enim est verum, quòd potest constare de re, & esse dubium de tẽpore, & loco, in quo facta est.

2. Quia ex concessione Authoris stare potest certitudo de rei substantia, & incertitudo de circunstamtijs. Ergò etiam probabilitas de rei substantia stare potest cum incertitudine circunstantiarum. Incertitudo enim circunstantiarum magis opponitur certitudini rei quoad substantiam, quam probabilitati. Ergò in nostro casu stare potest probabilitas Monachatus Augustiniani S. Francisci cũ incertitudine circunstantiarũ. Ergò ex incertitudine circunstãtiarũ, non infertur efficaciter improbabilitas Monachatus. Et sanè, si incertitudo, aut contrarietas circunstantiarum tolleret rei probabilitatem, plura essẽt improbabilia, quæ nullus vir prudens improbabilitatis damnabit, etiam si id præcipuum habeat fundamentum, quod hi dixerint, qui sibi in circunstantijs contradicunt.

Illustremus rẽ hanc dupliciexẽplo. Et sit primũ; aduẽtũ D. Pauli in Hispaniã non dicet Author esse certũ, cũ oppositum videãtur sentire Innocẽtius I. *E* & refertur in decreto dist. 11. c. Quis nesciat; & Gelasius I. *F* & D. Thom. Ægidius Roman., Dominic. Soto & alij discipuli D. Tho. in c. 15 epistolæ ad Romanos. Quin

E epist. ad Decent.
F 12. q. 2. *cap. Beatus.*

immò Dominicus Soto pag. 597. sic ait: *Attamē citra controuersiam est nusquam illuc penetrasse, licèt ita proposuisset*. Neque dicet esse improbabile, cum tot pro se habeat illustres Authores, quos latè referunt Card. Baronius in notis ad Martyrologium Romanum, G Iustinianus, in Epistolam ad Romanos, H & Viuarius, in Commentarijs ad Flauium Dextrū; I & tamen præcipuum huius aduentus fundamentum est, quod hi dixerint, qui sibi in circunstantijs cōtra dicunt. Ex assertoribus enim huius aduentus nonnulli, quos suppresso nomine retulerunt D. Thomas, K & noster Ægidius Romanus in cap. 15. ad Romanos; existimant venisse in Hispaniā tempore biennij, quo eius causa Romæ agitabatur. Verba D. Thomæ hæc sunt: *Dicunt ergò quidā quòd sicut dicitur Actor. vlt, cum venisset Romam Paulus, permissum est ei manere, cum custodiente se milite; & postea dicitur quòd mansit biennio toto in suo conducto; & in illo spatio dicunt eum in Hispaniā venisse*. Quibus verbis ferè ad verbum consensit Ægidius.

G 22. *Martij. p.* 150.
H *disp.* 3 *præm. c.* 5. *p.* 63. & *in cap.* 15. *pag.* 355.
I *Anno* 64. *pag.* 124.
K *lect.* 3. *f.* 28.
L *lect.* 51. *fol.* 59.

Alij verò arbitrantur Paulum finito illo biennio venisse in Hispaniam, & ex Hispania Romam profectum, vbi Martyrium subijt. Ita tradidere Chrysostomus, M his verbis: *Cum igitur biennium Romæ exegisset in vinculis, tandē dimissus est. Deinde in Hispaniā profectus, inuisit illic Iudæos quoque; ac tunc fortasse Romā reuersus est, quando suplicium iussu Neronis pertulit*. Theodoretus verò sic habet: N *Duobus annis primū Romæ per se degit, per se habitans in suo conductu. Cum autem illinc profectus esset in Hispaniam, & illis etiam diuinum Euangelium tradidisset, reuersus est, & tūc fuit capite truncatus*. Theophilactus etiam sic inquit: O *Deinde* (post biennium scilicèt vinculorum) *cum in Hispaniam venisset, fortè Iudæos reuisit* (in hunc sensum adducitur à Viuario. Mihi credibilius quòd loquatur de Iudæis Oriētis. Hispanos enim, quos nusquam viderat, reuisere nō poterat, sed inuisere) *inde Romam reuersus, à Nerone e viuis sublatus est*. Vnde Viuarius, vbi suprà, P sic ait: *Quot quot autē ex Doctoribus sanctis Pauli referunt peregrinationem immediatè post vincula, nullibi præter quàm in Hispaniam profectum asserunt*.

M *Homil.* 76. *in Mat.*
N *in c.* 1. *ad Philip.*
O *in præfat. ad Hebr.*
P *Anno* 66. *pag.* 14.

Alij arbitrantur venisse primò in Hispaniam, deinde in Orientem, & demum Romā. Ita fortè Theophilactus loco citato; & Theodoretus nō omninò sibi constans, sic inquiens.

quiens. Q *Quando Paulus appellatione usus, Romam à Festo missus, defensione audita fuit absolutus, & in Hispaniā profectus est, & ad alias gentes excurrens doctrinæ lumen attulit.* Bartholomeus Gauantus in historia S. Pauli, R tradit finito biennio statim in Hispaniam venisse, & fortasse postea in Orientem nauigasse. Iustinianus verò sic inquit: S *Longè credibilius est priùs nauigasse Paulum in Hispaniam, deinde aliquot Orientis Ecclesias lustrasse.*

Q Ibi. 4.

R anno 61. pag. 10.

S disp. 3 c. 5 pag.

Alij deniq; autumant primô in Orientem, deinde in Hispaniam profectum, & demum Romam; vel saltem certô statui non posse in quā partem priùs. Ita Iustinianus vbi supra: *Non est* (ait) *facilè diuinare, vtrùm priùs Orientem lustrauit, an abierit in Hispaniam.* Et alibi, T *quanquam ad Philippenses, & Philemonem, & denique ad Hebræos indicare videtur post sua vincula alias se regiones peragrasse, cū de Hispania ne verbum quidē faciat; tamen cum satis illum temporis habuisse constet, siue mox à vinculis, siue aliquanto post, potuit in Hispaniam proficisci.*

T pag. 355.

Ex his igitur sic argumentor; non constat de anno, aut tempore, quo Diu. Paulus in Hispaniam venit, aut de tempore quo in Hispania mansit, Authoribus in varias partes diuisis. Et præcipuus huius aduentus fundamentum est, quod hi, vel similes Authores dixerint, licèt sibi in aliqua circunstantia cōtradicant. Et hoc non obstante negari nō potest probabilitas huius aduentus. Ergô neque negari poterit probabilitas Monachatus Augustiniani S. Francisci, ex eo fundamento, quòd præcipui assertores illius in aliqua circunstantia sibi contradicunt.

Secundum exemplum est. Christum Dominum misisse Epistolam ad Abagarum, est valde probabile, non tamē certum; vt & ipse Author (ni me fallo) fatebitur; & tamen præcipuum huius historiæ fundamentum est quòd refertur ab aliquibus Authoribus, inter quos magna est discrepantia, circa tēpus, in quo scripta est, circa latorem per quem missa est, & circa contenta in ipsa.

Circa tempus; quia aliqui putant scriptam fuisse dum Christus suum Euangelium prædicaret. Ita Darius Comes Epist. 263. inter Augustinianas; Constantinus Porphyrogenitus in relatione de imagine Edessena, apud Surium; V & alij. Stephanus verô Papa relatus ab Adriano I. in Epistola ad Carolum de imagini-

V tom. 4. pag. 739.

ginibus, tradit id contigisse propinquante passionis die.

Circa latorem; Constantinus Porphyrogenitus vbi suprà, meminit asserentium fuisse Ananiam. Abagari legatum ad Christum: At Glicas, X & Abulensis Y tradunt fuisse Thadæum.

X in Leone Isauric.

Y quæst. 122. in cap. 4. Matth.

Circa contenta in Epistola; quidam vel exprimunt, vel innuunt fuisse in ea promissam vrbi Edessæ à Christo securitatem ab hostibus, donec in vrbe duraret imago. Ita Darius Comes, & Constantinus Porphyrogenitus vbi suprà. Z Euagrius, A & acta Ss. Samonæ, Guriæ & Abibi apud Surium. B Alij vero nihil huiusmodi in ea contineri aduertũt, vel Epistolam verbatim, sine ea clausula, inseruere. Ita Eusebius Cæsariensis, C & Nicephorus Calixtus. D

Z pag. 742.

A lib. 4 c. 26.

B tom. 1 c. 16. p. 361.

C lib. 1. c. 13.

D libr. 17. cap. 16.

Ecce præcipuum fundamentum huius Epistolæ est, quòd hi dixerint, qui sibi in aliqua circunstantia contradicunt; & tamen hoc non obstãte est probabilis hæc Epistola; ergo etiam erit probabilis Monachatus (de quo agimus) licèt præcipuũ eius fundamentũ sit quòd hi dixerint, qui sibi in aliqua circunstãtia contradicunt. Vnde eleganter, & ad rem Constantinus Porphyrogenitus in oratione sæpè citata de imagine Edessena idem argumentum retinedit his verbis. E *Et hoc quidẽ est quod dicitur à pluribus, quod neq; remotum est à probabilitate, neq; bonis eget testibus. Cæterum hoc quoq; exponam, ne quis suspicetur de me, dum ego id ignorarem, tenuisse alterum. Neq; omninò est mirũ in tanto tempore errasse historiam sæpè. Nã in eo quod est in hac re præcipuũ, omnes consentiunt, & confitentur ex facie Dominica admirabiliter in linteo fuisse formam expressã; in nonnulla autem rei circunstantia, seu in tẽpore differũt; quod quidem nil lædit veritatẽ, seu priùs factum sit, seu posteriùs.* Quid pulchrius, aut aptius dici potuit, pro nostra responsione ad obiectionem Authoris retundendam.

E to. 4. Surij c. 7. pag. 740.

Ex his satis superq; dissoluta manebat obiectio. Vltra tamen addidimus; F me in Authorum allegatorum verbis non inuenire eum defectũ cohærentiæ, qui illis imponitur, de loco tyrocinij, aut suscepti instituti. Admittit iã Author G Pamphilum, Critanam, & Morigiam admittere posse explicationem, quã adhibeo de diuersoincolatu in varijs Thusciæ Monasterijs, dũ Romã iret, vel rediret. Iã ergo desinet clamare in Apologetico §. 3. n. 10 p. 35. *Cæsenna ciuitas est Romanulæ; Saxetũ, vrbs Pisarũ,*

F Resp. 3. n. 94. pag. 54

G sect. 6. §. 6. nu. 4. p. 258.

& Senensis, longis interuallis dissident in Tuscia; Pisaurum ciuitas est in Piceno. Ita vt nō solum diuersæ ciuitates, & loca; verum etiam & varia Regiones, atq; Prouinciæ, tyrocinio Francisci præscribantur. Desinet inquam sic clamare, quia iā agnoscit nō tot Prouincias & Regiones D. Francisci tyrocinio prescribi. Nō tamē patitur alios Authores posse in eū sensū, vel similē explicari.

In primis, *Henricus Vrimarius, & Iordanus Savo*, (ait Author) *de loco, inter se, vti ipse admittis, non obscurè dissidēt. Ille ex alijs refert S. Franciscū fuisse Fratrem Ordinis S. Augustini in loco S. Iacobi de Aqua viua, iuxta Pisas; hic indicat factum Augustinianū apud Budriolum, propè Cæsennā, &c. At qui in hic vnica assertione, & breui relatione manifestum est dissidium. Ita fatetur tuus Magister Marquez.* H Bien (*inquit*) echo de ver que aunque los Authores alegados cōcuerdan en q̄ S. Francisco fue Frayle de nuestra Orden, discrepā vnos de otros en la Conuētualidad, &c. *Vide ergò quam fragile sit Monachatus fundamentū.* Huc vsq; Author, quasi iā nō ostēdissem⁹ discreāptiā circūstātiarū nō lędere veritatē, aut probabilitatē rei quo ad substātiā, in qua ipsi Authores, in alijs discrepātes, cōueniūt.

H c. 26 §. 4.

Sed adhuc, vt cōstet in Henrico, & Iordano non esse tam apertum dissidium, quod non possit in concordiam reduci, adducamus verba Magistri Marquez, & nostra, quæ sibi Author fauisse putauit. Marquez loco citato, I sic ait. *Pero esto no deue enflaquezer la parte en que concuerdan todos, porque conforme a derecho la discordia de los testigos se ha de procurar cōcordar.* K *Y en caso que no sea possible, se ha de estar en el punto en que no conciertan al dicho de los que deponen con mas vero similitud.* L Et infrà. *Y ya podia ser que por el discurso de aquellos dos años andando el Seraphico Padre por los Yermos de la Toscana, llegase alguna vez cerca de Pisa, y fuesse hospedado en el Conuento de SanTiago de Agua viua (donde es de creer que conocida su gran santidad le tendrian todo el tiempo que pudiessen los Religiosos) y que si testes se deslumbrassen en esto, los que dixeron que auia tomado nuestro habito.* Hæc Marquez. Nos verò in Responsione pacifica M sic habemus. *Alij verò Authores nec verbum habent de loco tyrocinij; inter solum Iordanum, & Henricum est aliquale dissidium, quod potest in concordiam reduci, si dicamus, vel, vt asserit Marquez, Beatum Fran-*

I p. 432.

K cap. si testes 4. q. 3. & ibi Glos. verbo Eorū c. cū tu filij 10. de testibus & ibi Glos. verbo benigne.

L obcarmen §. si testes ff. de testibus.

M Res. 3. n. 94. pag. 54.

Z Resp. 4. num. 333. pagi. 153. & nu. 364. p. 161.

A c. 22. §. 3. p. 374.

erat Augustinianus. Ita intitulimus in Responsione pacifica; & Z Marquez in suo libro de Origine Ordinis Eremitarũ S. Augustini, vbi, A sic inquit. *Ni estriuamos en q̃ S. Francisco fue Hermitaño, para inferir que lo fue de nuestra Orden; sino en q̃ fue Hermitaño de habito, y insignias ciertas, que en aquel tiempo no se hallauan fuera de nuestra Religion.* Sic Epitaphiũ Ioãnis Duns Scoti lib. sent. subiunctum, quod MS. extare Oxoniæ in Collegio Caij testatur Thomas Dempsterus, in Scoto asserto ciue Scotiæ pag. 27. Scotum fuisse Franciscanum hoc vno carmine satis expresit.

Quem vestis vilis, pes nudus, corda coronant.

Secundo probat. Quia qui primi dixerunt habitum Eremititum, vt indicarent non esse regularem, vilem, & Eremiticum, vel honestũ & Eremiticum appellarunt; nemo regularem, aut Augustinianũ nũcupauit. Hoc fundamentum dissoluimus supra. B Si appellassent regularem, aut Augustinianum, admitteret Author, vt certum, quód nũc improbabile censet, & nos probabile arbitramur. Vide Marquez c. 21. §. 2. pag. 457.

B §. 6. dis. 11.

Tertiò pro[illegible] Mar

C c. 24. §. 6. p. 408.

D Resp. 3. n. 57. p. 43.

E §. 6. diss. 10.

F Resp. 4. à nu. 356. pagi. 159. & seqq.

quez, C & ego, D à renunciatis Patri vestibus Monachatum Augustinianum D. Francisci inchoamus; quod cohærere non potest cũ ijs, quæ Bonauẽtura, & alij recẽsent. Sed ab hac calumnia, quæ sub aliquo prætextu illi posset attribui, Magistrũ vindicauimus supra, E & clarè ostendimus id nobis perperam, & gratis imponi. Adde. Quamuis ita fuisset à nobis assertum, non tolleretur probabilitas Monachatus. Argumentum enim non rem conuicisset, sed homines.

Quarto probat. Quia ex his, quæ Franciscus abiecit, nihil est adeô Religiosum, aut sacrum, aut alicui regulari instituto proprium, & peculiare, quod omnibus Anachoretis, & Eremicolis, immo & vniuerso hominum statui non sit commune. Hanc obiectionem dissoluimus in Respõsione pacifica; F quia tunc temporis tunica, corrigia, baculus, & calcei, hæc omnia simul sumpta, peculiariter conueniebant Eremitis Congregationis B. Ioannis Boni; & ideô qui his omnibus videt ornatum & indutum D. Franciscũ illo biennio, probabiliter infert fuisse Eremitam illius Congregationis, dum oppositum nõ demõstratur. Vide quæ dixi

 mus

mus in Responsione pacifica. G

G *Resp. 4. nu. 2. pag. 62. & num. 364. pagi. 161.*

Quintô probat. Quia authores, qui habitus Eremitici meminerunt, inquiunt reiecisse baculum, & corrigiã. At si hæc essent Monachalis vestis partes, non ea contẽptibiliter reiicere, aut asper nari diceretur Franciscus; vt & Author in Apologetico notauit. H Retudimus hanc obiectionẽ in responsione pacifica, I quia nõ omne quod reijcitur, vt malum, & vile reiicitur, satis est vt reijciatur quôd sit minùs congruũ fini prætento. Neque Frãciscus reiiceret corrigiam reputans illam vilem, & asper nabilem, quamuis sancti viri fuisse præcincti perhibentur. Diximus ex Antonio Nebrissensi, & Didaco Ximenez Arias, reiicere idẽ esse quod, *Retroiacere*, *vel repellere*, *vel vilem habere*. Quare ergo in presenti potiùs erit vilem habere, quod superbum fuisset; quàm repellere à se; quod conuenit deuotioni & ardori Seraphici Francisci volentis austeriorem vitam amplecti? Quædã etiam ibi ad rei clarissimæ probationem adiecimus.

H *§. 5. nu. 25. pagina 109.*

I *Resp. 5. num. 852. p. 429.*

K *sect. 7. §. 1. num. 6. pa. 262*

Sed respondet Author K me voluisse mitigare verbũ hoc, *Reiicere* & placidiori significatione cupisse actionẽ hanc Francisci cohonestare, neque placuisse mihi vocis proprietates, quas ipse ab eloquẽtiæ Magistro Cicerone deduxit, *spernere*, *aspernari*, *refutare*; & proinde ex quibusdam Vocabularijs ita interpretandam docuisse, *retroiacere*, *repellere*, *vile habere*. Addit se admitte re meas explicationes, & me interprete dicere Franciscũ retroiecisse, repulisse, vilia habuisse baculum, & corrigiam. *Vel hic* (ait) *Francisci pietatem, & Religionem cõdemna, vel abistis insignibus omne Religionis abrade vestigium.*

Bellè sanè, ad rem, & ad hominem, quasi contra elinguem, & semper taciturum. Diximus, *reiicere idem est atque retroiacere, vel etiam repellere, vel etiam vilem habere*. Et quasi asseruissẽ hæc omnia semper simul significare; refert Author me docere, *reiicere idem esse atque retroiacere, repellere, vile habere*; & hinc infert me interprete, D. Franciscum retroiecisse, repulisse, & vilia habuisse, baculum, & corrigiam. Non ignorauit Author longè nõ esse ab hac interpretatione; & ideô cum nos vsi essemus illa particula disiunctiua, *vel*, illam omisit, dum retulit nostram interpretationem.

Et

Et quomodo id poterat ignorare, cum ibi toti simus ad probandum verbum, *reiicere*, non semper esse idem quod spernere, & aspernari? Vnde & hæc adiecimus L vbi supra. *Licet enim aliquando reiicere sumatur pro dimittere cum aspernatione, & cõtemptu; quandoque verò secus contingit, & idem significat atque dimittere, siue repellere*. Hæc ego ibi; & adhuc me interprete, vult Author Frãciscum vilia habuisse baculum & corrigiam.

L *num.* 852. *p.* 410.

Sed vt adhuc magis constet Authori verbum, *reiicere*, neque propriè, neque semper significare, *spernere*, & *aspernari*, addamus & quædam alia ex Calepino, & sacro textu. Calepinus sic habet. *Reiicio, is, pe. cor, retrorsum iacio, in tergum abiicio, &c. Vt reiecto scuto fugere apud Ciceronem de orat*. (vocis etiã proprietatẽ ab eloquentiæ Magistro Cicerone deducimus.) *Virg.* 11. *Æn. reiiciunt parmas, & equos admænia ducunt. Quandoque est repellere, arcere, &c. Quandoque respuo, contemno, nihil facio, &c.* Sacer verò textus de adolescẽte, qui in nocte passionis sequebatur Christum amictus sindone super nudo, vbi alij vertunt, *relicta*, sic inquit nostra Vulgata. M *At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis*. Vbi hæc addidit Maldonatus. *Sindonem reliquit, vel quia sindone à militibus tenebatur, & fugere, nisi ea in ipsorum manibus relicta non poterat, &c. aut quia cũ conarentur eum apprehendere, sindonem quò expeditior fugeret abiecerit*. Non reiecit sindonem quia spreuit, aspernatus est, & vilem reputauit; sed quia fugæ erat incommoda. Vnde ergò habet Author quod cum de Seraphico Francisco dicitur, reiecit baculum & corrigiam, idem sit quod, spreuit, aspernatus est, vilia habuit, cum possit idem significare atq; retroiacere, repellere, quia erant incommoda fini præintento; sicut miles vt fugiat reiicit scutum, & adolescens reiecit sindonem, vt fugeret, vel vt fugeret expeditior?

M Marci 14. V. 52 N. *colu.* 848.

Adde. Etiam si habitus Eremiticus D. Francisci esset sæcularis, non sacer, neque Religiosus, negari non potest fuisse honestum, vt vocauit Antoninus; & pœnitentem, vt Author appellauit: O Quis autem credet humillimum Franciscũ spreuisse, aspernatum esse, & vilem habuisse habitum pœnitentẽ & honestum? Qua enim ratione

O *Sect.* 6. §. 4. *num.* 7. *p.* 248.

tione hiccine contemptus & aspernatio summæ Francisci humilitati non repugnaret?

Sexto probat Author habitum Ereniticum illius biẽnij non fuisse Regularem; quia cum reliquis vestis Erẽmiticæ partibus peram, pecuniam, sacculum gestasse, abdicasse, reiecisse, ab ijsdẽ authoribus refertur. *Anne* (ait) *& hæc etiam vestri habitus sunt partes? An potiùs pauperum, & Anachoretarum adminicula? Eodem orationis contextu cuncta referuntur, eodemq; sensu, aut iudicio, vel prophanis, vel sacris vsibus deputanda.* Sic Author: nos aliter. Nõ omnino sic loquũtur Authores de sacculo, pera, & pecunia, atq; de vestibus D. Francisci legẽda triũ sociorũ, & D. Bonauentura P sic habent, *perã reiicit, & pecuniam execratur.* Vincentius Beluacensis, Q sic: *Sacculoq; & pera non vtens.* Antoninus eadem verba transcripsit tit. 24. cap. 2. & mox cap. 7. *Peram & pecuniam abdicauit.* Sed esto eodem contextu, & sub eodem verbo omnia referrentur, quis rectè inferat, vel omnia esse sacra, vel omnia esse prophana? *Non* regularis potest in via sacculum, perã, & pecuniam deferre, & illa reiicere, & abdicare? *Fiunt* ne sacra quia portantur à Religioso, & fiunt partes vestis illius? vel indumẽta Religiosa, quæ gestat, propter consortium sacculi, peræ, & pecuniæ in prophana transmutantur? Quôd si neutrum horum fit, quà inductione colligitur ex reiectione omnium, vel omnia fuisse sacra, vel omnia fuisse prophana? Non ne sacculus, siue pera & pecunia, sunt etiam pauperũ Religiosorũ adminicula? Scio hæc obiecta aliquibus visa, nec digna prælo, nec responsione. Mihi visum congruere obiecta referre, & dissoluere, vt norit lector vtrumque. Adde. Non minus quæri potest an sacculus, pera, & pecunia essent partes habitus Eremitici, & pœnitentis, quem Author admittit in B. Francisco; & non dicet esse partes illius habitus, sed extrinseca adminicula. Quare ergo idẽ dici non poterit ab his, qui habitum illum fuisse Religiosum arbitrantur?

P cap. 3

Q libr. 29. cap. 98.

Retulimus, & vt credo, retudimus, argumenta Authoris, quibus probare conabatur habitum Eremiticum illius biennij fuisse sæcularem. Referamus modô fundamenta, quibus in Responsione pacifica R probabiliter

R Respons. 4 à nu. 1. pag. 62.

biliter

biliter colligi ex habitu Eremitico illius biennij S. Franciscum fuisse Augustinianum cum M. Marquez curauimus persuadere; eaque, quę nunc illis Author respondet, aut obiicit, si fortè possumus, impugnemus, aut dissoluamus.

Fundamentum principale, in cuius probationem & firmitatē alia deseruiunt, hoc est. D. Franciscus eo biennio indutus incesSit habitu Eremitico, quo tunc temporis vtebantur Eremitæ Augustiniani Congregationis B. Ioannis Boni. Ergo erat Augustinianus; & consequenter eius habitus Eremiticus erat sacer, & Religiosus. An eo tempore Eremitæ Beati Ioannis Boni eo habitu vterentur, difficultate sequenti disputabimus cum Authore. Modò admisso antecedenti, probabilitatē cōsequentiæ suadeamus, fortasSis alicui persuadebimus.

Prima igitur probatio probabilitatis consequentiæ, hæc est. B. Franciscus fuit illo biennio Religiosus. Sed portabat habitū Augustinianis conuenientem; ergo erat Augustinianus. Maior, in qua est difficultas, probatur primo ex his Gregorij IX. verbis. *Siquidem nota sæculis vita respōdeat, quòd postquam Religionis habitum assumpsit, vacādo virtutibus carnis continuum subijt cruciatum.* Hunc autē cruciatum non tantum subijt post institutum Ordinē, sed etiam illo biēnio, in quo portans habitum Eremiticū virtutibus vacauit. Ergo Pontifex, qui non dixit, post quam suum Ordinem instituit, sed, *Postquam Religionis assumpsit habitum*, carnis subijsse cruciatū, innuit eum fuisse Religiosum ante Ordinem institutum; atque adeò illo biennio habitus Eremitici. Alias diminuisset gloriam eius, quando eū efferre, & laudare intendebat. Gloriosius enim Frāciscò est vacasse virtutibus, & continuum subiisse cruciatum etiam biennio ipso habitus Eremitici, quàm tantummodo post Ordinem Seraphicum institutum.

Respondet Author S. se consuluisse Bullam Gregorij ad Episcopū Olomucensem, non Clomorensem, vt ego habeo; (meliùs dixisset vt habet Emmanuel Rodriguez, Franciscanus. Is enim in suo Compendio priuilegiorum Regularium in editione, quam tunc vidi, pag. 26. Episcopum Clomorensem vocauit; & in editione Lugdu- *S. sect. 7. §. 1. nu. 10. & 12. pa. 266 & 267.*

Lugdunẽsi anno 1613. sumptibus Horatij Cardon pag. 12. sic transcribit: *Vener. Fratri Episcopo Clomotensi.* Et eodem modo habet in editione Antuerpiensi Anni 1616. pag. 12. Ego autem vbi supra sic allegaui: *Apud Emmanuelẽ Rodriguez Episcopum Clomotensem, de stigmatibus dubitantem, &c.* Adde, in libro Monumenta Ordinis Minorum, edito Salmanticæ anno 1511. mense Iunio in vigilia Pentecostes, impensis Ioannis de Porras, & industria Fratrum Minorum de obseruantia fol. 95. pag. 2. sic habetur. *Vener. Fratri Episcopo Clomotensi, &c.* Et hæc Bulla ibi extat authentica. Adhuc autem gratias Authori referimus pro correctione erroris. Non enim volumus quôd patiatur nos errare cum magnis. Sat nobis esset, si toleraret probabiliter arbitrari cum maximis. Addit deindè se admiratũ, adeô tenui me fundamento ductum, vt ex illa hunc deducerem Monachatum; quia planum est Pontificem loqui de susceptione habitus Minoritici, seu instituti, vt nemo ab affectu liber aliter ea verba possit interpretari? sic ille censet. Nos autẽ adhuc existimamus posse illa uerba Gregorij probabiliter accipi in sensu à nobis intento. Quis meliùs senserit, lector ab affectu liber meliùs iudicabit, nec desperamus aliquem nobis consensurum.

Secundô probauimus eandem maiorem. Quia D. Bonauentura in Determinationibus super Regulam B. Frãcisci T sic ait. *Et quia nõ suffecit ei vt ista in propria persona tãtùm ageret, voluit instituere Ordinem vt multos cooperatores haberet.* Ex quibus verbis, sic intulimus in responsione pacifica. V *Ergo indicat ante institutum suũ Ordinem fuisse Religiosum; aliàs non diceret, & quia nõ suffecit; sed, quia non sufficiebat ei.* Mira hæc Authori subtilitas in discrimine excogitando visa est. X Sed multô magis mirum est virum doctum, & in doctrina Subtilis Scoti tandiu versatum, non agnoscere inter, *sufficiebat*, & *suffecit*, aliquod discrimẽ indicari. Qui enim ait, non suffecit mihi vt hoc agerẽ, indicat se illud egisse: qui verô ait nõ sufficiebat mihi vt hoc agerem, non indicat se illud egisse: Sicut siquis diceret, & quia non suffecit mihi vt litteras scirem, ad fauores transij; indicaret se litteras sciuisse; quod non ita indicaret

T *q. 1. f. 248.*

V *Resp. 4. n. 1. p. 62.*

X *Sect. 7. §. 1. nu. 13. p. 268.*

caret si diceret; & quia non sufficiebat mihi vt litteras scirem, ad fauores transij.

Tertiò probauimus eandem maiorem. Quia D. Bonauentura in Prologo legendæ B. Francisci apud Suriū Y sic ait. *Agitur enim primo de conuersatione illius in habitu sæculari. Secundo de perfecta eius cōuersione ad Deū, & reparatione trium Ecclesiarum. Tertio de institutione Religionis, & aprobatione Regulæ.* Ex quibus, sic intulimus vbi supra. *Fuit ergo ante institutionem Ordinis perfectè conuersus, & non in habitu sæculari. Vnde meritò doctus P. Fr. Ioannes de Pineda ex Ordine Seraphico,* Z *dixit de B. Francisco; Fue su primera conuersion al Señor por vida Religiosa año de* 1206.

Y to.5. pagin. 578.

Z 3. p. Monarch. libr. 22. cap. 23. §. 2.

Respondet Author vbi supra, ex titulo perfectæ cōuersionis præposito Religionis institutioni solùm inferri, quòd perfectè abdicauerit terrena, renunciatis patri etiam intimis vestibus, & iure successionis: Pinedā verò loqui de præludio Religionis, quod à mundi abnegatione, & recessu à sæculo incæpit. Qua ratione Iordanus de Saxonia in Vitas Fratrum A Religiosos & professos vocat eos, qui sua abnegarunt, & Deo in Eremis seruierunt.

A lib. 1. capit. 9.

Sed contra hasce solutiones est. Primo, quia licet Bonauentura, & Pineda possint explicari in sensu Authoris; quis tamen ab affectu liber inficiabitur, probabilissimè exponi per sectam conuersionem non in habitu sæculari, de conuersione ad statum vitæ propriè regularis? & Pinedam de vita Religiosa propriè, & strictè accepta? *Loquendo autem,* (vt optimè aduertit Ludouicus de Miranda, Franciscanus, in Manuali Prælatorum B) *de Religione propriè, strictè, & in rigore, illis tantum viris, & Ecclesiasticis personis, Religiosorum competit nomen, qui sponte sua omnia exuti, castitatem, siue continētiam professi, sub vnius Prælati obedientia, in Monasteriorum angustijs conciusi sese alicui deuouerunt approbatæ Religioni.* Et an is sit sensus Pinedæ, consulat lector M. Marquez, C qui testimonium Pinedę in sensu à nobis allato produxit. Iordanus verò expressè agit de professione latè accepta. Sic enim ait. D *Sed aliud est à professione cum voto solemni in manu Prælati facta cadere; & aliud à professione priuata, & vltronea, ad tēpus,*

B tom. 1 q. 10. artic. 1. p. 57.

C c. 21. §. 5. pag 366.

D Dubi supra pag. 19.

ex

ex causa discedere. Prima quidē inter has professio obligat hominē semper. Secūda verò non nisi quādiu placet, & expedit, sicut professus aliquam facultatem (ecce in quo sensu loquitur de professione) *dimittit eius exercitium quandiu sibi placuerit; quomodo Augustinus cum iā conuersus esset, solutus fuit à professione rethorica, vt ipse dicit ix. lib. Confess. Nec in proposito isto per professionem priuatam intelligo votū simplex, quod semper etiā obligat coram Deo, sed quamdam professionem vtroneā sicut in exemplo posito.* Secundò contra est. Quia perfecta conuersio ad Deum in habitu non sæculari, simpliciter, & absolutè loquendo significat statum verè, & propriè Religiosum. Vnde Augustinus ad Hilarium, E vt indicaret se esse verè Religiosum & propriè, perfectionem suæ conuersionis expressit his verbis. *Ego, qui hæc scribo, perfectionem, de qua Dominus locutus est,* F *quando ait diuiti adolescēti,* vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo; & veni sequere me; *Vehemēter adamaui, & non meis viribus, sed gratia ipsius adiuuante sic feci.* Et post pauca. *Quātum autem in hac perfectionis via profecerim, magis quidem noui ego, quam quisquā alius homo; sed magis Deus, quam ego.*

E *Epist.* 89.

F *Math.* 19.

Secunda probatio probabilitatis consequētiæ, (qua etiam ex parte vsus est Marquez) G hæc est. Ioannes Diaconus in vita S. Gregorij H ex Balthei exilitate, quæ vnius pollicis mensurā non excedebat, colligit virum sanctum fuisse Monachum Benedictinum: & Antonius de Yepes in Chronica Benedictina I credit corpus Monachi, quod inuenitur indutum habitu albo, cōmuni Dominicanis, & Augustinianis, reputandum esse Augustiniani fratris sine dubio, si pręcinctus esset ampla corrigia; quia Ordo S. Dominici fert corrigiam augustam; & Don Franciscus de Esquiuel Archiepiscopus Caralitanus in Relatione de inuentione Sanctorum vrbis Calaris, K ex fibula ampla corrigiæ inuenta cum corpore cuiusdam sancti, intulit sanctum illū fuisse Monachum Augustinianū; quod etiam inde deduxit Seraphinus Squirra, Sardus, Capuccinus. L Si ergo ex sola corrigia colligunt tanti authores alium esse Benedictinum, & alios Augustinianos: quare

G *c.* 22. *§.* 1. *p.* 369. *&* *§.* 3. *p.* 363.

H *lib.* 4 *c.* 80.

I *tom.* 1 *an.* 576 *cap.* 2.

K *pag.* 35.

L *p. hist inuentionis eorūdem SS. M. M.*

re ex corrigia, & alijs notis habitus Augustiniani saltem non infertur probabiliter, sanctum Franciscum illo biennio fuisse Augustinianum Eremitam?

M Sect. 7. §. 1. nu. 8. p. 263. Respondet Author plura. *M* Primum est; Ioannē Diaconum non solum ex mediocritate habitus, & balthei exilitate probare S. Gregorium D. Benedicti Regulam obseruasse; sed insuper datā operā ostendere non fuisse Ordinis S. Basilij; (quæ duo dumtaxat, quando Diaconus scripsit, erant Monastica instituta.) Constituto autem certamine inter illos duos Monasticos Ordines, rectè adiudicatur Monachatus Gregorij Benedictinis, quorum exile, non latū Basilianum baltheum portabat. Et hoc exemplo apposito confirmauit Yepes. Supposito enim Monachatu, recto iudicio tribuitur illi Religioni, cuius notiora portat insignia. At in nostro casu nihil incertius ipso Monachatu; & integram Francisci vestem æquo iure vendicare posset laicus, & cænobita.

Sed contra hanc Responsionem est. Primò, quia licet data opera Ioannes Diaconus contendat Gregorium non fuisse Ordinis S. Basilij; tamen existimat illius Monachatum Benedictinum ex balthei exilitate clarè probari. Sic enim ait vbi supra: *Porro in exilitate balthei, quæ vnius pollicis mensurā nunquam excedit, speciem propositi regularis, olim a S. Benedicto statuti, cuius ipse vitam describens in Dialogo, regulam quoque laudauerat, eum seruasse luce clarius manifestat.* Si ergo species Monachatus infertur ex sola exilitate balthei, cur non infertur Monachatus, & Monachatus Augustinianus, ex notis pluribus, quæ simul sumptæ solis Monachis Augustinianis conueniunt? Secundò, quia quis reuelauit Authori tēpore Ioannis Diaconi tantum extitisse SS. Basilij, & Benedicti Monastica instituta? Vndè nouit iam tūc defuisse Monasticum institutum, quod ab Augustino fundatum tot Summi Pontifices agnouere? Vndè conuincit contra Cardinalis Baronij sententiam Ordinem S. Æquitij non esse distinctum à Basiliano, & Benedictino? Vndè probat iā tunc extinctū Ordinem Theodati Abbatis, sub cuius Regula, & non sub Basilij Regula credit *N* Benedictum militasse ante proprium Ordinem institutum? Tertiò, quia Antonius Yepes, non supponit N Sect. 6. §. 1. nu. 4. p. 225.

si hoc non fuerit, mihi difficile est ea omnia conciliare.

Secundum, quod dixi, est; à Ludouico Puteno Franciscano in Trilogio animæ, edito anno 1498. transcribitur eadem Gregorij Bulla, & ibi sic habetur: *Et bonæ mem. Gregorium tit. S. Sabinæ Presbyt. Card. &c.* Addidi per ea tempora duos reperiri Cardinales Gregorios, nempè Gregoriũ Crescentium, Diaconum Card. S. Theodori; & Gregorium Theodulum Presbyterum Card. tit. S. Anastasiæ sub Honorio III. defunctum, & sic intuli? *Vnde si quis eorum fuit cũ Alexandro IV. Legatus Lombardiæ, debuit esse Gregorius Crescentius.* Iudicet modo Lector, an ibi fidẽter affirmemus socium Ramaldi fuisse Gregorium; vel ita affirmemus, vt iure dixerit Author, *Gregorius ille tuus Crescentius.*

Sed obijcit Author in Defensione vbi supra, Socium Rainaldi, non potuisse esse Gregorium Crescentium, quia post Thomã an. 1239. defunctum, nullus fuit Cardinalis tit. S. Sabinæ, vsque ad Hugonem de S. Caro an. 1244. creatum; & quia in nupera editione Ciaconij Gregorius an. 1208. 5. idus Maij obijsse refertur, & non nisi Diaconus S. Theodori nuncupabatur. At hæc leuia sunt. Vndè enim tunc constabat, inter Thomam, & Hugonem nullum alium S. Sabinæ Cardinalem intercessisse? Gregorium autem an. 1208. decessisse repugnat Onuphrio, & ipsi nuperæ editioni Ciaconij sibi cõtrariæ. Teste enim Onuphrio, *M* & Ciaconio, *N* Gregorius Crescentius interfuit an. 1216. electioni Honorij III. & vt addit Ciaconius, *O* subscripsit an. 1224. Bullæ S. Geminiani in Thuscia; & adfuit creationi Gregorij IX. an. 1227. Non ergo obijt Crescẽtius an. 1208. Adde. In Bullario Laertij Cherubini *P* Gregorius S. Theodori Diac. Cardin. 11. Cal. Ianuarij an. 1216. subcripsit approbationi Ordinis Prædicatorum.

M *pag.* 139.
N *col.* 644.
O *col.* 660. & 673.
P *to.* 1. *pag.* 45.

Diximus ergo, non firmiter asserentes, sed dubitantes; nõ affirmantes, sed suspicantes, & conijcientes, Rainaldi in legatione comitem non fuisse Thomam Capuanum; sed forsan Gregorium Crescentium. Vndè in Responsione pacifica, *Q* sic retulimus. *Accesserũt ergo Patres Franciscani in Lombardia ad Legatos Rainaldum Episcopum Ostiensem,*

Q *Resp.* 4. *n.* 191. *pa.* 110

sem, ipsorum Protectorem, postea Alexandrum IIII. & nescio quẽ alium (fortè Gregorium Crescentium, vt supra notauimus) Presbyterũ Card. tit. S. Sabinæ. Et hæc, adhuc dubitantes, adiecimus, dum nimium fideremus Ludouico Pruteno, & R. P. Fr. Lucæ Vvadingo, Frãciscanis; & M. Marquez Augustiniano, Onuphrio, & Ciaconio, locis supra citatis. Vndè nõ immeritô quadrabunt nostræ excusationi verba Hieronymi cõtra Ru-
R lib. 2 finũ. *R Inter cæteros posui; & hunc librum à Pamphi-*
fol. 334 *lo editũ; ita putans esse, vt a te, & à tuis discipulis fuerat diuulgatũ. Credidi enim eius esse librum, quẽ titulus præferebat.* Nunc autẽ noua nos illuminante luce Regesti Vaticani, & Bullarij Augustiniani, & Authore suum errorẽ agnoscente in relatione verborum Bullæ Gregorianæ, nos etiam dubitationes, & suspiciones nostras deponimus, & Thomã Capuanũ fuisse Rainaldi comitem agnoscimus, & fatemur.

Sed quę causa controuersiæ inter Minores, & Eremitas extitit? Respondet Au-
S Sect. thor in noua otiã Defensio-
7. §. 2. n ne: *S Quia adeò variabant*
1. p. 270 *Eremitæ Ordinis sui substã-tiã, & habitus formã, vt omnino similes viderẽtur Minoritis, in multiplicẽ derogationẽ eorundẽ, & scandalum plurimorum.* De hoc scandalo, & derogatione infra redibit sermo.

Et vndè oriebatur hæc vniformitas? Respondet Au-
thor in Apologetico: *T Quia* T §. 4.
Francisci vestem hominibus n. 26. p.
iam probatam, & gratam in- 67.
duebant Eremitæ variantes formã sui habitus, & Ordinis substantiã, vt maiorem sentirent, & reciperent in populis charitatem. Sic ille. Sed immeritô, & absq; vllo fundamẽto, vt clarè ostẽdi
in Respõsione pacifica. *V Or-* V Resp.
ta quidẽ fuit controuersia, 4. n. 279
nõ quia habitus Eremitarũ pa. 106.
B. Ioãnis Boni esset idẽ cum & num.
habitu Minorũ; neq; quia ha- 338. pa.
bitus Minorũ esset ab Ere- 154.
mitis vsurpatus, vt maiorẽ reciperẽt à populis charitatẽ. Quis vir pius, & Religiosus hoc de sodalitate Religiosa, immô, & sanctissima, sine temeritate poterit suspicari, dũ clara, & manifesta nõ suppetũt testimonia, qualia in prę senti nõ extant, immô nec verôsimilia inueniũtur? Neq; Alexãdri IIII. verba, quidquid Author gratis velit in sua Defẽsione sect. 1. nu. 9. p. 150. id vel leuiter insinuant. Sẽ-

sus

sus enim est clarissimus. Nō enim ait Pōtifex eos variasse formā habitus, vt crederētur. Sed adeò variasse formā, vt dilectis filijs Fratribus Minoribus vniformes crederētur. Quæ duo lōgè diuersa sunt. Orta est igitur, quia cū habitus propriꝰ Eremitarū B. Ioānis Boni, nigri, vel albi deberet esse coloris, aliquādo vtebātur albo, aliquando nigro, & aliquādo ferebant baculos, aliquando non ferebant; & prę cipuè quādo albo colore vtebantur, & sine baculis incedebant, valdè similes erant in habitu exteriori Patribus Frāciscanis, & vt tales à pluribus in populo credebantur. Vndè in Bulla Innocentij IV. de an. 1252. adducta à Marquez, X sic ait Guillelmus Cardin. Protector Eremitarū B. Ioannis Boni: *Et quia eorū habitus, qui habitui Fratrū Minorū videbatur conformis, apud aliquos scandalū quodāmodo suscitabat, &c.* Si vterētur habitu Franciscano, & non suo, nō diceret Guillelmus, vt acutè notauit Marquez. Y *Et quia eorū habitus; sed, quia habitus ab illis vsurpatus;* neq; diceret, *videbatur conformis habitui Fratrum Minorū;* sed, *erat idem & vniformis.* Et planè, vt ingenuè fatear quod sentio, prorsus ignoro qua ratione hæc iniuria illis sanctis Eremitis illata à iudicij temerarij nota possit liberari.

X c. 13 §. 17. p. 245.

Y ca. 4. §. 7. pa. 46.

Sed Respōdet Author, Z adhuc sātissimis illis Eremitis pertinaciter detrahens, malēsq; non retractare quæ in illorum opprobriū effuderat, quā illatis iniurijs satisfacere; respondet, inquā, illā voculā, *certè*, nil aliud denotare quām esse vestē, quā gestabāt; sed alienā, & vsurpatā. At hæc expositio manifestè repugnat veritati. Primò, quia si habitus, quē gestabant, fuisset Franciscanus, non diceret Guillelmus: *Videbatur cōformis habitui Fratrū Minorū*, sed, *erat vniformis.* Secundò, quia neque diceret Gregorius IX. *Vt dilectis filijs Fratribus Minoribus vniformes in derogationem multiplicem ipsorum Ordinis crederentur;* sed, *vt vniformes essent.* Quis hæc non videat, quem non excæcarit affectus? Adde. Si habitus Eremitarum B. Ioannis Boni erat alienus, & vsurpatus, vt maiorem reciperent in populis charitatem, quid opus erat ad alia remedia recurrrere, nisi præcipere, vt proprium, & originarium habitum reassume-

Z Sect. 7. §. 2. n. 8. pa. 277.

sumerent? sic enim facilius, & suauius, & congruentius, scandala, & incommoda resecarentur? Qui ergo non iubet originarium habitum reassummi, manifestè indicat eum, quem gestabant, non esse alienum, & vsurpatum, sed proprium, & originarium.

Verùm quomodo hæc habituum similitudo, & conformitas, in derogationem multiplicem, & infamiam Ordinis Seraphici, & scandalum plurimorũ cedebat, vt in Bullis Gregorij IX. & Alexandri I[illegible]I. continetur? Respondeo in Bulla Gregorij, & Alexandri tãtum haberi: *In derogationẽ multiplicem ipsorum Ordinis*, cum loquuntur de Eremitis B. Ioannis Boni in partibus Lombardiæ existentibus; & ipsimet explicant qualis sit multiplex hæc derogatio, (vt acutè obseruauit Marquez loco statim citando) sic enim addunt: *Eisdem propter hoc minorẽ apud fideles sentientibus in suis opportunitatibus charitatẽ.* At verò cum agunt de quibusdam Eremitis Ordinis S. Augustini, inter quos erant Bictrinenses, & de alijs Religiosis prędictis Eremitis habitu conformibus, tunc addunt illa verba: *In eorundem Fratrum Minorum infamiam, & scandalum plurimorum.* At hæc verba non habentur in narratiua Pontificum, sed in querela supplicantis. Supplicantes autẽ semper exaggerant causas querelarum. Conformis est hæc Responsio his, quæ docuit Marquez A & constat eius veritas ex verbis ipsarum Bullarum. (A *cap.* 4 §. 7. *pa.* 45.) Gregorius enim IX. apud Authorem in Apologetico, B sic ait: (B §. 4. *nu.* 3. *p.* 43.) *Verum cum quidam Eremitæ præfati Ordinis S. Augustini, ac alij Religiosi supradictis Eremitis conformes habitu, in eadem Marchia cõstituti, formam prædictæ idẽtitatis prohibitam gestare dicantur.* (Dicãtur, ait; non narrat ipse Pontifex, sed refert verba supplicantium, vt notauimus in Responsione pacifica.) C (C *Resp.* 4. *n.* 181 *p.* 107.) *In eorundem Fratrum Minorum infamiam, & scandalum plurimorum.* Alexãder autẽ apud eundem Authorẽ ibidem, D sic inquit. (D *n.* 14 *Pag.* 55.) *Verum cum, sicut accepimus* (accepimus, ait, scilicet, à supplicantibus) *ipsi Eremitæ de Bictrinis obtentu quarumdam litterarum super hoc à Sede Apostolica obtentarum, ac etiam alij Eremitæ iam dicti, contra statutum iam dictum, & prouisionem ad-*

com-

communem pacem prouidè faciam, & in eorundem Fratrum Minorum infamiam, & scandalum plurimorum, iam à pluribus venire præsumpserint, &c.

Adde; etiam si prædicta verba continerentur in narratiua ipsius Pontificis, nihilominus, cum sint de facto alieno, & vergant in præiudicium tertij, & Pontifex non dicat se vidisse processum, non probat veritatem narrationis. Est elegãs ad hoc intentum Decisio Sacræ Rotæ apud Farinacium in Posthumis. E Dixerat Pontifex in quodam Rescripto circa inhabilitatem cuiusdam Abbatis: *Ex ipso autem processu maturè discusso deprehẽdimus, &c.* Et dubitatum est an hæc narratiua Pontificis probaret inhabilitatem Abbatis: *Et pro negatiua* (ait) *fuit tentum. Quia, quando Papa narrat aliquem criminosum, indignum, & similia, tunc videtur asserere, factum alienum, & consequenter talis narratiua non probat in præiudicium tertij, etiam si Papa super eo fundet intentionem suam. Grauet cons. 48. num. 1. Mohed. decis. 16. n. 1. de rest. spol. Cresc. decis. 6 de probat. etiam si videatur deponere tanquam informatus; quia nihilominus potuit decipi ad falsam relationem.*

E *Decis 224. p. 215. to. 1.*

Sed demus gratis Authori prædicta verba contineri in narratiua Pontificis, & probare rem, quæ narratur; adhuc pro libito, & iniustè explicantur in præiudicium & contumeliam illorum Eremitarum, cũ possint absq; derogatione Minorũ, & Eremitarum, benigniùs, sinceriùs, & veriùs exponi. Cum enim illi Eremitæ crederẽtur ab aliquibus Frãciscani in petitione eleemosynarũ: *Qui videbat illos accipere pecunias* (vt dixi in Responsione pacifica.) F *scandalizabatur; & infamabat Minores, vel quasi auaros, qui sæpè peterent; vel quasi hypocritas, qui prædicabant se nõ posse numos tangere, & nihilominus pecunias acciperẽt. Cum autem contactus pecuniæ non esset prohibitus illis sanctis Eremitis, licitè illas tangebant; nullumq; dabant scandalũ; sed alter videns & per errorem credens esse Frãciscanos, scãdalũ accipiebat.* Omninò quadrat hęc expositio cũ verbis Greg. XIII. in Bulla data Tusculi die 4. Octobr. an. 1581. quam adducit Zacharias Boueriꝰ to. 2. Annaliũ Capucinorũ pag. 944. & incipit, *Regularium*

F *Resp. 4. n. 181 p. 108.*

personarum. In ea Pontifex agit cõtra Tertiarios Ord. Min. Conu. S. Francisci in Regno Siciliæ degentes, qui portabant habitum consimilem habitui Capucinorum, nisi quod caputium rotundum more Fratrum Cõuentualium deferebant; & hæc subijcit: *In reliquis ita consimiles eisdem Fratribus Capucinis incedere præsumũt, vt passim à populo pro Capucinis habeantur, & reputentur, ac illis tanquam talibus eleemosynæ, & oblationes elargiantur; non sine eorundem Capucinorum præiudicio, & sæcularium scãdalo, qui Capucinos à Regulæ obseruantia emancipatos credunt, eisque pecuniarum vsum, ac rerum commerciũ permitti intuentur, &c.* Nec dissimiliter Gregorius XIIII. (apud eundem Bouerium, pag. 951.) Bulla data die 6. Iulij an. 1591. cõtra Minores Conuentuales Reformatos sic ait: *Verùm, quia ijdem Fratres, qui Reformati Conuentualium dicuntur, ita consimiles eisdem Fratribus Capucinis incedere præsumunt, vt passim à populo pro Capucinis habeãtur, & illis tanquam Capucinis eleemosynæ, & oblationes conferuntur, non sine graui plebis offensione, & scandalo, dum reputantur Capucini esse, &c.* Scandalũ ergo plurimorum, & infamia Minorum benignã hanc interpretationem accipiũt, immò exposcunt. Et hoc fortè est quod dixit Innocentius IV. vel potiùs Guilelmus Card. de Eremitis S. Ioannis Boni in Bulla citata à Marquez: G *Et quia eorum habitus, qui habitui Fratrum Minorum videbatur conformis, apud aliquos scandalum quodammodo suscitabat.* Vbi vt acutè aduertit M. Marquez, H obseruanda sunt duo illa verba, *apud aliquos, & quodammodo*; quæ aliorum rigorem emolliunt. Cum ergo nulla eorum Eremitarum malè facta cognoscamus, de illis non temere iudicemus, vt innocentiam custodiamus. *Non enim* (vt ait Augustinus:) I *Malefacta hominum cognoscendo, sed cognitis non consentiendo, de incognitis autem non temerè iudicando, Innocentiam custodimus.* Vt enim inquit Seraphicus Bonauentura: K *Quæ possunt bona intentione, & inculpabiliter fieri aliquando, temerarium est ea in deteriorem partem interpretari.* Et tamen adhuc Author vbi supra, num. 8. pag. 277. vult Gregorium, & Ale-

G c. 13. §. 17.

H ca. 4. §. 7. pa. 46.

I lib. de Vnit. Eccles. cap. 2.

K in Apolog. q. 21. fo. 282. p. 2.

Alexandrum sufficienter, & apertissimè significasse de vniformitate, & identitate habitus nata esse incommoda, & scandala; idq; satis superque perspecturum, qui vel perfunctoriè illorum legerit diplomata. Nos libenter diplomatum, & nostræ responsionis lectoribus iudicium huius causæ remittimus; miramurque duras quorundam hominum mentes, qui ne semel vt homines videantur errasse, sæpius errare non timent.

DIFFICVLTAS III. DE REMEDIO adhibito controuersiæ Minorum, & Eremitarum.

SEI scire oportet quod fuerit remedium ad hibitum controuersię exortæ inter Minores, & Eremitas ad vtrorumque quietem, & pacem.

Respondet Author in noua etiam Defensione in hæc verba; L *Iussit Pontifex vt Eremitæ albo, vel nigro incederent habitu; admissoque ab illis nigro colore, præcepit vt largas, & protensas manicas, peramplas corrigias omnibus patentes, baculos quinq; palmorum gestarent, vestium longitudinem ita temperarent, vt ab omnibus videri possent calceamenta; & in petendis eleemosynis cuius essent Ordinis declararent.*

L Sect. 7. §. 2. n. 1. pa. 270.

Nos in Responsione pacifica, M & modò, censemus neque Gregorium IX. neque Innocentium, neque Alex. IV. præcepisse Eremitis B. Ioannis Boni, vt nouiter album, vel nigrum colorem assumerent, cum antea neutro illorum vsi fuissent; sed potiùs ipsos ex sua institutione astrictos esse ad album, vel nigrũ colorem assumendum. Sic enim habetur in Bullis Gregorij IX. & Alexandri IV. *Vt Prior, & vniuersi ac singuli Fratres prædicti Ordinis S. Augustini in exterioribus vestimentis, quæ nigri vel albi debebant esse coloris, quorum altero, videlicet nigro, iam electo ab eis, ipsos volumus manere contentos, &c.* Quod ergo Pontifex, & legati videndentur præcepisse, hoc fuit, vt ex albo, & nigro colore, quorum quemlibet iuxta sua statuta deferre poterant, eligerent determinatè, vel album,

M Resp. 4. n. 189 p. 109.

bum, vel nigrum, cum renũciatione alterius. Eremitę autem elegerunt nigrũ, nempè quia conformior erat Eremiticæ institutioni S. Augustini

N Sect. 7. §. 2. nu. 6. p. 275. Sed instat Author, N me vel litteras Apostolicas non legisse, vel violenter nimis in meam sententiam adduxisse. Ea enim de causa emanarunt, vt tolleretur vestium similitudo. Qualis autem potuit esse inter album, & cinereum, inter candidum, & Leucophæum? Et tantum abest, quôd illi Eremitæ vsi fuerint colore albo, quôd Pōtifices cupierint vt albo, vel nigro, tanquam maximè dissimuli à Minoritis discriminarētur, & ideô Gregorius optionē dedit ex his duob⁹ colorib⁹; illiq; nigrũ elegerunt: *Exteriora*, inquit, *vestimenta nigri, vel albi debeant esse coloris, quorum altero, videlicet nigro, iam electo ab eis, ipsos volumus manere contentos.*

Addit Author primô, ideô Alexandrum IV. repetitis Bullis præcepisse Italiæ Episcopis, vt in omnes Eremitas, qui cucullas nigras, seu albas non portabant, excommunicationis ferrent sententiam. Non ergo conformitas habituum ex colore albo prouenniebat, si hic ipse destinatur ad difformitatem, & diuersitatem. Addit secundô, si in eo dē colore albo illis essentiali, & à prima origine deducto persisterent, quomodo in tot Bullis diceret Gregorius eos variasse habitus sui substantiam? Et toties assereret Alexander variasse habitus sui formā? *Atq; hinc*, ait, *vterque Pontifex huiusmodi variationem, præsumptionem vocauit*, O *& Gregorius formam prædicta idētitatis probibuit; & Innocentius Papa, & Richardus Card. Protector ad differentiam aliorum Ordinum certum habitum (illum ipsum, quem Gregorius præscripsit) deferendum concesserunt; eosque certis signis in habitu voluerunt insigniri.* O in Apolog. §. 4. nu. 3. pag. 42. & n. 14 pag. 54.

Ad hæc omnia non difficilis est Responsio. Dicendum enim, prædictas Bullas emanasse, & præcepta Pontificum, & legatorum imposita, & ad tollendam vestium similitudinem, & ad confusionem colorum euitandam in vestimentis Eremitarum B. Ioannis Boni, & consequenter aliorum. Neq; Bullæ præfigunt colorem, aut optionem dant; sed supponunt datā optionē, & nigrum colorē electũ. Legati enim, quantum conijci potest, vt confusionem in vsu varij coloris amputarent, fortè exordinatione Gregorij IX. præceperunt, vt vno tantum colore, quem mallent,

lent, albo, vel nigro, vterentur; & Eremitæ nigrum colorem elegerunt. Et hoc est, quod ait Cardin. Guillelmus in Bulla Innocentij IV. de an. 1252. *Demandato, & autoritate duorum Cardinalium, qui tunc in partibus Lombardiæ legationis fungebantur officio, nigrum, quem gestatis adhuc, habitum elegerunt.* Sed quia hoc satis non erat ad vestium dissimilitudinem radicitus amputandam; aliquando enim color albus velleri natiuus, cinereo assimilatur; & niger velleri etiam natiuus, aliquando albicat; & color cinereus, quandoque albicat, & quandoque nigricat; adiecerunt & alia circa habitus essentialis accidentia, & circumstantias, quibus clariùs discriminarētur à Minoritis, quæ retulit in Bulla sua, vt ex ipsa patet, Greg. IX. Quæ enim habet erga Eremitas B. Ioannis Boni non sunt præceptiua faciendorū, sed relatiua præceptorum, & factorum. Sic enim ait Pontifex post relatam originem cō trouersiæ. *Nos, ne identitas vestium in Ordinibus ipsis cōfusionem pareret, & indè scādala grauiora consurgerent, ad vtrorumque quietem prouidimus* (non ait prouidemus, sed prouidimus, referens, quid prouisum fuisset) *statuendum, vt Prior ac vniuersi, & singuli Fratres prædicti Ordinis S. Augustini in exterioribus vestimentis, quæ nigri, vel albi debebant esse coloris, quorū altero, videlicet nigro, iam electo ab eis, ipsos volumus* (hic statuit, & confirmat factum) *manere contentos; largas, & protēsas manicas, quasi ad instar cucullarum, & desuper ipsa ferant peramplas corrigias, & patenter omnibus apparentes, ita quòd omnes cinctis de foris eas vestibus nequaquam contegant, & portantes in manibus baculos quinq; palmorum grandium, ac expressè in eleemosynarum petitione cuius sint Ordinis declarantes; adeò suarum vestium longitudinem temperent, quòd à quibusvis ipsorum calceamenta liberè videantur: vt sic habitus confusione remota, & sublata materia scandali, à prædictorum Ordinum Fratribus possit virtutum Domino liberius, & gratiùs deseruiri.* Si color albus, vel niger, tanquam maximè dissimilis clarè discriminabat Eremitas à Minoritis, vt quid tot alia adiecta, si mēs Pōtificia tātū erat eremitas à Minoritis discriminari.

Esse aliquā similitudinē intercolorē cinereū albicantē, (qualem non semel vidimus) & colorem album velleri

natiuum absq; tinctura, nemo negabit, qui aliquando viderit capitula generalia Ordinis Seraphici, nisi qui voluntariè negare voluerit. Vsos etiam fuisse Eremitas illos colore albo, voluntariè negatur. Neque Pontifices decreuerunt Eremitas prædictos colore albo, vel nigro, tanquam maximè dissimili, à Minoritis discriminari. Neque Gregorius optionem dedit, vt ex albo, & nigro colore, cum antea neutro vsi essent, quem mallent, eligeret. Immò ex ipsis Bullis clarè colligitur, eos antea nigro, vel albo colore indeterminatè vsos fuisse; cum dicant de exterioribus illorum vestimentis; *quæ nigri, vel albi, debebant esse coloris*.

P Sect. 7. §. 2. nu. 7. p. 276. Sed Respondet Author P in Regesto Vaticano, & in Bullario Augustiniano Constit. 21. Alexandri IIII. non legi, *debebant*; sed, *debeant*. *Et ita legit vester Coriolanus* Q (ait Author) *in acerrimo illo sui Ordinis Defensorio*. At contra hoc est, quia licet ita legat Coriolanus, qui ibidem etiam legit, *debent*; & constet ex huius Bullæ verbis colorem album, & nigrum semper nobis conuenisse; & Bullarium Augustinianum Const. 21. citata, R & ipse Author in Apologetico, S in Bulla

Q verit 2. ad ar gum. 9.

R Pag. 22.

S §. 4. nu. 3. p. 54.

Gregorij IX. qui ibidem T in Bulla Alexandri IV. sic legit, *quæ nigri, vel albi, debent esse coloris*. Tamen Bulla Gregorij IX. apud Marquez; V & apud Bullarium Augustinianum Empolini ex Archiuo Romano; X & Bulla Alexandri IV. apud Marquez; Y sic habent: *Quæ nigri, vel albi debebant esse coloris*. Et ita legendum esse duo videntur conuincere. Primũ est, quia si in his verbis Pontifex præcipit vt vestimenta eorum nigri, vel albi coloris debeãt esse, quomodo refert, nigrum iam electum ab eis, & addit se velle eos ipso manere contentos? Si ipsi iam elegerunt nigrum, & Pontifex vult eo manere contentos, quomodo in verbis immediatis præcipit, aut optionem dat, vt nigrum, aut album colorem eligant? Quomodo enim simul stare possunt hęc duo: volo vt eligatis colorem album, vel nigrum, quem malueritis; & simul, volo vt colore nigro, quẽ iam elegistis, contenti maneatis? Mirum sanè erit, quod hæc duo possit Author conciliare: Secundum est, quia si antea hi Eremitæ non vtebãtur colore albo, aut nigro, & hi colores sunt omninò dissimiles à cinereo, & Leucophæo, vt quid Pontifex ad discrimen prædictorum Ordi-

T n. 14. pag. 54.

V ca. 3. in prin. pag. 16.

X Cõst. 5. p. 126

Y ca. 4. §. 7. pa. 50.

dinum tot alias circunstantias a licet? Sufficiebat enim electio coloris nigri, omninò dissimilis a cinereo, & Leucophæo. Adiectæ ergo sunt tot circunstantiæ, quia Eremitæ illi vtebantur antea colore albo, & nigro; neque hi colores velleris natiui absq; tinctura, sunt adeò dissimiles à cinereo, & Leucophæo, vt aliquando cinereus non albicet, aut nigricet; & albus nigricans non inclinet in cinereum albicantem, & niger albicans in cinereum nigricantem.

Z Sect. 7. §. 2. n. 7. pa. 276. Sed vrget Author; Z quia etiam si velit concedere vtendum esse verbo, *debebant*, adhuc idem sensus perseuerat, scilicet, ex præscripto, & ordine Pontificio ad legatos transmisso de cogendis Eremitis ad colorem album, vel nigrum, vt palam discriminarentur à Minoritis, hoc debitum habuisse principium. Sed distinguendum est duplex debitum; vnum, de vtendo colore albo, vel nigro pro libito, & non alijs; & hoc debitum conueniebat Eremitis ex propria institutione ipsius Ordinis S. Augustini. Aliud, de vtendo colore albo, vel nigro cum prohibitione alterius; & hoc debitum fateor ortum fuisse ex præscripto Pontificio à legatis iniuncto Eremitis, vt colligitur ex Bulla Innocentij IV. sæpè citata. Id tamen non actum, quantum ad hoc debitum spectat, vt Eremitæ discriminarentur à Minoritis; sed vt euitaretur confusio colorum in Ordine Eremitarum. Vndè Gregorius Brictinensibus volentibus cucullas portare discinctas, quia sic satis discriminabantur à Minoritis, antiquum colorem, & omnia alia retinere permisit. Brictinenses autem non vtebantur colore albo, aut nigro indiscriminatim, quia ne nigrum admitterent, maluerunt cucullas portare distinctas; sed videntur vsi colore albo velleri natiuo, qui in cinereum inclinabat. Vt autem Eremitæ B. Ioannis Boni à Minoritis discriminarentur, plura alia in Bullis Gregorij IX. & Alexandri IV. statuta referũtur. Tamen ex hoc Gregorius IX. qui refert, quæ ipse prouidit statuenda vt exortã controuersiã amputaret, dicere non potuit, *quæ nigri, vel albi, debebant esse coloris*, nisi ante controuersiam debuissent esse albi, vel nigri coloris. Illud enim, *debebant*, refertur necessariò ad tempus, quod præcesfsit ante præscriptum, & ordinem suum. Neque alio antiquo monumẽto, aut Authore probato in-

digemus ad assignandam prę dicti debiti originem, cum ipsa verba Gregorij attentè, & sincerè considerata, satis sint clara, & manifesta.

Ad id verò, quod primò ad didit Author, duo Respondeo. Primū est, color albus, aut niger determinatè, non determinatus fuit ad difformitatem, & diuersitatem inter prędictos Ordines; sed ad tollendam confusionem nigri & albi coloris in Eremitis B. Ioannis Boni, quæ tollebatur si ad vnum illorum se restringerent. Ad euitandam autem similitudinem, quæ perseuerante quolibet horum colorū oriri poterat, decreta sunt à Gregorio IX. plura alia, quibus manifestè discriminabātur. Secūdum est, Alexander IIII. Bulla data Laterani 8. Cal. Martij anno secundô, atque adeô 1255. & ante vnionem Ordinis, apud Authorem in Apologetico, *A* sic ait: *Ac alios omnes, qui nigras non portant, aut albas* (scilicet) *cucullas*; & in alia Bulla data Anagniæ 15. Cal. Iulij anno 2. & Christi 1256. iam post vnionem apud eundem Authorem, *B* sic habet: *Ac alios, qui nigras penitus, seu albas cucullas non portant, &c.* Sed in his litteris Pontifex in præfatis verbis non agit de Eremitis B. Ioannes Boni, aut Brictinensibus, sed de alijs Religiosis, cuiuscumque Ordinis, qui cōformes essent Minoribus in exteriori habitu, quoad colorem, & formā. Sic enim ait in prima Bulla: *Et nos prorsus velimus prædicta, quæ salubriter statuta fuerunt à supradicto prædecessore nostro, vbique & ab omnibus Eremitis, siue Religiosis, cuiuscumque sint Ordinis, in exteriori habitu Fratribus Minoribus ante dictis conformibus, inuiolabiter obseruari, fraternitati vestræ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus prædictos Eremitas, de cætero statutum prædictum firmiter obseruare, ac illos de Brictinis cucullâs, pro vt ipsi, vt supradictum est, tunc acceptarunt, gestare discinctas; & alios omnes, qui nigras non portant, seu albas, singuli vestrum, &c.* Et in secunda Bulla sic habetur. *Nos volentes vt præmissa, quæ de vestimentis exterioribus, à sæpe dicto prædecessore nostra circa præfatos Eremitas statuta fuerūt salubriter, & ab ipsis (vt recolimus) acceptata, vbique & ab omnibus Eremitis vnitis taliter, & alijs vniuersis inuiolabiliter obseruari, fraternitati vestræ per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo man-

A §. 4. n. 14. p. 55.

B §. 4. n. 16. p. 57.

mandamus, quatenus prædictos Priores, & Eremitas ac alios, qui nigras penitus, seu albas cucullas non portant, quòd vsq; ad festum omniũ sanctorũ proximè vẽturum nigri prorsꝰ coloris cucullas assumãt abiectis alijs deferendas, & firmiter prædictũ statutũ de cætero studeant obseruare, &c.

Ad id, quod secundò addit Author, Respondeo Eremitas B. Ioannis Boni vsos fuisse colore albo, & nigro. Vterque enim ex sua institutione, & cõsuetudine licebat. Et nihilominus dicuntur in Bullis Gregorij, & Alexãdri variasse Ordinis sui substantiã, & habitus sui formã, tũ quia variabant colorem; tum quod modô baculis vtebantur, modô nõ. Et hęc variatio vocatur in Bullis præsũptio, quia nimia cõfidentia erat vti habitu simili habitui alterius Religionis tã illustris, & sperare quòd illa nõ erumperet in querelas, & conformitatẽ eliminare non procuraret. Hæc etiam conformitas appellatur idẽtitas, latè accepta idẽtitate pro conformitate, & similitudine. Et ideô Gregorius dixit, *prædictæ idẽtitatis*, cũ tamen tantũ dixisset, *vt dilectis filijs Fratribus Minoribus vniformes in derogationẽ multiplicẽ ipsorum Ordinis crederentur*. Innocẽtius autẽ IIII. & Card. Richardus, nõ agunt de Cõgregatione Eremitarũ B. Ioannis Boni, aut Brictinensiũ, sed de Cõgregatione Eremitarũ S. Augustini, quæ diuersa erat, & cũ qua nulla agebatur cõtrouersia, quæ tantũ inter Minoritas, & Eremitas, & alios Religiosos Lõbardiæ, & Marchiæ præcipuè, versabatur.

Sed vltra procedit Author *C* vultq; habitũ Ordinis Augustiniani fuisse nouiter à Gregorio IX. præscriptum, occasione exortæ controuersiæ cum Minoritis; & ne probabile sit B. Franciscum ante suum Ordinem institutum induisse habitũ alienum, proprio nos nudare contendit, quem esse propriũ, & originariũ Eremitarum S. Augustini, & ab ipso Augustino, quoad essentialia institutũ, & ad nos vsq; deriuatũ, tot fidissimis testimonijs, antiquisimaginibus, & diuinis reuelationibꝰ clarè ostẽdimus in Respõsione pacifica. *D* Quis perniciosiùs erret, iudicet Lector; an qui habitũ suũ alteri tribuit, dũ nullũ propriũ haberet; vel qui alteri inuito aufert eum, quem habebat?

C Sect. 7. §. 2. n. 9. pa. 277.

D Resp. 4. n. 7. pag. 64.

Diximus in Responsione pacifica *E* Gregorium IX. non instituisse nouũ habitum pro Congregat. Eremitarũ B. Ioãnis Boni, sed veterẽ determinas-

E Resp. 4. num. 222. p. 116.

nasse; & licet aliqua accidentalia præscripserit, nihil tamen essentiale in habitu vetusto mutare. Essentiale enim erat vestis alba, vel nigra, corrigia præcincta. Id autē persuasimus in eadem Responsione pacifica, F ex dictis S. Fulgentij Episcopi Ruspensis, vbi sic habetur: G *Casulā pretiosam, vel superbi coloris nec ipse habuit, nec Monachos habere permisit. Subtus Casulam nigello, vel lactineo pallio vtebatur.* Ad quæ verba Card. Baroni⁹ hæc adiecit? H *Hæc Author, quibus & vides nullam apud eos discriminationem fuisse colorum, num albo, vel nigro pallio vterentur, dummodo quem exhiberet in velleribus natura colorē, absque delectu, eum in vestibus vsu retinerent.* Quid conformius Congregationi Eremitarum B. Ioannis Boni, quorum exteriora vestimenta nigri, vel albi debebant esse coloris? Modô pro antiquitate habitus Augustiniani addimus ex relatione inuentionis Iconis B. Virginis Mariæ de la Madia vrbis Monopolitanæ, quam in Appendice tomi 1. Italiæ sacræ col. 422. trāscripsit D. Ferdināndus Vghellus, hæc verba: *Est autem pictura B. V. non integra, sinistra amplectens Infantē Græco vsu indutum, sicut & mater, sinistra Infantis papyrus apparet; duoque picti viri in pede Iconis nigris vestibus, & Monachali caputio ad modum Eremitarum S. Augustini induti, &c.* Contigit autem hęc inuentio circa annum 1118. plus minus ve, tempore Episcopi Romualdi, qui Ecclesiæ Monopolitanę pręfuit ab an. 1073. vsque ad annū 1118. Nunquid eo tempore Gregorius IX. post centum annos futurus, cum habitum Augustinianis præscripserat Eremitis?

F *Resp.* 3. *n.* 13 *pag.* 65.
G *c.* 18.
H *tom.* 6. *ann.* 504.

Sed non patitur Author vbi suprà, prædicta ita esse; & obijcit. Primô, quia Pontifices dicunt Eremitas Ioānis Boni Ordinis S. Augustini, adeô variasse Ordinis sui substantiam, & habitus sui formam, vt Fratribus Minoribus vniformes crederētur. Sed hoc leue est. Dici enim optimè potuit eos variasse Ordinis sui substantiam, & habitus sui formam, non quidē essentialiter, sed accidentaliter; quia modô colore albo, modô nigro vtebantur; & modô baculos gestabant, & modô dimittebant; & modô color albus, vel niger, cum esset natiuus velleri, in cinereum aliquantulum declinabat, modô non. Et Gregorius IX. vt in Responsione 4. num. 338. pag. 154. notauimus, tantùm dixit

dixit *Ordinis substantiam*; Alexander addidit, *formam*; sed quoad accidentalia.

Has autem, & similes variationes, non mutare essentiam habitus, aut Ordinis, manifestè ostendimus in Responsion. 4. pacifica, à n. 222. pag. 116. & seqq. Et vltra clarè probatur ex Decisione sacræ Rotæ Romanæ apud Farinacium in nouissimis to. 2. decis. 26. num. 2. pag. 22. vbi cum in causa Præcedentiæ inter Patres Carmelitas, & Mercenarios Conuentus Ortolensis anno 1600. allegaretur pro Mercenarijs Regulam Carmelitarum non esse eandem, quæ fuit instituta ab Alberto Patriarcha, sic Domini Responderunt: *Et licet in aliquibus Regula prædicta fuerit tam per Honorium III. quam per Innocentium IIII. reformata, & moderata, non tamen apparet alterata circa substantialia ipsius Regulæ; nec Priores, & originales Constitutiones illius fuerunt relictæ; quo casu posset dici mutata forma illius ad tex. c. resolentes de stat. Monach.*

Secundò obijcit, quia Innocentius IIII. & Card. Richardus, eadem illis præscribentes vestimenta, apertè testantur se statuisse, & dedisse eis certum habitum, & determinatum: *Certum* (inquit Pontifex) *habitum deferendum de consilio quorumdã discretorũ Fratrum vestrorum vobis prouida deliberatione Richardus concessit.* Et Richardus in sua constitutione præmittit ita decere: *Vt essent certis signis in suo habitu insigniti.*

Huic obiectioni duo Respondeo. Primum est. Vt suprà diximus, Innocentius, & Richardus agunt de Cõgregatione Eremitarum Thusciæ, quæ erat diuersa à Congregatione Eremitarum B. Ioannis Boni, & Brictinensiũ, vt manifestè probauimus in Responsione pacifica. Secundum est. Neque Richardus, neque Innocentius nouum instituerunt habitum pro Eremitis Thusciæ; sed habitum antiquum Eremitarum S. Augustini illi Congregationi sic vnitæ, & accessione plurimorum Monasteriorum diuersorum Ordinum multiplicatæ, concesserunt, & aliqua accidentalia adiecerunt, quibus satisfieret omnibus sic vnitis, & essent certis signis in habitu communi omnibus, insigniti; vt constaret etiam eos, qui ex Ordine D. Benedicti, vel alio, vniti erant, iã ad Ordinem Eremitarum D. Augustini pertinere.

Obijcit tertiò: Quia si essentialis erat ille habitus, & ab institutore præscriptus,

quomodo tantum laborarunt Briĉtinenses ab eo recedere, & quomodo Pontifex eis concessit, vt cucullas portarent discinĉtas? Respondeo iuxta ea, quæ dixi in Responsione pacifica; *I* errasse Briĉtinenses dum petierunt dispensationem super corrigia instituta, & portata ab Augustino, quam etiam tenebantur deferre ex suis Constitutionibus ab Apostolica Sede confirmatis. Errarunt itaque, quia reliquerunt corrigiam, quæ erat eis pars essentialis, vt conseruarent colorem, cuius determinatio in particulari, non erat illis essentialis, nec prescripta in suis Constitutionibus. Pontifex autem vt litem suauiùs terminaret, concessit quod petebant, etiam si esset contra eorum institutum, in quo ipse poterat dispensare, vt in pluribus alijs cum diuersis Religionibus plures Pontifices dispensarunt, vt & notaui in Responsione pacifica. *K*

I Resp. 4. num. 237. p. 122.

K Resp. 4. num. 238. p. 122.

Obijcit quartô. Quia si habitus ille erat essentialis, vt quid oportuit toties Sedem Apostolicam præcipere, vt habitum istum à Gregorio adeô suis partibus distinĉtum, & determinatum in vniuerso Ordine omnes reciperent? Huic obieĉtioni Respondimus in Responsione pacifica, *L* solos Briĉtinenses restitisse, & appellatione interposita decreti executionem distulisse. Adde. Etiam si omnes Eremitæ restitissent, & appellassent, non inde inferretur habitum præscriptum non esse illis essentialem; sed tantùm aliquid determinare, aut præcipere, quod illis non placeret, & ad quod antea non tenebantur. Sicut si Pontifex præciperet omnibus Conuentualibus, & obseruantibus Franciscanis, vt dimissa forma sui habitus, habitum Patrum Capuccinorum assumerent, & quę iam alia accidentalia præscriberet; etiam si omnes resisterent, non inde sequeretur habitum à Pontifice Franciscanis præscriptum esse nouiter quoad essentialia institutum; vel non seruare essentiam habitus Seraphico Ordini essentialis, & ab institutore præscripti; sed tantùm inferretur Pontificem aliquid determinare, aut præcipere, quod non placeret, & ad quod antea non tenebantur.

L num. 235. p. 120. & alibi.

Sed instat Author, quod ab eo scriptum est de renitẽtia, & reluĉtatione Eremitarum B. Ioannis Boni, Pontificijs litteris contineri. Id au-

autem probat. Primò, quia in prima Gregorij Bulla, quã protulit in Apologetico, *M* sic habetur: *Verùm cum quidam Eremitæ præfati Ordinis S. Augustini, ac alij Religiosi supradictis Eremitis conformes habitu, in eadem Marchia constituti, formam prædictæ identitatis prohibitam gestare dicantur, in eorundem Fratrum Minorum infamiam, & scandalum plurimorum, &c.* Ecce narrat eosdem Eremitas B. Ioannis Boni, de quibus locutus fuerat, sub veste prohibita perseuerare. Inquit enim, *præfati Ordinis S. Augustini*, sed de solo Eremitarum Fr. Ioãnis Boni Ordine præfatus erat. Addit etiam vltra hos, alios Religiosos, suprà dictis Eremitis conformes habitu, in eadem Marchia constitutos, eandem vestem prohibitam gestasse. Ergo ex relatione Pontificis perstiterunt quidam ex Iambonitis in prima veste; & præter Brictinenses, alij ægrè adducti sunt ad sumnendum habitum à Gregorio præscriptum.

M §. 4. nu. 3. p. 42.

Respondeô manifestum esse, & ex dicendis clarè constabit, in prædicta Bulla Gregorij Noni, non esse sermonem de contradictione, aut resistentia Iambonitarum, qui nigrum colorem elegerant, & Gregorij decretum acceptarant; sed de Congregatione Brictinensium; cuius Eremitæ, licent essent diuersæ Congregationis, erant tamen eiusdem præfati Ordinis Sancti Augustini; & de alijs Congregationibus, & Monasterijs eiusdem Ordinis Sancti Augustini, qualis erat, v. g. Congregatio Eremitarum Sancti Augustini Turris Palmarum Firmanæ Diœcesis, quæ anno 1256. cum alijs Congregationibus in vnionem venit, vt refert Iosephus Pamphilus in Chronica Augustiniana, *N* & de alijs Congregationibus, quæ non erant Ordinis S. Augustini, sed diuersi, aut diuersorum Ordinum: quę omnes sodalitates sua habebant in Marchiis domicilia.

N Fol. 30.

Probat secundò Author. Quia Gregorius IX. in Bulla data anno 14. Pontificatus 15. Cal. Augusti, postquam inseruit totam suprà citatam Bullam, in qua solos Eremitas Fr. Ioannis Boni specificauerat, valdè inuehitur in Episcopos Marchiæ decreti Apostolici segnes executores: *Tepidi* (inquit:) *Et*

remissâ occasione cuiusdam appellationis, quam ad nos super his interposuisse dicuntur (illi Eremitæ Fr. Ioannis Boni, ait Author, *de quibus solis nominatim in tota Bulla locutus erat*) *mãdatum nostrum exequi, & contra prouisionis nostræ contemptores procedere, de quo miramur plurimum, omisistis.* At in his Bullis neq; vllum habetur verbum de Brictinensibus; sed de solis Iambonitis nominatim; atque horum etiam nomine interposita est appellatio.

Addit Author id ipsum repetere Gregorium in Bulla data 15. Calen. Septembris; meminisseque appellationis à Ioan Bonitis, de quibus locutus fuerat, interpositæ; referreque Fr. Andream, Priorem Generalẽ maioris partis Eremitarum Marchiæ, ad suam præsentiam venisse; quam cũ admittere nollet, ait Pontifex se illis permisisse vt cucullas gestarẽt discinctas, quibus sufficienter se à Minoribus discriminabant; clauditque Bullam his verbis: *In alijs autem Eremitis, & Religiosis superius nominatis, (scilicet: Ioan Bonitis, ait Author, & alijs Religiosis Marchiæ, quos nominauerat) qui se ad portandum cucullas similiter districtas astringere noluerint, faciatis statutum nostrum, iuxta traditam vobis formam, inuiolabiliter obseruari.* Ex quibus Gregorij Pontificis verbis, sic infert Author: *Ergo præter Brictinenses, quorum caput erat Andreas, & qui cucullas admiserunt discinctas, adhuc cogendi erant alij Eremitæ, & Religiosi; non Congregationis Brictinensis, vt tu liberè satis & absque fundamento, nu. 254. confingis.* Sic Author. Nos aliter.

Ad hanc secundam probationem Respõdeo plura. Primum est: Possemus hanc obiectionem dissoluere, vt dissoluimus in Responsione Pacifica. O Legat Lector quæ ibi diximus; & iudicet an mereantur illa Authoris verba: *Vt tu liberè satis, & absque fundamento, num. 254. confingis.* Sed vltra, hanc grandem obiectionem dictis sequentibus nouiter retundemus. Secundũ est. Gregor IX. in prima Bulla non solos Eremitas B. Ioannis Boni nominauit; sed etiam Eremitas Brictinenses, & alios Eremitas eiusdem Ordinis S. Augustini, sed diuersæ Congregationis, in Marchia degentes; quales erant v. g. Eremitæ Congregationis Turris Palmarum Firmanæ Diœcesis; comprehendit sub illis verbis: *Verùm cum quidam Eremitæ præfati Ordinis S. Augustini; Ordinis,* in-

O Resp. 4. num. 254. p. 127.

inquit, *præfati*; sed non dicit, præfatæ Congregationis. Et in his verbis nullatenus comprehendi Eremitas B. Ioannis Boni manifestè demonstro, quia si in illis est sermo de Iambonitis, vel est sermo de omnibus, vel tantùm de aliquibus. Non primum, quia tantùm agitur de Eremitis in Marchia constitutis. Ibi, *in eadem Marchia constituti*. Iãbonitæ vero in Lombardia, & Romandiola præcipuos Cõuentus habebant. Neque secundum dici potest; quia hi Eremitæ Marchiæ, præfati Ordinis S. Augustini permittuntur, sicut, & Brictinẽses, in secunda Bulla Gregorij, cucullas portare discinctas. Ibi, *in alijs verò Eremitis* (in Marchia constitutis, & distinctis à Brictinensibus:) *Et Religiosis superiùs nominatis, qui se ad portandum cucullas similiter discinctas astringere noluerint, faciatis statutum nostrum iuxta traditam vobis formam inuiolabiliter obseruari*. Credi autem non potest Pontificem permisisse aliquibus Eremitis B. Ioannis Boni cucullas gestare discinctas, cum tamen cæteri omnes eiusdem Congregationis Eremitę corrigijs pręcinctas deferrẽt. Esset enim intra eãdè Cógregationé mira varietas, & diuersitas essẽtialis.

Tertium est, in prædictis verbis primę Bullę agi de Brictinensibus clarè demonstratur. Primô, quia Pontifex in secunda Bulla nõ refert, quid actum sit cum alijs Eremitis Marchiæ; sed tantùm cum Brictinensibus; atque adeô mirum est Authorem nouisse alios etiam omnes appellasse, cum tamen solũ Andreas Generalis cum quibusdam Fratribus pro se, & Brictinensibus, Romanum Pontificem appellauerit; deinde reprehendit Pontifex Episcopos Marchiæ, quia primam suam Bullam non fuerant executi occasione cuiusdam appellationis à Brictinensibus interpositæ. Ibi: *Frater Andreas, Generalis Prior maioris partis Eremitarum Marchiæ, cum quibusdã Fratribus suis in nostra præsentia constitutus, se admitti ad prosecutionem appellationis iã dictæ cũ instantia postulauit*. Si autẽ in prima Bulla Gregorij nõ esset sermo de Brictinẽsibus, neq; Brictinẽses appellassent, neq; Episcopi Marchiæ dicerẽtur segnes Bullæ primæ executores, quia appellationi Brictinensium detulerant. Illi ergo Eremitæ præfati Ordinis S. Augustini in Marchia constituti, erant etiam Brictinenses. Secundô, quia si Brictinenses in prædictis Bullę Grego-

gorianæ verbis non comprehendebantur? quomodo dicit Alexander in Bulla 8. Calen. Martij anno 2. *Intelligens verò Frater Andreas, tunc Generalis Prior de Brictinis Ordinis supradicti, & alij Fratres sui, quod ad prædicta seruanda sicut & cæteri cogerentur, ad eiusdem prædecessoris præsentiam accesserunt, &c.* Qua enim ratione poterant intelligere se cogi, nisi quia nouerunt se in præfata Bulla comprehendi?

Quartum est. Absque vllo prorsus fundamento contenditur Eremitas B. Ioannis Boni appellasse à precepto Gregoriano. Et probo 1. quia Guillelmus Card. Protector Eremitarum B. Ioannis Boni sic ait, in Bulla Innocentij IIII. anno 1252. *De mandato, & authoritate duorum Cardinalium, qui tūc in partibus Lombardiæ legationis fungebantur officio, nigrum, quem gestatis ad huc, habitum elegerunt.* Secundò, quia Alexander IIII. in Bulla statim citanda refert statuta Gregorij IX. erga Eremitas B. Ioannis fuisse ab ipsis acceptata.

Sed instat Author, ex his Alexandri verbis manifestius vrgeri eorum culpam, & exinde Pontificem efficacius sumere argumentum, vt cogātur ad præscripta vestimenta deferenda; quia ipsi acceptarant, nec tamen omnes obseruabant. *Igitur* (ait Author) *cum alijs præter Brictinenses contendendum erat, neque appellatio à solis Brictinensibus processit.*

Sed hæc obiectio (ni fallor) se ipsa conuincitur. Si enim omnes Iambonitæ acceptarunt (vt Pontifex refert) statuta Gregorij; ergo non appellarunt ab illis. Ergo soli Brictinenses, non Iambonitæ, appellarunt. Agitur ergo in ea Bulla, & contra Brictinenses, qui appellarant; & cōtra alios Eremitas Ordinis D. Augustini in Marchia constitutos, v.g. Congregationis Turris palmarum, Firmanæ Diœcesis; non quia appellassent, (quod ex Bullis non constat) sed quia contra statutum iam dictum in pluribus venire præsumpserant, pro vt retulerant in querela supplicātes, vt obseruauimus supra. Venire autem in pluribus cōtra statutum iam dictum, non est appellasse tempore Gregorij circa annum 1240. sed decursu temporis non obseruare circa an. 1255. omnia in decreto Gregoriano contenta, sed aliqua violare. Quod licet non benè fieret; fiebat tamen sine appellatione, & sine renitentia, & reluctatione.

sed

sed pro humana fragilitate in obseruatione præceptorum, præcipuè eorum, quæ nobis non placent. Cogendi ergo erant alij, sed non Iambonitæ, quorum aliquibus Pontifex (vt supra argumentabamur) non permitteret cucullas portare discinctas; cũ alij omnes eiusdem Congregationis Corrigias præcinctas deferrent; sed cogendi erant, v.g. Eremitæ Congregationis Turris palmarum in Marchia constitutæ.

Tertiô probat Author Eremitas B. Ioannis Boni reluctatos fuisse decreto Gregoriano: quia Alexander IIII. in Bulla data 8. Cal. Martij, post narratam totius rei seriem hæc addidit: *Verùm, cũ (sicut accepimus) ipsi Eremitæ de Brictinis, obtentu quarundam litterarum, super hoc à Sede Apostolica obtentarum, ac etiam alij Eremitæ, iam dicti* (scilicet, ait Author, *Fr. Ioannis Boni, de quibus antea locutus fuerat*) *contra statutum iam dictum, & prouisionem ad communem pacem prouidè factam, & in eorumdem Fratrum Minorum infamiam, & scandalum plurimorum, in pluribus venire præsumpserint. Et nos prorsus velimus prædicta, quæ salubriter statuta fuerunt à supradicto prædecessore nostro, vbique, & ab omnibus Eremitis, siue Religiosis, cuiuscumque sint Ordinis, in exteriori habitu Fratribus Minoribus antè dictis conformibus inuiolabiliter obseruari, &c.* His Alexandri verbis, hæc de suo adiecit Author. *Quid ad hæc, mi vir? An non præter Brictinenses fuerunt alij Eremitæ, maximè Iambonitæ, de quibus semper præfatus erat Pontifex; quos compellere oportuit, vt Pontificis decreto obtemperarent?* Sic Author, Nos aliter.

Addit his primò Author, Brictinenses in sola Marchia Anchonitana, & in Diœcesi Fanensi in pauculis domibus institutos; Alexandrum verò hanc Bullam destinasse ad vniuersos totius Italiæ Prælatos. Addit secundô, in Bulla data 15. Cal. Iulij specificatis Brictinensis, Ioãnis Boni, & aliarũ Congregationũ nominibus, Alexandrũ præcepisse, vt Ecclesiarum Prælati cogerent omnes Priores, & Eremitas dictarum Congregationum ad deferendas nigras, vel albas cucullas infra festum omnium Sanctorũ proximè venturum.

Adhæc Respondeo plura. Primum est. Ex citatis verbis Bullæ nõ sequitur Iãbonitas à decreto Gregorij appellasse, (& de hoc erat cõtrouersia.)

sia.) Sed aliquos Eremitas Ordinis S. Augustini in Marchia constitutos, quales erant, v. g. Eremitæ Congregationis Turris palmarum Firmanæ Diœcesis, decursu temporis venisse in aliquibus contra Gregorianũ decretum; quod Patres Ordinis Seraphici ægrè ferentes ad Pontificem verbis acrioribus detulerũt, communi more omnium querelarum. Et quoad hæc factè præceptum, vt omnes omnibus in decreto Gregoriano contentis obtemperarent. Aliud autem est decretum pertinaciter non admittere; & aliud, post admissum decretum paulatim per inobseruantiam resilire. Illud esset superbæ obstinationis indicium, hoc est communis, & frequens fragilitatis effectus.

Secundum est. Bri&nen-ses, non in sola Marchia Anchonitana, & Diœcesi Fanensi habebant domicilia. Constat illos etiam Eugubij, quæ est Vmbriæ ciuitas, vt Author aduertit, P habuisse Monasterium ante an. 1252. vt ex Bulla Innocentij IIII. & alijs authenticis instrumentis constat, quæ in archiuo Eugubinæ domus asseruantur. Monasterium etiam vallis Petræ B. Mariæ Magdalenæ Diœcesis Bononiensis, quantùm ex Bullis Innocentij IIII. apud Marquez, & Bullarium Augustinianũ possumus coniectare, an. 1253. ex Ordine D. Benedicti ad Congregationem Bri&inensium transierat. Erant fortè & alia huius sodalitatis in alijs Diœcesibus Monasteria, quorum memoria excidit.

P *Sect.* 6. §. 3. *nu.* 4. *p.* 242.

Tertium est. Quid mirum quod ad omnes Episcopos Italiæ Bulla dirigatur, si Põtifex volebat, *statutum, & prouisionem suam* (vt ipse ait) *Vbique & ab omnibus Eremitis, siue Religionis, cuiuscumque sint Ordinis, in exteriori habitu Fratribus Minoribus ante dictis conformibus inuiolabiliter obseruari.*

Quartum est. Alexander in Bulla 15. Cal. Iulij, vult omnes Priores, & Eremitas illarum Congregationum, iam vnitos cogi ad deferendas nigras cucullas; non quia omnes decretum non obseruarent; sed dispositione generali, quæ omnes comprehenderet, tam eos, qui cum venerant ad vnionem, iam colore nigro vtebantur; quam eos, qui ante vnionem non fuerant Ordinis Augustiniani, neque cucullas nigras portauerant. Alios veró non comprehensos in vnione, qui nigras penitus, seu albas cucullas non gestabant, vult Pontifex co-

gi

gi ad assumendas cucullas nigri coloris. Ecce Pontificis verba: *Et nos dicti Cardinalis processum conuenientem cũ voluntatis nostræ proposito approbantes, præmissa omnia duximus confirmanda, statuentes vt vniuersi Priores, & Fratres in professione prædicti Ordinis Eremitarum S. Augustini taliter counīti, nigris dumtaxat, & nullis alijs alterius coloris cucullis aliquatenus vterētur*: Hi ergo, quibus cucullas nigras, seu albas portare permittit, non spectabant ad Eremitas S. Augustini iam vnitos. Et euidens est. Primò, quia stare simul non possunt, præcipere in eadem Bulla Fratribus eiusdem Religionis vt nigris tātum cucullis vtantur; & permittere vt albas, vel nigras deferrent. Secundò, quia rediret in ordinem iam vnitum confusio coloris albi, & nigri, quam repetitis Bullis Pontifices curauerunt euitare, dum alij cucullis albis, alij nigris vterentur. Prosequitur deinde Pontifex: *Nos volentes vt præmissa, quæ de vestimentis exterioribus à sæpe dicto predecessore nostro circa præfatos Eremitas statuta fuerunt salubriter, & ab ipsis, (vt recolimus) acceptata, vbique, & ab omnibus Eremitis vnitis taliter* (quod pro Eremitis B. Ioannis Boni à Gregorio IX. fuerat decretum, vult ab omnibus Eremitis obseruari,) *& alijs vniuersis* (Scilicet, præter vnitos taliter) *Inuiolabiliter obseruari; Fraternitati vestræ per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus quatenus prædictos Priores, & Eremitas* (scilicet, taliter vnitos) *et alios,* (scilicet, non taliter vnitos) *qui nigras penitus, seu albas cucullas nõ portant; quòd vsque ad festum omnium sanctorum proximè venturum nigri prorsus coloris cucullas assumant abiectis alijs deferendas, & firmiter prædictum statutum de cætero studeant obseruare, &c.* Ex his, quæ meridiana luce sunt clariora, prorsus non video, quomodò Author potuerit asserere Pontificem præcepisse; vt Prelati cogerent omnes Priores, & Eremitas dictarum Congregationum iam vnitarum, ad deferendas nigras, vel albas cucullas, infra festum omnium Sanctorũ proximè venturum. Longè enim est alia Pontificis mens, vt ex dictis patet, & clarè constat ex verbis Pontificis.

DIFFICVLTAS IIII. DE ALIIS, quæ Author Defensionis impugnat.

Q *Sect. 7. §. 2. nu. 16. p. 282.* PErgit vltra Author, Q & quia in Responsione pacifica defendi solos Brictinenses à Gregoriano decreto appellasse, eosque nullatenus renixos, aut reluctatos; illique sanctissimæ Congregationi in iuriam fieri, dum illi prædicta renitentia, & reluctatio gratis imponitur; in nos insurgit. Primò, quia ego in

R *Resp. 4. num. 314. p. 148.* Responsione pacifica, R sic habeo: *Congregatio verò Eremitarum Brictinensium restitit.* Neque valet dicere, (contendit Author) restitisse appellando, supplicando, & alijs vijs iuridicis. Quia Gregorius hanc appellationem friuolam reputauit, & audire noluit appellantes, eosque vocauit suæ prouisionis cõtemptores; & Alexander IIII. in Bulla data 8. Calen. Martij ait, eosdem Eremitas, & alios Eremitas obtentu quarundam litterarum à Sede Apostolica obtentarum, contra Gregorij statutum in pluribus venire præsumpsisse.

Secundò, insurgit, quia non affirmabo obedijsse decreto Apostolico, qui friuolas adinuenerint appellationes, ne obediant. Neque negabo reluctatos, quos Pontifex vocat sui mandati contemptores. Quòd si dixero non fuisse reluctatos, sed restitisse, instat Author: *Quia quæ nam illa tanta hæc vocum differentia, vt quos restitisse contedo, reluctatos dici feram ægerrimè? Qui enim Latinè sapiunt, reluctari idem dicunt, quod repugnare; & per hoc ipsum verbum repugnandi, quid sit resistere declarat Cicero pro Rosc. Posth. Resistere, & repugnare contra veritatem, & Cæsar. II. Belli gallici ait, legiones alias, alia in parte hostibus restitisse. Cicero II. Tusc. Resistere armis. Ouidius II. de Arte, Arbor resistit ventis.* Et ijs hæc addit Author: *Vidè quæso, an & huic etiam verbo accõmodari possit illa tua, num. 121. ex Calepino scripta vulgaris, seu Hispana interpretatio verbi, reluctari, scilicet.* Resistir como luchando. *Quos ergo restitisse annuis, reluctatos etiam admittas.* Hæc Author. Nos aliter.

Huic discursui duo Respondeo. Primum est. Congregatio Brictinensium restitit executioni decreti Gregoriani appellando, supplicando,

do, & alijs vijs iuridicis differendo executionem. Gregorius friuolam reputauit appellationem; ideô appellantes stylo communi similium litterarum, suæ prouisionis contemptores nuncupauit. Qui verô sic appellarunt credentes appellationem esse legitimam, immeritô dicerentur reluctati; neque dicuntur contemptores propriè, & in rigore; sed quia dum appellatio declaratur friuola, per inde reputantur ac si fuissent cõtemptores. Alexander vero IIII. de solis Eremitis Brictinensibus dixit in pluribus contra statutum Gregorij venire præsumpsisse obtentu quarundam litterarum super eo à Sede Apostolica obtentarum, de alijs verô Eremitis iam dictis, nempè Ordinis S. Augustini in Marchia constitutis, & distinctis ab Eremitis B. Ioannis Boni, dicit etiam in pluribus contra statutum Gregorij venire præsumpsisse: non tamen litterarum Apostolicarũ obtentu, sed vt credere est, per inobseruantiam rei, quã ipsi non petierant. Atque adeô defecerunt suo modo in obedientia materiali decreti Apostolici, sed absque reluctatione, & renitentia, etiam si Pontifex eos vocet mandati contempores. Aliud enim est executioni præcepti resistere interposita appellatione, & supplicatione; vel non exequi præceptum paulatim deficiendo in obseruatione; & aliud, reluctari. Quæ autem sit hæc differentia inter, *Resistere*, &, *Reluctari*, explicui in Responsione pacifica, his verbis: *Quia Reluctari malè sonat, indicatque proteruam subditi resistentiam in obediendo Prælato. Significat enim Hispanè, vt Calepinus vertit*, Resistir como luchando. *Hic autem denotat impudentiam in subdito, quasi velit de pari cum Prælato contendere*. Resistere vero abstrahit à resistentia cum reluctatione, & sine illa. Latiùs enim patet resistere, quã reluctari. Omnis enim, qui reluctatur, resistit; non verô omnis, qui resistit, reluctatur. Vndè Calepinus sic ait: *Reluctor, taris, repugno, obnitor, renitor, & Hispanicè, resistir como luchando*. Non autem explicauit illud per verbum resistendi. Et Ouidius III. Amor. Eleg. IIII.

S Resp. 4. num. 221. p. 116.

Vidi ego nuper equum contra sua fræna tenacem
Ore reluctanti, fulminis ire modo.

Et verbo, *nitor*, sic ait, explicãs eius cõposita, *Obnitor*, *cõtranitor*, *obluctor*, & statim,

Re-

Renitor, contranitor. At verò verbo, *Resisto*, sic ait. *Accipitur aliquãdo resistere, pro aduersari, seu repugnare.*] Latiergo patet, & non tã malè sonat in subdito præceptis Superiorum resistere, quam reniti, & reluctari.

Secũdum est. Nomine reluctationis & renitentiæ non intellexit Author solam resistentiam interposita appellatione, & supplicatione, sed proteruam, & impudentem. Sic enim ait in Apologetico:
T §. 4. num. 5. pag. 45. *T Nam statutis à Pontifice huiusmodi vestibus mirum in modum reluctarunt*, Et num. 7. pag. 46. *Nec etiam hoc sufficit vt habitum nigrum, vel corrigiam, vellent hi Patres Eremitæ gestare.* Et num. 11. pag. 50. *Neque adhuc vniuersa hac industria Gregorij potuit fieri vt Eremitæ Augustiniani in hunc habitum conuenirent.* Et nu. 13. pag. 52. *His tamen non obstantibus ad huc perstiterunt quidam ex Eremitis in sua renitentia, præcipuè illi, qui de Brictinis dicebantur.* Et num. 27. pag. 58. *Atque hinc illatam diuturna tot annorum reluctatio, quæ non potuit tolli per tot Pontificum diplomata, ad iectasque censuras.* Nunquid hæc Author adiecit de sola resistentia per interpositam appellationem, & supplicationem, & obtentu litterarum à Sede Apostolica obtentarũ? Non ne satis indicat nomine reluctationis, & renitentiæ aliquid grauius, & iniuriosius significare voluisse? Erit ne mirum quòd doleamus à viro Religioso, & graui ea gratis imponi sanctissimæ Congregationi? Immò, & sanctissimis Congregationibus, cuius, vel quarum resistentia piè poterat excusari, sicut nos aliorũ diuturniores resistentias minùs excusabiles, ad huc post litem non semel euictam, piè excusamus, aut toleramus, neque renitentiam, neque reluctationem objjcientes? Toties inculcata renitentia, & reluctatio in viros sanctissimos placere nõ potuit. Vndè dicere suo modo possumus cum Augustino:
V Sed tu qui tam crebro nobis Manichæorum nomen opponis, quos, & quales viros, & quantos Fidei Catholicæ defensores tam execrabili criminatione appetere audeas, si euigilas, intuere. V lib. 2. de Gra. Christi. cap. 3. Et sanè mirum valdè est oportere, ne probabile sit B. Franciscum biennio incolatus Eremitici fuisse Augustinianum, tot sanctorum Eremitarum greges fuisse irreligiosos, & alienum habitũ dolosè vsurpasse, vt dum ementito habitu populos fallerent, maiorem rece-

pe-

perent charitatem; & præceptis Apostolicis diuturna plurium annorum renitentia, & reluctatione repugnasse; malleque Authorem tot crimina sanctis Eremitis gratis inurere, quam Monachatus Augustiniani S. Francisci odiosam aliquibus Fratribus probabilitatem admittere.

Secundò, prosequitur Author, X & quia in Responsione pacifica, Y latè probaui Cōgregationes Eremitarum S. Augustini in Thuscia, B. Ioannis Boni, & Bricttinensium, fuisse distinctas, duo addit. Primum est: *Sanè, si circa hæc liberet immorari, & tuis obiectis plenè satisfacerem, & illa producere monumēta, quæ non leue negotium facesserēt.* Secundū est. *Siue agendū fuerit cum his, vel illis Eremitis S. Augustini, siue cogenda hæc, vel illa Congregatio ad hanc vestem suscipiendam, me a constat assertio, Eremitas Augustinianos non conuenisse in hunc habitum.*

X Sect. 7. §. 2. nu. 18. p. 284.
Y Resp. 4. num. 268. p. 132. & Resp. 5. n. 468. p. 304. & seqq.

Sed adhæc duo, dicam ego tria. Primum est. *Non audes repetere,* (Verba sunt Hieronymi contra Rufinum) Z *qui tacendo ampliùs criminaris; arte ludis rethorica, & simulas te præterire quæ dicis, vt qui obiecta probare non poteras, quasi prætermissa facias criminosa. Hæc est tota tua simplicitas; sic amico parcis, & reseruas te ad tribunalia iudicum, vt aceruum criminum mihi, dum parcis, obiiceris.*

Z In Apol. col. 360. & 362.

Secundum est. In re, quæ clarior est luce meridiana; nō est nouiter immorandum. Videat Lector si volet; quæ diximus in Responsione pacifica vbi supra. Et sanè, quis audeat dicere Congregationem Eremitarum S. Augustini in Thuscia, & B. Ioannis Boni, & Brictinensium non fuisse distinctas, cū an. 1240. Generalis Brictinensium esset Frater Andreas; & Iambonitarum Fr. Matthæus de Cæsenna; & Eremitæ Thusciæ nondum essent vniti, in vnam sub eo titulo Congregationem? Et cum an. 1251. Congregationis Eremitarum B. Ioannis Boni Protector esset Guillelmus Diac. Card. S. Eustachij, & Priores Generales orto schismate Fr. Hugo Mantuanus, & Marcus de Cæsenna; & Congregationis Eremitarum S. Augustini in Thuscia Protector esset, Richardus Diac. Card. S. Eustachij, & Prior Generalis Fr. Matthæus, vt constat ex duplici instrumento, cuius Autographum asseruatur in Archiuo vrbis Senensis in filo scripturarum foranearum sub num. 183. & 381.

quo-

quorum trasumpta an. 1242. nobis misit R. P. M. F. Ægidius Consonius Mediolanensis, totius Ordinis Augustiniani Procurator Generalis. Primum sic incipit: *In nomine Domini Amen. F. Andreas de Ordine Eremitarum S. Augustini interrogatus à F. Mattheo Generali Priore omniũ Eremitarum Tusciæ, &c.* Et est de an. 1249. Secũdum verò sic incipit, & est de an. 1251. *In Dei nomine Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, quòd Fr. Simon, Prior Eremi S. Antonij de Ardinghesca, & Fr. Aiutus,* (siue Abitus) *Prior Collæ, Presbyteri Rustici Liuontij Diœcis, Vicarij F. Matthæi Generalis Prioris Eremitarum Ordinis S. Augustini in Thuscia, &c.*

Tertium est. Controuersia non erat, vtrum aliqui Eremitę in habitum cum circunstantijs à Gregorio IX. præscriptis non conuenissent; sed an Eremitæ B. Ioannis Boni non conuenissent; & an sic non conuenerint, vt renixi, ac reluctati fuerint plurium annorum spatio. Hoc secundum mordicus affirmabat Author in suo Apologetico, varijs in locis supra citatis; & nos in nostra Responsione pacifica, *A* manifestè conuicimus esse falsum.

A *Resp.* 4. *n.* 216 *p.* 114. *& seqq.*

Non autem negauimus aliquos Eremitas Augustinianos, scilicet Brictinenses, nõ conuenisse in habitum, pro vt in decreto Gregoriano continebatur. Id autem, non cũ renitentia, aut reluctatione, sed appellando, & supplicando egisse defendimus. Atque adeò non constat Authoris assertio, si semel admittat Iam bonitas in eum habitum conuenisse, cum non semel oppositum astruat in Apologetico, & in Defensione; & eum passim velit tam hos, quam illos Eremitas cum renitentia, & reluctatione non obedijsse repetitis Pontificum decretis; quod longè à veritate abesse, tam in Responsione pacifica, quam in hoc eius Clypeo satis, superque demonstramus.

Tertiò tendit Author, *B* & quia Bullam Innocentij IIII. datam Cal. Iulij anno 11. Pontificatus, dixi directam fuisse non ad vniuersos Eremitas Ordinis S. Augustini, vt Author perperam asseruerat; sed ad Eremitas Thusciæ, quorum tantũ Protector erat Card. Richardus, & sub titulo Eremitarum S. Augustini simpliciter appellabantur; iterum reproducit titulum Bullæ Innocẽtij, & decreti Card. Richardi; quasi ex ipsis non sit luce

B *Sect.* 7. §. 2. *n.* 19. *p.* 285.

cla-

clerius Richardum nihil statuisse, nisi erga illos Eremitas, quorum erat Protector. Erat autem Protector Eremitarum S. Augustini in Thuscia, & nō aliorū, vt clarè ostē di in Responsione pacifica; & constat tā ex Bulla deputationis eius in Protectorē, quam quia eodem tempore Guillelmus de Flisco Diac. Card. S. Eustachij erat Protector Eremitarum B. Ioannis Boni.

Quartô, prosequitur Author, C & in nos verbis inuehitur, quia aduerti in Respōsione pacifica, D Card. Richardum præcepisse Eremitis Thusciæ, vt ferrent in manu crocias, in quarū superiori parte nō esset curuum lignulum, sed directum, scilicet, qualia solent esse genera ferularum, quibus communiter vtuntur homines infirmi, aut senes, non claudi, quæ etiam crociæ appellantur. Et tamen Author in Apologetico, E referebat Richardum præcepisse vt trāsversum lignulum non esset curuum, sed directum, vt efformarentur in Crocias, in modum Thau. *Quas Hispani, & politiores Itali, vocant Muletas.* Et circa hęc verba notaui non fuisse opus Authori vti illa voce, *Muletas*, qua vsus videbatur, vt conflaret inuidiam, aut pareret irrisionem. Hoc nostrum crimē. Hoc nostrum flagitium. Sed vtinam à Lectore appendatur hoc peccatum meum, & verba, quæ in nos Author profert. Forsitan eius ira grauior appareret, quam peccata, quibus iram merui, & dicere quodammodo possē cum Iobo: F *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in statera; quasi arena maris grauior hæc appareret.*

Quintô, procedit Author, G & dolet, quod in Responsione pacifica, H notaui quod dixerat Innocentium IIII. fuisse immediatum Gregorij Noni successorem; & addit me, *Iniurioso, sed parum idoneo, id exaggerare exemplo diaboli Euam decipientis, prolatis ex Augustino, & Bellarmino verbis vehementer offensiuis.* Legat Lector, & si ibi tantum inuenerit mali, me reum non negabo. Vtinam Author in Apologetico, & in Defensione non vteretur verbis vehementius offensiuis? Sed etiam si nostra leuiora sint, si tamen offensiua sunt, si Authorem, certè nolentes, læsimus, dicemus ex animo cum Augustino ad Hieronymum: I *Vbi læsi te dimittas mihi, ne me vicissim lædendo, malum pro malo reddas.*

C Sect. 7. §. 2. n. 20. p. 286.
D Resp. 4. num. 248. p. 125.
E n. 11. pag. 50.
F ca. 6.
G Sect. 7. §. 2. n. 21. p. 286.
H Resp. 4. num. 241. p. 123.
I Epist. 15. [illegible]

Potest fieri vt tibi aliud videatur, quam veritas habet, dum tamẽ abs te aliud non fiat quam charitas habet.

Addit deinde ibidem Author: *Si pacificè, & amicè, vti libri tui præfert inscriptio, mecum velles agere, facilè potuisses. Typographi, aut Amanuensis vitium aduertere, non me temerè incusare, &c.* Ad hoc dico duo. Primũ est, credo libenter à viro doctissimo sic haberi in Authographo; *Ab Innocentio IIII. penè immediato Gregorij successore.* Vtinam sic Author credat multa in nostra Responsione pacifica, quæ in nostro Authographo aliter continentur, per Typographi errorem esse vitiata. Secundum est. Mutuari possum illud Hieronymi contra Rufinum: K *Tibi licet accusare, mihi defendere non licebit? quando criminaris, amicum non cogitas, quando respondeo, tum tibi ius amicitiæ in mentem venit.*

K *in Apol. col. 367.*

DIFFICVLTAS V. DE MONACHAtu Augustiniano B. Claræ de Monte Falco.

L *Resp. 4. à nu. 379. p. 165.*

DIxi in Responsione pacifica L M. Marquez optimo iure D. Claram Monte Falcensem, omninò Augustinianis adscribere, idque manifestis testimonijs probaui. Sed adieci Eminentissimum D. Iulium Sachettum, tunc Apostolicum in Hispania Nũtiũ, nũc meritissimũ S.R.E. Cardinalẽ, litteris datis Madriti die 12. Maij an. 1625. præcepisse ex libris editis à P. Fr. Luca de S. Francisco deleri caput numeri trigesimi, quod incipit: *Satis me ostẽdisse iudicauerim debile omnino, &c.* Et finitur, *vel refellẽs*

Hic parumper subsistendum existimauit Author in Defensione Apologetici; M & duo profert, quæ magnam nobis ingessere admirationẽ. Primum est. *Nescio quid hic tanti mali, vt totum illum copiosum numerum rebus varijs, & à causa B. Claræ longè alienis constantem, Nuntius deleri præceperit. Et scio non præcepisse, neque tale quidpiam ei in mentem venisse, vti hic ipse Romæ præsens, mihi colendissimus, non semel testatus est.* Hæc Author; quibus fidem nostram vocat in dubium, quasi nos Illustrissi-

M *Sect. 7. §. 2. n. 22. p. 288.*

ſsimi Nuntij litteras confinxerimus; & credibilius non ſit Emin. Cardinalem eſſe immemorem eorum, quæ in ſuo tribunali, ipſius nomine geſta fuere. Vndè de viro doctiſſimo amico noſtro eam querelam habere poſſumus, quã de Ruffino Hieronymus ad Pammachium, & Marcellinum contra Ruffinum: *N Hoc mihi præſtiterunt amici mei, vt ſi tacuero, reus; ſi repondero, inimicus iudicer. Dura vtraque conditio. Sed e duobus eligam, quod leuius eſt. Simultas redintegrari poteſt; blaſphemia veniam non meretur. Animaduertis inuito mibi, & repugnanti hoc onus impoſitũ; & futuram ex huiuſmodi opera ſimultatem neceſſitatis excuſatione curatam.* An putauit Author hocChyrographum à nobis inuentum, ſicut olim exiſtimauit in Apologetico, O Chyrographum Mantuanum à Bergomenſi? ſed nouerit longè aliam eſſe cauſam huius, & illius Chyrographi. Si enim inquirat de hoc Chyrographo Matritenſi, quod olim in Apologetico O de Mãtuano interrogauit: *A quo? quæſo, quo loci? dic oro te, quid continebat, quibus verbis fidem huius profeſsionis aſtruebat? Quo Characterum genere ſcribebatur? Qui illi teſtes, qui profeſsioni ſubſcripſerũt? Quod illius tabellarij nomen, per quem Chyrographum, vt ille vult, ſtipulatum eſt?* Si inquam hæc omnia inquirat, facilè reſpondebo. *Chyrographum hoc ab Emin. Card. Iulio Sachetto, tunc Hiſpaniarũ Nuncio, ſtipulatum Matriti die 12. Maij anno 1625. & Hiſpanis caracteribus ſcriptum, & tabellarium fuiſſe Franciſcum Guttierrez Cortola Notarium, & Secretarium.* Infrà illud verbatim tranſcribemus. Et ſanè, ſi de veritate Chyrographi certior fieri volebat, Matriti facienda erat inquiſitio, vbi recens, & nota eſt huius decreti prolatio; non Romæ in cuius Eccleſiæ chartario Chyrographũ non debebat extare; neque cum Emin. Card. qui omnium in ſuo tribunali geſtorum nec tenetur, nec poteſt recordari. Rectè quidem inquiſitum eſſet, ſi ego dixiſſem cum Hieronymo contra Ruffinum: *P Si à me fictam Epiſtolam ſuſpicaris, cur eam in Romanæ Eccleſiæ chartario non requiris? Vt cum de prehenderis ab Epiſcopo non datam, manifeſtiſsimè criminis reum teneas, & nequaquam aranearum mibi opponas caſſiculos, ſed fortiſſimo me, & ſolidiſſimo conſtringas reti. Vade potius Romam, & præſens apud eum expoſtula, cur ti-*

N in Apol. lib. 1. colu. 298.

O in Apol. nu. 19. pag. 101.

O §. 4. nu. 16. p. 99.

P in Apol. col. 361.

tibi, & absenti, & innocenti fecerit contumeliam. Id tamẽ ego non dixeram; neq; in mẽtem mihi venerat posse contingere vt Author fidem nostram vocaret in dubium, immô potius falsitatis insimularet, dum tam fidenter ait se scire Emin. Card. non præcepisse deleri numerum 30. §. 5. Apologetici.

Secundum, quod Author profert, hoc est: *Vestram fuisse, penitus non nego, neque nostris laribus penitus abdico; non ita omninò fuit vestra, vt nostra etiam fuisse aliquandò non potuerit. Id tibi ipsi, bene amicè commoranti, ita manifestis persuasi rationibus, vt etiam ipse publico id syngrapho approbaueris, & tomo tertio nostrorum Annalium,* Q *in quo hæc discutio, libenter subscripseris.* Q An. 1308. nu. 67. Hæc Author; sed huiusce rei, pro vt est labilis hominum memoria, non benè recordatur. Si meminisse vellet, meminisse posset, quod dum apud S. Isidorum in sua selecta Bibliotheca inter duas fenestras de censura prædicti tom. 3. colloqueremur soli valdè dulciter, tria ad illum protuli, quæ hodie apud me extant in ipsissima schedula, in qua compẽdiosè notaueram quid oporteret cum Authore conferre.

Dixi enim primô, B. Claram de Monte Falco esse omninô Augustinianam; neque ante ingressum, vel post ingressum Monasterij fuisse Frãciscanam; & tamen Author quibusdam rationibus (quas & dissolui, & conuici) vel contendebat, vel insinuabat fuisse Franciscanam, non Augustinianam. Id autem probaui primô, quia Isidorus Mosconius I. C. Vicarius Generalis Bononiensis in vita B. Claræ, quam edidit Bononiæ apud hæredes Ioannis Roscij anno 1601. ex ipso processu originali extractam, sic habet: R *Ita cum ædificari cæptum esset* (scilicet Monasterium S. Crucis Montis Falchi) *anno 1281. quo tempore Clara annum decimum quartum agebat; anno deinde 1290. est omninò perfectum. Eo temporis interuallo nullam habuerant Moniales certam Regulam, aut institutionem, cui se traderent, sed suamet prudentia vitam direxerant.* Ergo ante ingressum Monasterij S. Crucis B. Clara non fuit Franciscana. R p. 36. Quod verô post ingressum Monasterij non fuit Franciscana, probo ad hominem, & ad rem. Ad hominem; quia Author in Defensione Apologetici S mordicus contra me contendit nullum Cla- S Sect. 6. §. 5. nu. 9. p. 254.

ris-

rissarum Monasterium sub Regula Augustiniana militasse; & tamen Monasterium S. Crucis ab ipsa sua institutione anno 1290. fuit Regulæ Augustinianæ subiectum à Gerardo Episcopo Spoletano. Ad rem verò; quia ex sententijs infrà subijciendis clarissimè constat Claram post ingressum Monasterij semper fuisse Augustinianam. Secundò idem probatur, quia in contentionibus circa annum 1479. exortis, qui intendebant in eo Monasterio Ordinem D. Augustini supprimi, & erigi B. Claræ, nec verbum fecere in suis libellis supplicibus (quos omnes vidi in Archiuo Romano Augustiniano processibus insertos) de habitu, Regula, aut Ordine B. Claræ de Assisio, cui aliquando paruerit Clara de Monte Falco. E cõtrario verò resistentes nouæ transformationi, in omnibus libellis allegabant, Cœnobium S. Crucis à primæua erectione, & à tempore immemoriali fuisse sub Ordine, Regula, & habitu B. Augustini: *Cum autẽ P. S.* (aiũt) *Monasterium prædictũ à sui primæua fundatione, & à tanto tempore citra, de cuius cõtrario memoria hominum non existit, fundatum, & dotatum fuerit sub Ordine D. Augustini; & ab inde citra illius Abbatissa pro tempore, & Moniales, Ordinem, & Regulam S. Augustini professa fuerint, & sub eiusdem Regula, Ordine, & etiam habitu uixerunt, &c.*

Dixi secundò gauisurum me si aliqua ratio probabilis appareret, quæ suadere posset B. Claram ante Monachatum Augustinianum spectasse aliquomodo ad Clarissas. Sẽper enim dicam quod in Responsione T pacifica his verbis testatus sum: *Mallẽ ego ostendi posse D. Claram in illo primo reclusorio egisse Tertiariã Ordinis Franciscani, quam sæcularẽ; gauderemq; aliquod inuenire fundamentum, vt sic nostra Clara communis esset vtriq; Ordini; & in hac parte disputatio Nauitia iret in cõcordiã. Satius enim iudico, & gloriosius Clarã ex Tertiaria Seraphica, quã ex Virgine sæculari in Augustinianã Monialem fuisse trãslatam, &c.* T Resp. 4. num. 387. p. 167. Adeò longè eramus, vt Authoris rationibus persuaderemur Claram nostram aliquando fuisse alienam.

Dixi tertiò amicabili cõfidentia, & vrbanitate familiari, me illi remittere vt quæ contuleramus corrigenda, corrigeret, ita vt neq; sentẽtijs Apostolicis cõtradiceret, neque Augustiniani Ordinis iuri de-

derogaret, An hoc, vel alio om dore hæc præla dederit, nō noui, quia tomū tertiū non vidi. Hoc tamen certissimè noui, & testatum ab omnibus volo, si aliter quam retulimus habet, vrbanitatè Hispana abusus est. Fateor mihi neque inmentem venisse, posse tantum virum confidētiæ nostræ deesse.

Sed vt clarius innotescat quantum, & quale ius Augustinianæ familia habeat in Claram de Monte Falco, & veracitatem nostram à suspicionis iniuria vēdicemus, placuit hic inserere Apostolicas de hac re sentētias, quæ ad manus nostras peruenerunt. Forsan his lectis, & perpēsis controuersia hæc radicitus amputabitur.

SENTENTIA I. CARDINALIVM Congregationis Sacri Concilij Tridentini, de anno 1577. in fauorem Monachatus Augustiniani B. Claræ de Monte Falco, ex Authentico trassumpto, quod apud me extat.

In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

NOuerint, vniuersi, & singuli hoc præsens publicum trassumpti instrumentum inspecturi, lecturi, & audituri, quod nos Hieronymus Mattheius, causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor V ad venerabilis, & R. P. ac sacræ Theologiæ Magistri Fr. Spiriti de Vicentia, X totius Ordinis S. Augustini Procuratoris Generalis instantiam, omnes, & singulos, sua communiter, vel diuisim interesse putantes, eorumque procuratores, si qui tunc erāt in Romana Curia pro eisdem ad videndum, & audiendum non nullas litteras, tam Episcopalis bonæ memoriæ Gerardi Episcopi Spoletani, quam Apostolicas fel. recor. Ioānis XXII.

V postea fuit Cardinalis. *X postea fuit Generalis Ordin. August.*

XXII. nec non decretum, & terminationem sacræ Congregationis Illustrissimorum, & Reuerendissimorum S. R. E. Cardinalium super decretis Sacrosancti Concilij Tridentini, de super Regula & Ordine B. Claræ de Monte Falco, per notarios publicos, ac Illustris. & Reuer. Card. S. Sixti respectiuè subscriptas, & subscriptam transumi, & exemplari, ac in publicam formam redigi; vel dicendum, & causam, si quam habent rationabilem, quare præmissa minimè fieri debeant, allegandũ, per audientiam litterarum contradictarum S. D. N. Papæ citari fecimus, & mandauimus ad certum peremptorium terminum competẽtem, videlicet ad diem & horam infra scrip. Quibus aduenientibus comparuit in iudicio legitimè coram nobis Magist. & Excellens I. V. Doctor D. Gregorius Montagnana Vicentinus, dicti venerabilis, & R. P. Magistri Spiriti procurator, & certas litteras citatorias in dicta audiẽtia nostra demandato executas facto reportauit, citatorumque in eadem contentorum non comparentium contumaciam accusauit, ipsosque contumaces reputari, & in eorum contumaciã prædictas litteras, ac decretum, sanas, & illæsas, sanum, & illæsum, omnique prorsus vitio, & suspicione carentes, & carens, facto, realiter, & in scriptis exhibuit, atq; produxit. Quæ omnia transumi, & exemplari, ac in publicam formam redigi mandari; nostramque, & dictæ Curiæ authoritatem iudiciariam, & ordinariam pariter, & decretũ interponi per nos instanter postulauit.

Nos tunc Hieronymus, Auditor præfatus, dictos citatos non comparẽtes reputauimus meritò id exigente iustitia cõtumaces, & in eorum contumaciam dictas litteras, ac decretum ad manus nostras recepimus, illaque vidimus, tenuimus, legimus, & diligenter inspeximus. Et quia huiusmodi litteras, ac decretum, sanas, integras, & illæsas, sanum, integrum, & illæsum, ac omni prorsus vitio, & suspicione carentes inuenimus; idcirco ad dicti vener. R. P. Magistri Spiriti instantiam, illas, & illud per discretum virum Magistrũ Rodulphum Cellesium, publicum Apostolica & Imperiali authoritatibus Notarium & Scribam infrascriptum transumi, & exemplari, ac in publicam transumpti formam, redigi fecimus, & mandauimus, volentes, & authoritate dictæ Curiæ decernentes, quod præsen-

senti nostro trasumpto publico de cætero, & in antea tam in Romana Curia, quam extra, ubicumque locorum, in iudicio & extra stetur, illiq; detur, & adhibeatur talis, & tanta fides, qualis, & quanta dictis originalibus litteris, & decreto inferius insertis, & cum præsenti Trasumpto auscultatis, & collationatis data fuit, & adhibita, daturq; & adhibetur, seu daretur, & adhiberetur, si ipsæ originales litteræ, atque decretum in medium exhibita fuissent; aut ostensa. Huiusmodi vero litterarum, & decreti tenores de verbo ad verbum sequuntur, & sunt tales.

LITTERAE EPISCOPALES GERARdi Episcopi Spoletani.

IN Dei nomine Amen. Anno à Natiuitate D. N. IesuChristi 1575. Indict. 5. sedente Gregorio XIII. diuina prouidentia Pontifice Maximo, die verò XV. mensis Aprilis dicti anni.

Hæc est copia, trasumptum, siue exemplum quarundam litterarum fe. re. quondam Gerardi Episcopi Spoletani concessarum sororibus degentibus in domibus S. Crucis siue S. Catharinæ de Bottaccio de terra Montis Falchi, copiata, extracta, & trasumpta de verbo ad verbum ex suo proprio originali per me Notarium infrascriptum, in charta membrana, scriptu cum appensione sigilli in cera alba impositum sigillum impressum in cera rubra existen. in manibus R. P. D. Magistri Fr. Iacobi Gentilucij de Monte Falchio, Prouincialis Vmbriæ Ordinis S. Augustini, & ipso R. Magistro Prouinciali auscultante, & me legente Notario collationata cum suo proprio originali, præsentibus infrascriptis testibus, tenoris infrascripti, videlicet.

Gerardus, miseratione diuina Episcop. Spoletan. Dioc. Dilectis in Christo Ioannæ Damiani de Monte Falco, & suis sororibus degentibus in domibus S. Crucis, & S. Catharinæ de Bottacio prope Castrum Montis Falchi Spolet. Diocesis, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Religiosam vitam eligentibus efficaci debet præsidio subueniri, ut per grata subuentionis subsidia in sancta Religionis ha-

habitu perpetuò valeant Domino famulari. Sanè, pro parte vestra nobis est humiliter supplicatum vt cum Domus S. Crucis, & S. Catherinæ de Bottacio propè Castrum Montis Falchi Spoletan. Dioces. in quibus sub regulari obseruantia placitum Deo disponitis impendere famulatum, satis ad locum Religionis habiles videantur, certam Regulam, & alia, quæ loco Regulato conueniunt, vobis de speciali gratia concedere dignaremur. Nos igitur vestrum laudabile propositum in Domino commendantes, Christi nomine inuocato, B. Augustini Regulam vobis authoritate Apostolica duximus concedendam, quam per vos, & alias sorores, quæ in eodem loco fuerint pro tempore, volumus, & mandamus, quantum possibile fuerit, perpetuò inuiolabiliter obseruari. Oratorium quoq; cum campana, in quo laudes Domino persoluatis; & cimiterium, pro vestra, vestrarumque sororum, & conuersorum sepultura faciendum. & quod personas à sæculo fugientes recipere possitis in socias, & sorores, vobis plenam ac liberam damus, & concedimus potestatem. In recognitione autem Dominij, volumus quòd vnā librā ceræ nobis, & successoribus nostris annis singulis persoluatis. In cuius rei, &c. Datū apud plebē nostrā S. Fortunati de Mōte Falcho, anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo, Pontificatus D. Nicolai Papæ Quarti anno tertio, Indictione tertia mense Iunij die decimo. Locus appensionis sigilli.

Actum in terra Montis Falchi in Conuentu S. Augustini propè vias publicas, bona domini Auriani de Cuppis, & alia latera, præsentibus Honofrio ser Emiliani, & Ioanne Angelo Crichi, Ioanneto de Monte Falchio, testibus vocatis, habitis, atque rogatis. Et ego Bonifacius de Cuppis de Monte Falchio Spoletan. Diocesis Apostolica, & Imperiali authoritate Notarius, iudexque ordinarius, & in Archiuo Romæ descriptus, quia prædictis omnibus vnà cum supra dictis testibus interfui, & præsens fui, suprascriptas litteras cū suo proprio originali collationatas, vt suprà de verbo ad verbum copiaui, nihil addendo, seu minuendo, quod eas vitiare possit, nisi fortè litteram, seu syllabam errore calami, &c. In quorum fidem me subscripsi, signoq; meo solito publicaui. Locus signi.

LITTERAE APOSTOLICAE IOANnis XXII.

In Dei nomine Amen.

HÆc est copia, transumptum, siue exemplum cuiusdam trāsumpti quarumdā litterarum Apostolicarū Beatissimi P. D. Ioannis diuina prouidentia Papæ XXII. &c. in charta membrana scripti, rogati, ac publicati manu q. Angeli Ioannelli de Monte Falco Notarij publici, &c. copiati, trāsumpti, & extracti, per me Notarium infrascriptum, nec non infrascriptos alios Notarios publicos, collationata cum supradicto copia instrumēto existenti inmanib⁹ Mag. D. I.V.D. D. Pomponij Magioli de Scansano ad præsens Potestatis terræ Montis Falcbi pro tribunali sedentis in infrascripto loco, ipso Magnifico D. Potestate vnà cum testibus infrascriptis auscultata, meque Notario, & alijs Notarijs præsentibus, & astantibus alta, & intelligibili voce legēte, tenoris infrascripti, videlicet.

In nomine Domini Amen.

Hoc est exemplum, seu copia quarundam litterarum Apostolicarum Beatis. Patris Domini Ioannis diuina prouidentia Papæ XXII. non cancellat, neque in aliqua parte suspect. vera ipsius D. Papæ Bulla plumbea cum filo canapis bullat. quarum quidem litterarum tenor talis est.

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Perusin. Vrbeuetan. Episcopis, & dilecto filio Magistro Reginaldo de S. Arthemia Canonico Petragoricen. Cappellano nostro, nostrique Palatij Auditori causarum, Ducatus Spoletani Rectori, salutem, & Apostolicam benedictionem. Magna nobis exultationis materia præstatur, & gaudij; magnaq; gratiarum actionum, & laudum nobis debita cumulantur, cum nouellis miraculis fidei nostræ inconcussa fundamenta relucēant, rebus spes alta foueatur exhibitis; ac virtutum actibus viuificans charitas inflammetur. Nouit namque misericordiarum pater, & totius consolationis, Deus omnipotens plebi fidelium quibus-

busque apta temporibus dare, iuuantia co ferre remedia, ac cælestis vitæ solatia impartiri, quibus præteritorum fides astruitur, futurorum impenditur cautio, ac præsentium zelus accenditur lique faciens animarum, vt sic spe præmij, fortitudine vincamus in asperis, humilitate in prosperis dimicemus; adquæ nostræ ætatis instantius eorum exempla nos prouocant, & familia (fortè, familiæ) eius cognita merita suffragantur, qui sic sobriè, sic iustè, sic piè vixisse feruntur in terris, vt inter sanctorum agmina collocati credantur in cælis, cum ad ea sperantes, nitamur ex gratia, quæ illi miraculorũ ostensionibus æstimantur adepti. Sanè dudum ex parte venerabilum Fratrũ nostrorum Assisinaten. & Fulginaten. Episcoporum, & dilectorum filiorum quorundam aliorum Prælatorum Ecclesiarum sæcularium, & Regularium, ipsorumque omnium Capitulorum, Collegiorum, & Conuentuum, ac etiam vniuersitatum Perusin. Spoletan. & Fulginaten. nec non multorum Castrorum, & villarum Spoletan. Ducatus coram nobis, & Fratribus nostris propositum extitit, quòd recolendæ memoriæ Clara Monasterij S. Crucis de Monte Falcho Ordinis S. Augustini Spoletan. Diocesis Abbatissa, dum viueret, nitore sanctitatis emicuit, conuersatione resplẽduit, ac multis magnisque tã ante, quam post suum obitum miraculis coruscauit. Quare pro parte ipsorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt de eiusdem Claræ vita, & miraculis inquisitione præmissa, si reperiremus præmissa veritate fulciri, eam ascriberemus sanctorum Cathalogo, ipsamque faceremus per vniuersas Ecclesias honore congruo solemniter venerari. Verum licet prædicta coram nobis, & eisdem Fratribus nostris exposita, si vera sint, nostrum, & Fratrum ipsorum corda multiplici iucunditate repleuerint; attendentes tamen quòd Romana Ecclesia, præsertim in tanto fidei negotio consueuit cũ magna maturitate procedere, vbi videlicet deretam ardua quæritur, sensibus quidem sunt iuuenibus cum labore, quæ in cælis sunt quis inuestigabit? Dilecto filio nostro Neapolioni S. Adriani Diacono Cardinali commisimus vt apud Sedem Apostolicam de abdita ignota scientijs, & nouo quodam probandi genere, vita vtique, & miraculis comproban. Nam si difficile quæ in terra sunt, & quæ in prospectu, huiusmodi sanctiæ vitæ aemiraculi prædicta Claræ in

Sic est in originali.

formationem per testimonia fidedignorum reciperet, illamq; nobis referre curaret, vt verisimilitudine inde sumpta tutiùs possemus procedere in negotio prælibato. Et quia per D. Cardinalis relationem fidelem coram Nobis, & Fratribus nostris factam accepimus aliqualem informationē, de sanctitate, ac miraculis antedictis: Nos pium, & congruum reputan. vt præfata vlteriùs sub dissimulatione non debeant pertransiri, de ipsorum Fratrum nostrorum consilio supplicationi huiusmodi, pro vt præsentium describitur serie, duximus annuendū. Quocirca discretioni vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo vestrum in loco, vel locis, vbi expedire videritis, de vita, conuersatione, & miraculis Claræ prædictæ, cæterisque circunstantijs huiusmodi negotium contingentibus iuxta formam, quam vobis sub bulla nostra mittimus introclusam, inquiratis diligentiùs veritatem, & quæ super præmissis inueneritis, fideliter in scriptis redacta sub testimonio sigillorum vestrorum per viros idoneos ad Sedem Apostolicam destinetis, vt per inquisitionem vestram sufficienter instructi, sicut res exigit, & expediens visum fuerit, securiùs in ipso negotio, procedere valeamus. Datum Auinion. VIII. Cal. Nouembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Et ego Angelus Ioannelli de Monte Falcho, Imperiali authoritate Notarius, & iudex ordinarius, pro vt inueni, vidi, & legi in dictis litteris, ita hic fideliter per ordinem de verbo ad verbū scripsi, exemplaui, & publicaui, nihil addendo, vel minuendo, de quo posset sensus supradictarum litterarum modo aliquo variari, nisi quod supra, circa medium vnam lineam vel circa scripsi superfluè ex improuiso, vbi posui, vacat, in interlineat. & prædictas litteras exemplaui, de licentia, & authoritate ex hoc mihi præstita à Reuerendo viro Domno Bordono Petri de Monte Falcho Rectore Ecclesiæ S. Mariæ de Turri de dicto loco, Vicario in terra prædicta de Monte Falcho venerabilis P. & D. D. Petri miseratione diuina Episcopi Spoletani sub anno Domini millesimo tricentesimo decimo octauo Indictione prima tempore D. Ioannis XXII. die viii. mensis Augusti in Ecclesia Monasterij S. Crucis de Monte Falcho, præsentibus Gentile Iohannoti, Ioā-

ni-

nitto Angelitti, & Chrissutto Luca de Monte Falcho, testibus adhæc vocatis, & rogatis. Et ad maiorem prædictorum omnium firmitatem D. Vicarius supradictus hoc præsens transumptum fecit sui sigilli appensione muniri.


Et ommissò signo difficultatem conficien. apparebant etiã in fine dicti transumpti quatuor foramina parua, in quibus videbatur fuisse appẽsum sigillum amissum antiquitatẽ temporis. Cui quidem copiæ, exẽplo, & transumptu, præd. M.D.V.I.D.D. Pomponius Magiolinus in præsentiarum Potestas terræ Montis Falchi pro tribunali sedens in quodã sedili lapideo, quem locum pro suo iuridico tribunali elegit, & deputauit, suam, & cõmunis terræ Montis Falchi interposuit authoritatẽ, pariter & decretũ supplen. ad omnes, & singulos defectus, si qui adessent; dans licentiam ser Curtio Moricono, & ser Alexandro Agathonio, mihique Notario infrascripto subscribendi, & publicandi supradictum transumptum omni meliori modo, &c. Actum in terra Mõtis Falchi in Conuentu S. Augustini iuxta vias publicas, & bona D. Auriani de Cuppis, & alia latera, anno Domini 1577. Indictione quinta sedente Gregorio XIII. diuina prouidentia Pontifice Maximo, die vero xi. mensis Iunij dicti anni, præsentibus Honofrio ser Emiliani de Spoleto habitatore terræ Montis Falchi, & Francisco Michelangeli de Balestris, de Monte Falchio, testibus ad hæc specialiter vocatis, habitis, atq; rogatis.


Et ego Bonifacius de Cuppis de Monte Falchio Spoletan. Dioces. publicus Apostol.ca, & Imperiali authoritate Notarius, iudexq; ordinarius, nec non in archiuo Rom. Cur. descriptus, præsens trãsumptum, siue exemplum de supradicto instrumento copiæ de verbo ad verbum copiaui, transcripsi, & extraxi fideliter vnà cum ser Curtio Moricono, & ser Alexandro Agathonio de dicta terra Notarijs publicis præsentibus, & asistẽtibus, nihil addendo, seu minuendo, quod illud vitiare possit, nisi fortè litteram, seu syllabã errore calami potius, quam vitio. In quorum fidem omnium & singulorum, & testimonium me subscripsi, vnà cum dictis Notarijs, signoq; meo solito signaui, & publicaui. Locus signi.

ALIA

ALIAE LITTERAE APOSTOLICAE Ioannis XXII.

COpia extracta ex libro priuilegiorum, qui habetur Romę in Conuentu S. Mariæ de Populo Ordinis Eremitarum S. Augustini, Congregationis Lombardiæ: *Ioãnes Episcopus, seruus seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Perusin. & Vrbeuetan. Episcopis, ac dilecto filio Magistro Reginaldo de S. Arthemia Canonico Petragorioen. Cappellano nostro, nostrique Palatij Auditori causarum, Ducatus Spoletani nostri Sal. & Apostolicam benedictionem. Dudum vobis, de quorum discretione plenam in Domino fiduciam obtinemus, per alias nostras certi tenoris litteras dedimus in mandatis, vt vos, aut duo vestrum, de vita, conuersatione, ac miraculis rec. mem. Claræ Monasterij S. Crucis de Monte Falcho Ordinis S. Augustini Spolet. Abbatissæ, cæterisq; circũstantijs huiusmodi negotiũ cõtingentibus in loco, seu locis, vbi expedire videritis, inquireretis diligẽtius veritatem, & quæ super præmissa inueniretis, fideliter in scriptis redacta sub testimonio sigillorum vestrorum per viros idoneos curaretis ad Sedem Apostolicam destinare. Quare nos volẽtes de expensis pro vestris personis, & vestionibus, quas vobiscum in huiusmodi inquisitione habebitis, prouidere, & ad statum dicti Monasterij, quod, vt audiuimus, facultatibus nõ abundat, considerationem habentes, authoritate Apostolica, & de Fratrum nostrorum consilio tenore præsentium ordinamus, & volumus, & vestrum quilibet pro tempore dumtaxat, quo prædictæ inquisitioni vacabitis, duos florenos aureos diebus singulis à dilectis in Christo filiabus Abbatissa, & Conuentu Monasterij memorati recipiatis tantummodo pro expensis, & huiusmodi nostra taxatione contenti, nihil plus ab eis quomolibet exigatis. Datum Auinioni XI. KL. Aprilis Põtificatus nostri anno secundo.*





LIT-

LITTERAE SACRAE CONGREGAtionis Illustrissimorum, & Reuerendissimorum S.R.E. Cardinalium.

SVper interpretatione Decretorum Sac. Conc. Tridentini.

Reuerendissimo Domino vti Fratri Episcopo Spoletan.

Reuerendissime Domine, Controuersiam, quæ in hoc libello continetur; S. D. N. Illustrissimis Cardinalibus interpretationi decretorum sacri Concilij Tridentini præpositis cognoscendam commisit; qui auditis sæpius vtriusque Ordinis Procuratoribus, & quæ ab vtraque parte adducebantur, maturè ac diligenter consideratis, postea rem totam ad eius sanctitatem retulerunt, quæ etiam ex sententia ipsorum Cardinalium declarauit B. Claram à Mōte Falcho esse Ordinis S. Augustini; ideoque restituēdum esse corpori eius habitum dicti Ordinis; nec nō picturis, & imaginibus de ea factis aptandum esse habitum, & colorem, qui conueniat eidem Ordini S. Augustini. Tua igitur Amplitudo tam in ciuitate Spoletan. quam in cæteris Diœcesis suæ locis hæc ita exequenda sedulò curabit, & benè in Domino valebit. Romæ die xvij. Octobris M. D. LXXVII. Amplitudinis tuæ vti Frater. Philippus Boncomp. Cardin. S. Sixti. Locus sigilli.

LIBELLVS INSERTVS, DE QVO supra in litteris Illustrissimorum, & Reuerendissimorum Cardinalium Congregationis sacri Concilij Tridentini.

ILlustrissimi, & Reuerendissimi Signori, il libro della vita della B. Chiara de Monte Falco stampato in Venetia l'anno 1515. sarebbe sufficiēte a probare diche Regola, & Religione fusse stata essa Beata, poiche della letura

tura di essa, & dalle auttorita notate nel margine manifestamente si vedde egli altro non essere che vna semplice trãslatione Italiana fatta per fra Agostino di Monte Falcho dell opra gia scritta in Latino per labo.me.del Cardinale di sancto Adriano Neapole one Colona, il quale cõstituto dalla fe. mo. di Giouanni XXII. per essaminatore, & relatore del processo formato sopra la vita, & miracoli di detta B. raccolse da detto processo tutta la opera predetta, come apparenel principio del libro al secondo capo, & nel fine al penultimo; dachenasce che quando esso F. Agostino vi aggionge cosa alcuna di suo, allora come fedele trãslatore ne fa expressa mentione. Il che veder si puo in esso libro à fogli 20. Cessando adunque l' obiectione che si fa contra detta opera, affermando che sia scritta per persona interessata, cioe per vn Agostiniano, il fatto restarebbe chiarissimo.

Ma per che la verita di esso oltra il predetto libro, & altri di questa Religione, si puo demonstrare con Breui Pontificij, con Bolle Episcopali, e con l' auttorita de altri scrittori, si lascia per hora questa proba da parte, & si viene all' altri.

Gerardo Vescouo de Spoleti l' anno 1290. concede à Giouanna di Damiano, che fu poi Abbadessa, come dicono le Chronice de Francescani, da loro prodotte, & alle sue Sorelle la Regola in specie di S. Agostino, con potesta di erigere oratorio, & cimiterio, mentre che esse disposte di voler seruire a Dio, & ridotte nella casa di S. Croce, & di S. Catherina di Bottacio appresso il Castello di Monte Falcho, le dimandino vna certa & determinata Regola; come tutto si esprime nella copia de la bolla di esso Gerardo authenticata cõ sua legalita. In questo Monasterio di S. Croce la B. Chiara, che fu sorella della detta Giouanna, come affermano anco le dette Chroniche de Francescani, fu Abbadessa, come apertamente si vedde espresso in dui Breui di Giouanni xxii. *Sub Dat. Auinione octauo KL. Nouembris Pontificatus sui anno secundo; & XII. KL. Aprilis eiusdem anni*; che fu il 1318. da che segue necessariamente che essendo stata essa B. Chiara Abbadessa nell istesso loco poco dopo Giouanna, che iui hebbe la Regola di S. Agostino, & lei fusse dell' istessa. La quale consequenza si proba ancora con le istes-

istesse Chroniche de P. Frãcescani per loro prodotte, le quali conforme à quello, che si dice nel libro della vita dicessa B. Chiara, affermano diley nell lib. 5. nel c. 40. 42. & 44. tre cosse essentiali; l' vna, che fu sorella di Giouanna sudetta; la secõda, che intro nell' istesso Monasterio di sei anni Monaca con Giouanna; la terza, che foi Abbadessa immediate doppo essa Giouanna. Li quali particolari congiõti con il tenore della Bolla di Gerardo, per il sangue, per l' età, per la cõuersatione, per il loco, per il tẽpo, & per l' officio, escludono ogni presomptione di mutatione di Regola. Et se pure li Patri Francescani dicessero il contrario a loro, quando oltra le cose predette non vi fusse cosa, che fa il caso chiarissimo, l' spettarebbe il probarlo.

Quello adunque che solo dourebbe bastare ad acquetarli, è il vedere espresso nell vno, & nell altro Breue di Giouanni predetto Sõmo Põteficе che essa B. Chiara non solo fu Abbadessa del Monasterio di S. Croce, come affermã anco essi Francescani nelle sudette Chroniche; ma anco come potrano vederle SS. V. V. Illust. & Reuer. dell. istesso Ordine di S. Agostino. Ne ocorre qui adire che quelle siano parole enũtiatiue, cauate della narratione della parte, a quali nõ si debba prestar fede alcuna; per che la parte, cioe li oratori, non sono litrati S. Agostino, como presuppongono li Padri Frãcescani in questa loro obiectione; ma il vescouo di Asisi, quel di Foligno, le vniuersita di esse, di Perugia, di Spoleti, & di molti Castelli, & ville dell istesso Ducato, ne quali cessa ogni sospicione & ombra, si come cessa anco ogni presontione de ignoranza del fatto, considerata la qualita, & moltitudine delli oratori, tutti circunuicini al Castello di Mõte Falcho; & la breuita del tempo, che s' interpose dalla morte di essa B. in fino all impetratione di detti Breui, che fu solo il spatio di x. anni, essendo morta dell 1308. come tutti affermano; & seguita detta impetratione dell 1318. Onde e ragioneuole, & verisimile che essi esponenti, & oratori come circonuicini & contẽporanei della B. Chiara fussero appieno informati, & dell habito, & della Regola, & nõ esprimessero al vn Põtẽfice vna cosa per vn altra. Anzi quãdo anco essi Frati Agostiniani fussero stati l' istessi oratori, non si puo presumere che in cosa di memoria recẽte di x. anni, & non piu, fussero andati ad esprimere vna falsita in loro fauore per farla

Oo poi

poi cometere & cognoscere, com e fu fatto, al Vescouo de Per ugia, a quell d' Oruieti, & al Rettor di l Ducato de Spoleti; i quali & per se istessi, & per vna infinita di testimonij del paese, che in vita poteuano hauer recognosciuta la B. Chiara, morta se non x. anni prima, erano instrumenti attissimi à scoprire si fosse stata della Religione di S. Francesco. Queste Illustr. & Reuer. Signori non sono le Chroniche d' Alcala de Nares, ô del Mondo nouo, che aducano per loro li Fratri Frãcescani, ma ragioni, & auttorita, che lasciati quei sutterfugij, che si devono escludere da questo sacro loco, & dalla materia, che si tratta; sono atte a far retirare chi va proponendo in Campo nouita; alle quali auttorita, & ragioni per sigillo se aggionge il Martyrologio Ecclesiastico, libro approbato della Sede Apostolica, che in specie afferma: *B. Claram de Monte Falchone fuisse Ordinis Eremitarum S. Augustini.* La Chronica del mondo di Enea Siluio, che fu poi Pio II. il quale nella sexta eta del mondo afferma l' istesso: & Raphael Volaterrano nel xxi. libro de suoi Commenti mentre che in tal proposito dice queste parole. *Clara item altera virgo, Ordinis Eremitarum S. Augustini, sanctitate claruit apud Montem Falchum Vmbriæ oppidum anno M.CCC.* Ne si lascia adietro, poi che la cosa verte tra Frati, il testimonio di Fra Leandro Alberti, neutrale in questo negotio, mentre che nella sua I talia parlando del Ducato di Spoleti, dice che de Monte Falcho hebbe origine la deuota Vergine B. Chiara dell' Ordine dalli Eremitani? Vedan mo V. V. SS. Illustrissime, & Reuerendissime se con queste iustificationi, cõ quale concorre il particolare di esserfi veduto dal mondo il corpo della B. Chiara con habito di S. Agostino, per spatio de cclxx. anni, & custodito da Monache, come anco hoggidi, dell istesso Ordine, S' ha di recorrere alle probe, & all essamini delli testimonij, che depongono sopra vn fatto tanto antico, & chiaro, & alle conietture della pittura, & della fama: refugij proposti hora dalli Padri Francescani; l' vno, & l' altro de quali quando si ammettessero, il che non si fa cosi assolutamente, sono nati parte da loro medesimi, che intorno la valle di Spoleti hann. xiiii. Monasterij; & parte dall' equiuoco nelle persone sempici, & idiotte, che han-

hanno preso la B. Chiara di MonteFalcho per quella, che fu discepola di S. Francesco, chiamata similmente cõ questo nome di Chiara.

Si supplica V.V. SS. Illustrissime, & Reuerendissime per le tre gratie, & ordini richiesti à questa sacra Cõgregatione.

Quibus omnibus, & singulis tanquam rite, & legitime factis authoritatem, & decretum dictæ Curiæ, atque nostram duximus interponen. & interponimus, prout interponimus præsentium per tenorem. In quorum omnium, & singulorum fidem præsentes fieri, & per publicum Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Notarium subscribi, sigillique nostri iussimus, & fecimus appensione communiri. Datum Romæ in Palatio nostræ solitæ residẽtiæ sub anno à Natiuitate Domini Millesimo quingẽtesimo septuagesimo septimo, Indictione sexta, die vero xvi. Decembris, Põtificatus S. D. N. D. Gregorij diuina prouidẽtia Papæ XIII. anno sexto.

C. *V.*

Ego Rodulphus Cellesius Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Notarius de præmissis rogatus præsens hoc publicum transumpti instrumentum subscripsi, & signaui rogatus, & requisitus.

Et ego Clearchus de Abbatibus de terra Montis Falchij Spoletanæ Diocesis publicus, & Dei gratia Imperiali authoritate Notarius, & iudex ordinarius, supradictã copiam aliena manu scriptã, vidi, legi, ac vnà cum A. R. P. M. Hieronymo Mariano de dicta terra, Ordinis Eremitarum S. Augustini collationaui cũ publico transumpto authenticato per D. Rodulphum Cellesium, tunc Cameræ Apostolicæ Notarium, & scriptum in quodam libretto membranę cum sigillo Illustrissimi, & Reuerendissimi D. tunc temporis Auditoris Cameræ in quadam capsula Oricalchi existen. affissã cũ laqueo serici rubei; ac cũ eo de verbo ad verbum concordare inueni, & ad fidem, testimoniumque veritatis mẽ subscripsi, signumque meum solitum & cõsuetum inferiùs apposui, rogatus & requisitus.

Signum mei Clearci de Abbatibus Notarij prædicti.

Priores populi Terræ Montis Falchij.

Supradictum D. Clearcum de Abbatibus ciuem nostrum, publicum, fidelem, legalem, & authenticum Notarium fuisse, & esse, ac in Collegio Notariorum huius nostræ terræ

aggregatũ; suisq; publicis scripturis, & instrumẽtis in iudicio, & extra fidem adhiberi, præsentium tenore testamur indubie. In quorum fidem has præsentes fieri fecimus per Cancellarium nostrum infrascriptum, nostroque solito sigillo maiori iussimus communiri. Dat. Montis Falchij ex Palatio nostræ solitæ residentiæ die vigesima nona Ianuarij 1614. Romanus Micutius Cancellarius.

SENTENTIA II. EMINENTISSIMI D.D. Antonij Cardinalis Caietani, Hispaniarum Nuntij in fauorem Monachatus Augustiniani B. Claræ de Monte Falcho, de an. 1618. ex Authentico transumpto, quod apud me extat.

NOS D. Antonio Caetano, por la gracia de Dios, y de la santa Sede Apostolica, Arçobispo de Capua, y de nuestro Santissimo Padre Paulo, por la diuina prouidencia Papa V. Nuncio, y Colector Apostolico en estos Reynos de España, con facultad de Legado a latere, &c. A los venerables en Christo Padres, Señores Arçobispos, y Obispos de las Ciudades, Arçobispados, y Obispados destos Reynos, y Señorios de España, y a sus discretos Prouisores, Oficiales, y Vicarios generales, y a los Reuerendos Deanes, Arcedianos, Tesoreros, Chantres, Maestre Escuelas, Canonigos, Racioneros, Curas, Beneficiados, Capellanes, y Clerigos; y a los Reuerẽdos Generales, Prouinciales, Difinidores, Priores, Abades, Comendadores, Ministros, Rectores, Correctores, y y a los demas Superiores, y Religiosos, de qualesquier Orden, y Religion que sean; assi Monacales, como Mendicantes, y a las demas persona, ò personas Eclesiasticas, Regulares, Segiares, de qualquier calidad grado, estado, condicion, y oficio, y dignidad que sean, y a quien lo contenido en estas nuestras letras toca, ò puede tocar, y a quien fueren intima-

madas, y notificadas, y a cada vno, y qualquier dellos in solidum, cuyos nombres, y cognõbres auemos aqui por expressados, siendolo en la intimacion dellos, &c. Salud en nuestro Señor IesuChristo. Sepan que por parte del Padre Procurador general de la Orden, y Religion de San Augustin, se parecio ante nos, diziendo, que en el Monte Falco en Italia, auia vn Conuento de Religiosas de la dicha Orden de San Augustin, en el qual estaua el cuerpo de santa Clara, que llaman del Monte Falco, Religiosa del dicho Conuento, y Orden, en cuyo habito se enseñaua su cuerpo, como era publico y notorio, y lo confessauan todos quantos Historiadores escribian della. Y aora los Frayles y Religiosos de la Ordẽ de S. Frãcisco queriã quitar la hõra y gloria, q̃ la dicha Orden de S. Augustin tenia teniendo por de su Orden a la dicha Santa; para lo qual auian publicado vna fiesta para cierto dia de Domingo, por todas las Iglesias desta Corte, cuyo tenor era assi.

El Domingo q̃ viene, de oy en ocho dias, haze la Orden Tercera de S. Francisco, fiesta de Santa Clara de Monte Falco; estarà descubierto el S. Sacramento, y ay Iubileo plenissimo, no solo para la Ordẽ, sino para todos los Fieles. Predica el P. Vicario, Comissario general de las Indias

El qual titulo era contra la possession de la Orden de S. Augustin, y verdad, como cõstaua de varias historias muy autẽticas, y Breue de su Sãtidad en ellas citado, de q̃ ofrecia informaciõ, y para q̃ mas manifiestamẽte constasse el poco acuerdo, q̃ en esto se lleuaua, auiã sacado la fiesta del dia en q̃ murio, q̃ era a los 17. de Agosto, y la celebrauan en el mes de Otubre, y tãbien era en notable agrauio de la dicha Orden de S. Augustin, el pintarla en sus Claustros, y otras partes, cõ habito de Mõja Frãciscana. Atẽto lo qual, y pues la dicha Orden de S. Augustin estaua en possessiõ de la dicha Sãta, y de usa ser amparada en ella, sin cõsentir se hiziesse acto cõtrario a lo susodicho, por lo qual nos suplicò mãtuuiessemos, y amparassemos la dicha su Ordẽ en la dicha su possessiõ, mandãdo q̃ los Padres Frãciscos no hiziessen fiestas ningunas de la dicha Sancta, como de Sãta de su Ordẽ, ni la pintassen con su habito en sus Claustros, y en las partes q̃ estuuiesse pintada, la quitassẽ, y se procediesse breue y sumariamẽte, mãdãdo q̃ no se inouase en cosa alguna. Lo qual por nos visto, y auiẽdo oido a ambos Procuradores generales

nerales de las dichas Ordenes de S. Francisco, y S. Augustin, cerca de sus pretensiones, en 24. de Octubre del año passado de 1614. proueimos auto, en que mandamos que la celebracion de la fiesta de la B. Clara de Monte Falco, que se auia de celebrar Domingo 26. del dicho mes y año, se difiriesse hasta tanto que por nos otra cosa se proueyesse. Y mandamos a ambas Religiones so pena de excomunion mayor latæ sententiæ, no publicassen, ni persuadiessen en los pulpitos la dicha Santa ser de su Orden; el qual fue notificado a algunas partes interessadas, y despues de lo susodicho, por parte de la dicha Orden de San Augustin, se presentaron ante nos las Bulas del tenor siguiente.

In nomine sanctissimæ, & indiuiduę Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritui Sancti Amen. Vniuersis, & singulis præsens publicum trasumpti instrumentum visuris, lecturis pariter, & audituris, Petrus tit. S. Mariæ trans Tiberim Presbyter Cardinalis Aldobrandinus S. R. E. Camerarius, salutem in Domino sempiternam. Iniuncti nobis Camerariatus officij cura exp[illegible], vt veritati testimonium, precipuè in his, quę à Sede Apostolica conceduntur, (æquitate, & ratione ita suadente) per[illegible]beamus. Nuper siquidem fuerunt in Camera Apostolica coram nobis præsentatæ quædam litteræ sacri Concilij Tridentini declarationis B. Claram de Monte Falco esse Ordinis S. Augustini, subscriptæ à bonæ memoriç Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Pompeio tit. S. Balbinę S. R. E. Presbytero Cardinale Arigonio, sub datum Romæ sub die tertia mensis Nouembris M. DC. XIIII. sanæ, integræ, & illæsæ, quas nos præmanibus habuimus, vidimus, legimus, & diligenter inspeximus, ac etiam transumi, & exemplari, & in publicam authenticamq; trasumpti formam redigi mandari à nobis, & Camera Apostolica humiliter suppliratum fuit. Nos præmissis attentis, huiusmodi supplicationibus inclinati, De mandato sanctissimi D. N. Papæ vocis oraculo de super nobis facto, & authoritate nostri Camerariatus officij litteras sacri Concilij Tridentini præfatas per infrascriptum nostrum, & dictæ Cameræ Apostolicæ Notarium transumi, & exemplari, ac in publicam, & authenticam transumpti formam redigi fecimus, & mandauimus. Volentes, & authoritate nostra præfata statuentes,

tesquòd huic trasumpto cum ijsdem litteris sacri Concilij originalibus diligenter ausculrato, collationato, & concordato, talis & tanta fides in iudicio, & extra, vbique locorum adhibeatur, qualis & quanta eisdem litteris Apostolicis originalibus datur, & adhibetur, darenturque, & adhiberentut; si litteræ ipsæ originales in medium exhibitæ, vel ostensæ forent. Quarum quidem litterarum tenor, est hic qui sequitur; videlicet.

Nos Pompeius tit. S. Balbinæ S.R.E. Presbyte Cardinalis Arigonius, attestamur in libris sacræ Congregationis Concilij Tridentini, qui apud nos asseruantur, extare litteras infrascripti tenoris, videlicet. Reuerendissime Domine. Controuersiam, &c. Vt supra in prima sententia. *In quorum fidem litteras præsentes nostras fieri, sigillique nostri impressione communiri mandauimus. Datum Romæ die 3. Nouẽbris M.DC.XIV. P. Cardinalis Arigonius. Locus + sigilli.*

Quibus quidem originalibus litteris sacri Cõcilij Tridentini vt suprà prẹsentatis, & exemplatis, præinsertoq; illarum transumpto cum eisdem diligenter, & fideliter ausculrato, collationato, & concordato, nos ad supplicationem R. P. Laurentij de Empoli Procuratoris generalis Ordinis S. Augustini desuper nobis factam, de mandato, & authoritate præfatis, præsentibus eandem prorsus fidem adhiberi decernimus, in iudicio, & extra, quẹ ipsis originalibus daretur, & adhiberetur, si in medium exhiberentur; in præmissis omnibus, & singulis, tanquam rite, rectè, & legitimè gestis, per præsentes authoritatem nostram pariter, & decretum interponentes. In quorum omnium, & singulorum fidem præsentes nostras litteras per nostrum, & dictæ Cameræ Notatium subscribi, sigillique dictæ Cameræ Apostolicæ, quo in talibus vtimur, iussimus appensione muniri. Datum Romæ in Camera Apostolica Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi Millesimo sexcentesimo decimo octauo, Indictione prima, die verô quarta mensis Iulij, Pontificatus sanctissimi in Christo P. & D. N. Pauli, diuina prouidentia Papæ Quinti, anno decimo quarto. P. Cardinalis Aldobrandinus Camerarius. H. Vaccanus Auditor. Constantinus Bonellus. Locus + sigilli appensionis. Refrendata in libro nono diuersorum sanctissimi D. N. Papẹ fol. 1071.

Tasii

Y assi presentadas las dichas letras Apostolicas, nos hizo relacion, diziendo, que como dellas euidente y claramẽte constaua, la dicha Santa era de la dicha su Religion de San Augustin, como por las dichas estaua declarado, y le tocaba, y pertenecia su Imagen è insignias, suplicandonos, mandasemos a las partes contrarias no vsasen de la dicha insignia, y que tildassen y borrassen en quanto la pintauan è intitulauan de su Orden de S. Francisco, como por las dichas letras se mandaua. De todo lo qual mandamos dar traslado a la Orden de S. Francisco, a cuyo Comissario general fue notificado; y conclusa la causa, cerca de lo que dicho es, y las demas pretensiones en ella deducidas, dimos, y pronunciamos el auto del tenor siguiente.

En la villa de Madrid a 22. dias del mes de Septiembre, de 1618. años, vistos estos autos, y processo, por el Ilustrissimo, y Reuerendissimo señor D. Antonio Caetano, Arçobispo de Capua, Nuncio, y Colector general Apostolico en estos Reynos de España, que son entre partes, de la vna, el Procurador general de la Orden de S. Augustin, y de la otra, la Orden de S. Francisco, sobre la fiesta è Imagen de Santa Clara de Monte Falco: dixo, que mandaua y mandô, se guarde y cumpla la declaracion de los señores Cardenales de la sacra Congregacion de Ritus, por la qual se declara, que la B. Clara de Monte Falco, es de la Orden de S. Augustin, y que se le deue poner y adaptar el habito de la Orden y Religion de S. Augustin; en cuya execucion mandaua, y mandô se despachen los mandamientos necessarios en forma, con penas y censuras, contra qualesquier personas, de qualquier estado, calidad, y condicion que sean, para q̃ en publico, ni en secreto, no digan, defiendan, ni publiquẽ la dicha B. Clara de Monte Falco, es de otra Religion, q̃ de la de S. Augustin, y en las pinturas, esculturas, y fabricas, que della se hizieren, se le ponga el habito de la Orden y Religion de S. Augustin, y en las que ya estuuieren pintadas, se le ponga el mismo habito, y se les quite el q̃ de otra Religion tuuieren; y assi lo proueyô, y mandô, y firmô su Señoria Ilustrissima. Antonius Archiepiscopus Capuæ, Nuncius Apostolicus. Ante mi Bartolome Gutierrez, Notario, Secretario.

Atento lo qual, y en execucion,

cion, y cumplimiento de lo susodicho, mandamos dar, y dimos las presentes, por las quales, y por la autoridad Apostolica a nos concedida, de q̃ en esta parte vsamos, exhortamos, requerimos, y siendo necessario, mãdamos, en quãto a los dichos señores Arçobispos, y Obispos, en virtud de santa Obediẽcia, y so pena del entredicho del ingresso de sus Iglesias, y de cada mil ducados aplicados para gastos de la Reuerẽda Camara Apostolica, y en quãto a los demas expressados, y contenidos en la cabeça, y principio de las presentes, y a cada vno, y qualquier dellos in solidum, en virtud de santa Obediencia, so pena de excomuniõ mayor latæ sententiæ, q̃ siendo requeridos cõ estas nuestras letras por parte de la Ordẽ de S. Augustin, vean el dicho nuestro auto, y las letras Apostolicas de suso incorporadas, y las guarden y cũplã, hagã guardar y cũplir en todo y por todo, segũ y como en las dichas letras Apostolicas; y nuestro auto se cõtiene, sin ir, ni venir, en manera alguna, ni por ninguna causa, ni razon, aora, ni en tiẽpo alguno, cõtra su tenor, y forma, y lo cũplan assi los vnos y los otros, cada qual en quãto le tocare è incumbe, tocar, e incũbir puede; con apercibimiento que lo contrario haziendo, procederèmos contra los que rebeldes, contumaces, è inobedientes fueren, a agrauacion, reagrauacion, declaracion, y execucion de las dichas penas, y censuras por todo rigor de derecho. Otro si mãdamos a qualesquier Notarios, Escriuanos, que con las presentes fueren requeridos por parte de la Orden de san Augustin, y a cada vno in solidum so pena de excommuniõ mayor latæ sententiæ ipso facto incurrenda, notifique las presentes a quien fuere necessario, y dello dè fe, sin las detener, pagandole los derechos deuidos. Dadas en la villa de Madrid Corte de su Magestad Catolica de la Diocesi de Toledo a 22. dias del mes de Setiẽbre de 1618. años y del Pontificado de nuestro Sãtissimo P. Paulo Papa V. año xiiii. &c. Antonius, Archiepiscopus Capuæ, Nuncius Apostolicus. Por mandado de su S ñoria Iustrissima Bartolome Gutierrez Notario, Scor.

Illust. S. Fr. Francisco Zuazo, Procurador general de la Ordon de nro P. S. Augustin digo, que V. S. I. dio y despachô el mãdamiẽto suprascripto, y porq̃ al derecho de mi parte côuiene tenerle en todas nuestras casas, y Côuentos, assi de Religiosos, como de Religiosas, a V. S. I. pido y supiico mãde dar licẽcia

para q̃ se imprima, y q̃ a sus traslados impressos firmados del presente Escriuano, se les aya de dar, y dè entera fè, y credito en juizio, y fuera dèl, interponiendo para ello, siendo necessario su autoridad, y decreto judicial, y Nuncial. Pido justicia, y para ello, &c. F. Francisco de Zuazo.

Presentada su S. I. dixo, q̃ daua, y dio licencia, para que se imprimiesse el dicho mandamiento de suso contenido; y mandaua, y mandò, que a su traslado; assi impresso, y firmado del infrascripto Secretario, se le dè la mesma fè, y credito, en juizio, y fuera dèl, que al propio original; y assi lo proueyò, y mandò. Ante mi Bartolome Gutierrez, Notario, Secretario.

SENTENTIA III. EMINENTISSIMI D. D. Iulij Sachetti Cardinalis, Hispaniarum Nuncij, de anno 1625. in fauorem Monachatus Augustiniani B. Claræ de Monte Falcho; ex vita D. Claræ Vlyssippone apud Antonium Aluarez impressa an. 1628. & Madriti edita an. 1625. à D. F. Antonio de Gouea, Episcopo Cyrenensi.

NOS D. Iulio Sacheti, por la gracia de Dios, y de la santa Sede Apostolica, Obispo de Grauina, y de nuestro Santissimo Padre Vrbano VIII. Nuncio y Colector general Apostolico en estos Reynos de España, &c. con poderes de Legado a latere. A los venerables en Christo Padres, señores Arçobispos, y Obispos de las Ciudades, Arçobispados, y Obispados destos Reynos, y Señorios de España; y sus Prouisores, Oficiales, y Vicarios generales; y a los Reuerendos Deanes, Arcedianos, Tesoreros, Chantres, Maestre Escuelas, Canonigos, Racioneros, y Iuezes sinodales; assi de las Metropolitanas, como Catedrales y Colegiales; y a los Abades, Priores, Guardianes, Comendadores, Ministros, Correctores,

res, y Rectores de las Ordenes, assi Monachales, como Mendicantes, y no Mendicantes, y a los Superiores, Religiosos, y Religiosas de las dichas Ordenes, y a los Coronistas, Impressores, libreros, y a las demas persona, ò personas Eclesiasticas, Regulares, y Segiares, de qualquier calidad, grado, estado, y condicion que sean, vezinos, moradores, y habitantes en estos Reynos de España, a quien las presentes fueren intimadas, y notificadas, y a cada vno dellos in solidum, cuyos nombres y sobre nombres auemos aqui por expressados, siendolo en la intimacion dellas; Salud en nuestro Señor IesuChristo. Sepan que por parte del Procurador General de la Orden de S. Augustin, se parecio ante el Ilustrissimo y Reuerendissimo señor D. Antonio Caetano, Cardenal de la santa Iglesia de Roma, Nuncio que fue en estos Reynos de España, diziendo, que en Mõte Falco en Italia, auia vn Cõuento de Religiosas de la dicha Orden de San Augustin, en el qual estaua el cuerpo de Santa Clara, que llaman de Monte Falco, Religiosa del dicho Conuento y Orden de San Augustin, en cuyo habito se mostraua su cuerpo, como era publico, y como tal lo confessauan quantos Historiadores escriuian della; y siendo esto assi, los Religiosos y Frayles de la Orden de San Francisco, querian y pretendian quitar la honra y gloria, que la dicha Orden de San Augustin tenia con la dicha Santa, por ser como era de la dicha Orden de San Augustin; para lo qual auian publicado vna fiesta para cierto dia de Domingo por todas las Iglesias desta Corte, cuyo tenor es como se sigue.

El Domingo que viene, &c. (como en la segunda sentencia.)

El qual dicho titulo era cõtra la possession en que auia estado y estaua la dicha Orden de San Augustin, y la verdad, como constaua de varias escrituras muy autenticas, y Breue de su Santidad referido, de que ofrecia informacion, y para q̃ mas manifiestamente constasse el poco acuerdo, que en esto lleuauan los dichos Religiosos de San Francisco, auian sacado la fiesta del dia en que murio, que era a los diez y siete de Agosto, y la pretendian celebrar en el mes de Octubre; y tambien era notable agrauio de la dicha Orden de San Augustin, pintarla en sus Claustros, y otras partes con habito de Monja Francisca. Atento lo qual y otras razones, que cerca desto dixo, y que en la dicha Orden de San Augustin se estaua en pos-

possession de la dicha Santa, deuia ser amparada, sustentada, y defendida en ella, sin consentir se biziesse acto contrario a lo sobredicho, pidiẽdo a su Ilustrissima amparasse la dicha su Orden de S. Augustin, mandando que los Padres Franciscos no biziessen, ni celebrassen fiesta alguna de la dicha Santa Clara, como de santa de la Orden de S. Francisco, ni la pintassen con su babito en los Claustros; y en las partes que estuuiesse pintada, la quitassen, procediẽdo en lo sobredicho breue y sumariamente, mandando que no se inouasse cosa alguna; lo qual visto por el dicho Ilustrissimo señor Cardenal Nuncio, auiendo oido a ambos Procuradores generales de las dichas Ordenes de S. Augustin, y San Francisco, y siendo informado dellos acerca de sus pretensiones, vistas por su señoria Ilustrissima, en 24. de Otubre del año passado de 1614. bizo auto, y por èl mando que la celebracion de la fiesta de la bienauenturada S. Clara de Monte Falco, que se auia de celebrar Domingo 26. del dicho mes de Otubre, y año de 1614. se sobreseyesse basta que su señoria Ilustrissima proueyesse, ò mandasse otra cosa, y mandò a ambas Religiones so pena de excomunion mayor latæ sententiæ, no publicassen, ni persuadiessen en los pulpitos que la dicha Santa era de su Ordẽ; lo qual fue notificado a ambas partes interesadas. Despues de lo qual por parte del dicho Procurador general de S. Augustin, fueron presentadas delãte de su Señoria Ilustrissima, las Bulas, y declaraciõ siguiẽte.

Innomine sanctissimæ, & indiuiduæ Trinitatis, &c. (*Vt supra babetur in secunda sententia.*)

Y assi presentadas las dichas letras Apostolicas, el dicho Procurador general de S. Augustin dixo delante de su Señoria Ilustr. que como cõstaua, parecia por la dicha declaracion clara y euidentemente ser la dicha Santa Clara de la Religion de S. Augustin, y le tocaba, y pertenecia su imagen, è insignias; y su S. Ilust. auia de ser seruido de mandar a los dichos Religiosos de S. Francisco, no vsasen de la dicha insignia, y que borrasen todo en lo que la pintauan, ò intitulauan de la Orden de San Francisco, como por las dichas letras se mandaua; de loqual se mandò dar traslado a la Orden de San Francisco, a cuyo Comissario general fue notificado, y conclusa la causa vista por su Señora Ilustrissima citadas las partes, pronunciò en ella el auto, cuyo tenor es el siguiente.

En

En la villa de Madrid a 22. dias del mes de Setiembre de 1618. años, &c. (*alia, quæ sequuntur, vt habentur in secunda sententia.*)

Y en execucion y cumplimiento del dicho auto, ayuntò a sus letras, y mandamiento, penas, y censuras, para que se guardassen y cumpliessen las dichas letras Apostolicas, declaracion y auto de arriba, con penas y censuras, que ninguna persona hiziesse lo contrario en manera alguna, causa, ni razon. Y siendo lo sobredicho, y estando declarado ser la dicha Santa Clara de Monte Falco de la dicha Orden de San Augustin, es assi, que en su desprecio, y de las penas, y censuras impuestas, y fulminadas contra los transgressores, rebeldes, è inobedientes; es assi, que los Padres Fray Lope Paez Predicador, y el Padre Fray Lucas de San Francisco, Religiosos de la dicha Orden de San Francisco, compusieron, è imprimieron ciertos libros, cuyos titulos y capitulos, que en ellos estan, son los que se siguen.

TITVLO I.

REgla, ordenaciones, y gouierno de la Tercera Orden de Penitencia, con otros tratados que se veran en la hoja siguiente, por el P. Fr. Lope Paez, Predicador Apostolico, y Visitador general de la dicha Tercera Orden, hijo de la Prouincia de Castilla, al Ilustrissimo, y Reuerendissimo señor D. Gabriel de Trexo, Cardenal de la Iglesia Romana, y de la Tercera Orden de Penitencia, cõ priuilegio en Madrid por Luis Sanchez año de 1623. a costa de la Orden Tercera.

CAPITVLO.

SAnta Clara de Monte Falco, en cuyo coraçõ despues de su muerte fue hallado impresso vn Crucifixo, con los misterios è insignias de la Sãta Passion. Celebrase su fiesta solemnemente por autoridad del Papa Bonifacio VIII. Fue desta Orden de S. Francisco, aunque en la casa donde ella estaua recogida con otras de la misma Orden, sucedieron despues Monjas de la Orden de S. Augustin. Cronica 2. part. lib. 5. c. 48. cum sequentibus; Miranda c. 22. Celebrase su fiesta solemnemente por autoridad del Papa Bonifacio VIII.

Murio Bonifacio VIII antes q̃ S. Clara

TITVLO II.

APologeticus de prætenso Monachatu Augustiniano S. Francisci, in quo deteguntur, & refelluntur varij errores, ex hac vna controuer-

sia

sia exorti. Authore P. F. Luca de S. Francisco, Vvadingo, Lectore Theologo in Cõuentu S. Petri Montis aurei Romę, totiusque Religionis Seraficę Chronographo, Reuerendissimo P. Fr. Bernardino de Senis totius familiæ Cismontanæ Commissario generali, dicatus. Cum priuilegio, Matriti apud D. Theresiam Iuntam Regiam Typographam ann. 1625.

CAPITVLO.

SAtis ostendisse iudicauerim debilè omninò, ac planè nullum desumni ex habitu Eremitico argumentum pro Monachatu hoc asserendo, dum certo certiùs probaui formam habitus, quem modo gestant Patres Augustiniani, Francisco posteriorem. At demus, & anteriorem, vel Franciscum hoc ipso nostro sæculo extitisse, tunicã, corrigiam, calceos, & baculum gestasse; quis inde securiùs, aut probabiliùs efformet Augustinianum? Non efficaciùs sanè dicet, quàm qui Franciscanum velit, qui tunicam chordulam, seu funem nodosum absque calceis gestarit. Quot vndequaque semper, & vbique videmus Circumcelliones, Gyrouagos, & nebulones, super tunicas protensas Corrigiatos, & funiculatos. Quot conspicimus, & audimus solitarios, & Anachoretas sub vtriusque instituti insignibus, in solitudine latitantes? Quid? Absit. An item scire vellem illo æuo ita præscripta Eremitis Regularibus Augustinianis hæc insignia Tunicæ, Corrigiæ, & Baculi, vt quibuscumque vel Anachoretis, vel cuiuslvis generis hominibus, non prostarent, aut licerent? Peculiaris sanè non fuit instituti, quod pro omnibus fuit institutum. Circa ipsius S. Augustini veste plura hic intexere potuissem, nisi maluissem breuitati consulere, nec ita ad singulos huius dissertationis anfractus declinare. Fidenter id dixerim, inefficaciter Marquez probare inuelle suæ cõsimili incessisse S. Doctorẽ, quod largissimè, & data opera conuincit Gabriel Pennottus, ad quem Lectorem remitto, ne videar actum agere, & telã Penelopis texere atq; retexere. Plura etiã sub mini strare liceret de Congregatio nũ sub Augustini Regula vnitarum origine, ac cuius fuerint primæui instituti, certis tabubulis mostrare, nisi vererer non omnibus placitura. Nolo mihi vitio vertatur quod in meo Dissertatore alijs dis-

plicuit, ex arrepta occasione astruendi Monachatus S. Francisci, & suę institutionis ad S. Augustinum deducendæ, originem Canonicorum Regularium euertere, plures sanctos ijsdem, Patribus Benedictinis, alijsq; Religionibus eripere; nobis S. Ludouicum Galliæ Regem negare; sibi omninô D. Claram Monte Falcensem adscribere; aliasque idigeneris in aliorum cōmotionem quęstiones excitare. Ego meo dũtaxat adhærebo argumento, nec extra chorum in hac scena saltabo; quæ sola Monachatum hunc attingunt, vel stabiliens, vel refellens.

Y aora delante de nos parecio el Padre F. Alonso de Velasco Procurador general de la dicha Orden de S. Augustin, y se quexò de los dichos Padres Fr. Lucas de san Francisco, y Fr. Lope Paez, Religiosos de la dicha Orden de san Francisco, y de los demas que se hallassen ser culpados, diziendo, que estando declarado por letras Apostolicas, que la gloriosa Virgen Santa Clara de Monte Falco auia sido Monja professa de la Orden de san Augustin, y por el Illustrissimo Cardenal de santa Balbina, por comission de su Santidad, viuæ vocis oraculo, que en nombre de la dicha Orden le auian presentado ante el Illustrissimo Cardenal Nuncio Caetano, en virtud de lo qual despachò las dichas letras con penas y censuras, como està dicho; y teniẽdo noticia dellas los dichos Religiosos, y otros de la Orden de san Francisco, con poco temor de Dios, y desprecio de las dichas censuras, no solo no auian dicho que la dicha Santa Clara, no era de la Orden de san Francisco, sino que el dicho F. Lope Paez en vn libro pequeño que auia hecho, cuyo titulo arriba và inserto, dezia, que la dicha Santa Clara fue de la Orden de san Francisco; y el dicho Fr. Lucas de san Francisco, en vn discurso Apologetico, que auia hecho en Latin, en el numero 30. dezia lo mismo. Y era de notar, que diziẽdose que el dicho F. Lucas era Religioso del Conuento de S. Pedro de Monte en Roma, y que es Coronista de la Orden, le imprimio en Madrid, porq̃ en Roma no le auian dado licencia; y lo que mas era, que imprimio el dicho discurso Apologetico, traducido de Latin en Castellano; con que vnos y otros auian incurrido en las dichas censuras y penas; pidiendo los declarassemos por incursos en ellas, mandando que no dixessen, ni publicassen que la dicha Santa era de otra Ordẽ, que de la de san Augustin, y otro

otro si que de los dichos libros se borrasse lo sobredicho; y que todas las personas que los tuuiessen en su poder, lo borrassen; y que las impressiones que estauan hechas, ò se tratassen de hazer del dicho discurso Apologetico en Romance, se embargassen, y mandassen cessar; lo qual visto por nos mandamos dar, y dimos las presentes, por las quales, y por autoridad Apostolica a nos concedida, de que en esta parte vsamos, os exhortamos y mandamos en lo que toca a los dichos señores Arçobispos, y Obispos, en virtud de santa Obediencia, y so pena de entredicho ab ingressu Ecclesiæ, y suspension de los actos Pontificales, y de cada mil ducados aplicados a nuestro arbitrio, y quanto a los dichos Prouisores, Oficiales, Vicarios, y Visitadores generales, Deanes, Arcedianos, Tesoreros, Coãtres, Maestre Escuelas, Canonigos, Racioneros, synodales, y demas personas Eclesiasticas, y seglares, so pena de excomunion mayor latæ sententiæ ipso facto incurrenda; y quanto a los Abades, Priores, Guardianes, Ministros, Comendadores, Correctores, Rectores, Religiosos, y Religiosas de qualesquiera Ordenes, Monachales, Mendicãtes, y no Mendicantes, y otras qualesquier personas Eclesiasticas, y seculares, so pena de excomunion mayor latæ sententiæ ipso facto incurrenda, y de priuacion de voz actiua y pasiua, que siendo requeridos con estas nuestras letras, por parte del dicho Padre Procurador general de la Orden de S. Augustin, vean los dichas Bulas, y declaracion, y auto de los Illustrissimos Cardenal, y Nuncio arriba incorporados, y las guarden, y cumplan, y las hagan guardar y cumplir en todo, y por todo, segun como en ellas se contiene, sin ir, ni venir en manera alguna, ni por alguna causa, ni razon, aora, ni en tiempo alguno, contra su tenor, y forma, y les mãdamos que dentro de vn dia natural de la notificacion y publicacion, y fixacion de las presentes, ò como dellas supieren por qualquiera manera, borren, tilden, y quiten, y hagan quitar, tildar, y quiten de los sobredichos libros los capitulos que en ellos estan, es a saber en el dicho libro compuesto por el dicho Padre Fray Lope Paez, el capitulo que comienza, Santa Clara de Monte Falco, en cuyo coraçon despues de su muerte fue hallado impresso, &c. *que acaba,* del Papa Bonifacio Octauo: *Y de los libros compuestos por el dicho Fray Lucas de S. Frãcisco el capitulo del num. 30. que*

que comiença: Satis me ostendisse iudicauerim debile omninô, &c. *y acaba*, vel refellens. *Y que los dichos impressores, libreros, ni otras personas, no los imprimam, vendã, compren, ni lean, con los dichos capitulos contrarios a la dicha declaracion, y auto de arriba; ni de aqui adelante, impriman, vendan, ni compren libros algunos impressos, ni de otra manera, contra el tenor de las presentes, declaracion, y auto de arriba; y no publiquen, digan, ni defiendan en publico, ni en secreto, auer sido, ò ser la dicha Santa Clara de la Orden de San Francisco, sino de la Orden de San Augustin, y que en las pinturas, esculturas, y fabricas, que estan hechas, y se hizieren de la dicha Santa, le pongan, y hagan poner el habito de la Orden, y Religion de San Augustin, quitandole el que tuuieren de la Orden de San Francisco, ò de otra qualquiera, que no fuere de la dicha Orden de San Augustin, conforme se declara, y manda por la dicha declaracion y auto, y lo cumplan assi, vnos y otros, cada qual en quanto le toca y pertenece tocar, è pertenecer pueda, con declaracion que haziendo lo contrario, passado el dicho termino os auemos y declaramos por incursos en las dichas penas y censuras en estos escritos, y por ellos cõtenidas; cuya absoluciõ reseruamos para nos, y mãdamos a qualquier Notario, ò Escriuano, que para esto fuere requerido por parte del dicho P. Procurador general de San Augustin, so pena de excomunion mayor latæ sententiæ ipso facto incurrenda, q̃ notifique las presentes a las personas q̃ fuere requerido; y las publiquẽ y figen en las Iglesias, Conuẽtos, y partes que fuerẽ requeridos; y de todo dèn fè; y mandamos q̃ a los traslados de las presentes, aũq̃ seã impressos, firmados del infrascripto Secretario, y sellados con nuestro sello ordinario, ù de otra persona constituida en dignidad Eclesiastica, se les dè la misma fè q̃ à las presentes. Dadas en la villa de Madrid a 12. dias del mes de Mayo de 1625. años. El Obispo de Grauina Nuncio. Por mandado de su S. I. Francisco Gutierrez Cortola, Notario y Secretario.*

Transcripsit hanc sententiam Emin. Card. Sachetti ex vita B. Claræ Matrici edita eodem an. 1625. à D. Fr. Antonio de Gouea, Episcopo Cyrenensi R. P. F. Simplicianus de S. Martino in vitis Sanctorũ Ordinis Augustiniani editis Tolosæ an. 1641. p. 562. Videat nunc Author an credi

 pos-

possit D. Antoniũ de Gouea edidisse Matriti vitam B. Claræ, & inseruisse verbatim sententiam Emin. Cardin. Sachetti eodem anno latam, si verè non esset lata, sed per imposturam conficta.

SENTENTIA IIII. ILLVSTRISSImi D.D. Octauij Accoramboni Collectoris Apostolici in Lusitania de anno in fauorem Monachatus Augustiniani B. Claræ de Monte Falcho. Ex libro vitæ eiusdem B. Glaræ edito Vlyssippone annno 1628.

Octauio Accorambono, por la gracia de Dios, y de la santa Sede Apostolica, Arçobispo de Fossombruno, y Colector general Apostolico de su Santidad, con poderes de Nuncio en estos Reynos y Señorios de Portugal, &c. A quantos esta nuestra prouision dada, y passada a requirimiento del Padre Procurador general de los Ermitaños de S. Augustin de los dichos Reynos, vieren, hazemos saber, que auiendo nosotros passado otra a 16. dias del mes de Hebrero de 1615. años a instancia del R. P. Prouincial, que entonces era de la dicha Orden, para efeto de que se notificasse a los Superiores de la Orden de S. Francisco, y a quien perteneciesse, quitassen, y hiziessen quitar de sus Coronicas a Santa Clara de Monte Falco, que ponian en ellas cõ titulo de auer sido Religiosa de su Orden, ò la declarassen por Religiosa de la Orden de S. Augustin, y en sus imagenes no vsasen del habito de S. Francisco, sino del que era conueniente a la dicha Orden de S. Augustin, cõforme al decreto de su Sãtidad, que se presentò. Y siendo la dicha nuestra prouisiõ intimada al R. P. Ministro Prouincial de la Prouincia de los Algarues; replicandose a su respuesta, por parte del dicho R. P. Prouincial de la Orden de S. Augustin, finalmẽte cõ lo que de vna y otra par-

parte se alegò, ordenamos que la copia del Breue del Santissimo Padre Gregorio XIII. de gloriosa memoria, que ya en la otra prouision se inserio, se insertesse de nueuo en esta; la qual de verbo ad verbum es la siguiente.

In nomine sanctissimæ, & indiuiduę Trinitatis, &c. (omnia alia, vt in prima sententia.)

Y visto el dicho Breue, y lo que en su execucion y cumplimiento, por parte del suplicāte nos fue pedido, despues de oida, y bien ponderada, breue y sumariamente la razon, y justicia de las partes, a quien tocaba; Authoritate Apostolica, a nos concedida, y de que vsamos en esta parte, Mandamos en virtud de santa Obediencia, y so pena de excomunion ipso facto incurrenda, a los Superiores y Religiosos de la Orden de S. Francisco, y a cada vno dellos in solidum. Y otrosi a todas las demas personas Eclesiasticas, y seglares de qualquier calidad, y condicion que sean, a quien perteneciere, quiten y manden quitar de todas las imagenes de la dicha B. Clara de Monte Falco, el habito de la Orden de S. Francisco, assi en los lugares publicos de sus Conuentos, è Iglesias de Religiosos y Religiosas, como en los particulares dentro de los mismos Conuentos, y oratorios, y de sus Chronicas, y Catalogos de los Santos y Santas de su Religion le borren, ò en ellas, y en ellos la declaren, ò hagan declarar por Religiosa de la dicha Orden de S. Augustin; y no la publiquen en sermones, ni en otros lugares por Religiosa de su Orden de S. Francisco. Notificamoslo assi a los Reuerendos Prouisores, Vicarios generales, Abades, Priores, Retores, Guardianes, Curas, Capellanes, Tesoreros, y a qualesquiera otros Clerigos y Religiosos, aunque exemptos, y de qualquier iurisdicion, y Orden que sean; y les mandamos a todos, y a cada vno dellos in solidum a quien esta fuere presentada, en virtud de santa Obediencia, y so pena de excomunion ipso facto incurrenda, la publiquen, y declaren en las estaciones y sermones, quando fueren requeridos, de modo que entienda el pueblo ser la dicha B. Clara de Monte Falco Religiosa de la sobredicha Orden de los Ermitaños de S. Augustin, en conformidad del dicho Breue de su Santidad, que despues de oidas plenariamente las partes a quien tocaba, assi se determinò, y juzgò; y de la tal publicacion y declaracion, siẽdo necessario dèn las certificaciones que sobre esso les fueren pedi-

pedidas; y a los traslados desta propria impressos, siendo signados por nuestro abreuiador, se les dara entera fè, y credito en toda parte donde se presentaren. Dada en Lisboa debaxo de nuestro signo y sello, a los 28. dias del mes de Nouiembre. Gaspar Gallete Abreuiador de la legacia la hizo escribir de 1600. años. (Hoc est post positum inuerso ordine; desuntque anni Domini post millesimum sexcētesimum.) *Octauio Accorambono Episcopus Fossombrunus Collector.*

Hæ sunt sententiæ Apostolicæ, quibus Augustiniana Religio Claram Monte Falcensem sibi vendicat. Videat nūc Lector an Marquez iure optimo potuerit sibi Claram omninò adscribere; & an iure aliquo, saltem probabili, possit proles Seraphica sibi etiā Claram eandem arrogare. Et tamen ignis semel excitatus tot Apostolicarum sententiarum alluuione nōdum potuit extingui. Pullulant adhuc quædam scintillulæ, sed crepitantes, potiùs quam ignientes. Vtinam probabile aliquod ius appareret, quo persuaderi posset Claram in primo reclusorio fuisse Tertiariam Franciscanā? Qui enim Claram vendicare nitimur tanquam proprium pignus in Monasterio S. Crucis de Mōte Falco; & hanc gloriam prudenter alteri non damus, libēter fateremur fuisse antea Tertiariā Franciscanā; & hāc gloriam Seraphicæ familiæ, sine inuidia cōmunicaremus.

DIFFICVLTAS VI. DE CONIECTVris à M. Marquez adductis.

PRobabilitatem Augustiniani Monachatus S. Frācisci M. Marquez in origine Ordinis Eremitarum sancti Augustini, *Y* ex quibusdam indicijs, & vestigijs coniectauit. Ea omnia displicuere Authori in Apologetico, *Z* & vellicare contendit. Nos illa in Responsione pacifica, *A* vendicauimus ab obiectis, & Magistri sensum explicuimus. Lector, si volet, ea videbit, & agnoscet nihil in oppositum adduci, quod vel leuiter negotium facessat. Nihilominus Author in noua Defensione, *B* ne aliquid inconcussum manere permittat, quædam obij-

Y c. 22. à §. 5. p. 378. & c. 23. in princ. pa. 380.
Z §. 4. à
A n. 3. pa. 73.
A Resp. 4. à nu. 388. p. 167. & seqq.
B Sect. 7. §. 3. à nu. 1. p. 289.

obijcit, quę non tam solutione indigent, quā expositione.

Obijcit primò. Quia conuersio non tantum redigitur ad tres conuersionis species à me asignatas, quod varijs exemplis persuadet. Sed quis id negauit? Nos tantum diximus, tres esse species conuersionis, quasi capitales, & præcipuas pro vt ad præsens attinebat; non negauimus esse alias species conuersionis minùs principales, sic enim habemus: *C Conuersio in sacris litteris, vel Doctoribus, non tantùm pro conuersione ad Religionem, quod tribuis M. Marquez; nec etiā ad iuncta conuersione à peccato ad iustitiā; sed tripliciter accipitur, pro vt ad præsens attinet, scilicet in Ordine ad morales hominis actiones.* Quis hinc inferat nos asseruisse dari tantum tres species conuersionis? An diximus conuersionē tantū tripliciter accipi? Minimè. Sed eius species asignauimus, quasi præcipuas, & principales, quæ nomine conuersionis simpliciter, & absolutè acceptè principaliter significantur.

Obijcit secundò. Quia D. Franciscus, cum ad Pontificem Innocentium accesit, adduxit socios, quorum aliqui erāt clericatui destinati, & hi erant in orbem tonsi, & & clericali hoc indicio cum reliquis incedebat clericis Franciscus, absque omni modestiæ, vel humilitatis iniuria. Alij verò D. Francisci sodales laicali, & seruili ministerio erant adiudicati; & hi remanserant intonsi, & tantā apud Pontificem Franciscus, & socij adepti sunt opinionē, vt etiam laicis collatam voluerit prædicandi potestatē, quam vt decentiùs exequerentur, coronulis paruulis, à clericali diuersis, voluit insignitos.

Huic obiectioni plura Respōdeo. Primum est. Illa vox, *laicis*, dupliciter potest accipi; primò, pro non insignitis aliquo Clericali Ordine, aut charactere, etiā prima tōsura. Et in hoc sensu accipit illā Marquez, supponēs etiā D. Franciscū fuisse tūc laicū in eo sensu; neq; adhuc ostēditur aliquid, quod conuincat oppositum. Secundò, pro non destinatis ad ministeriū Clericale, sed ad laicale, & seruile; & in hoc sensu accipi cōtendit Author. Admittimus libenter posse etiā in hoc sensu accipi. Sed vndè conuincitur non posse in primo sensu, & fortasse veriùs, explicari? Et tunc locum habet coniectura Magistri Marquez, non tanquam demonstratio, aut conuictio; sed tanquam conie-

ctu-

tura, indicium, & vestigium aliquale. Vt enim obseruauimus in Responsione pacifica, D coniecturæ a Marquez adductæ, sunt coniecturę, & vestigia rei, non conuictiones, aut rationes insolubiles: *Quin immò non essent coniecturæ, si insolubiles essent. Cõmuni enim modò loquendi cõiecturas apellamus illas, quæ rem non conuincunt, sed aliquo modo iuuant, vt persuadeant veritatem hominibus liberis ab humanis affectibus, &c.*

D Resp. 4. num. 197. p. 170. & n. 120. p. 173.

Addit deinde Author se non admittere illam mei discursus Clausulam num. 421. ex Augustino scriptam; cõtra quam tripliciter objicit. Primô. Quia malè consarcinata est authoritas hæc: *Ex pauculis Augustini verbis, & reliquis tuis, quæ te* (ait Author) *statim mihi subindicarunt.* Secundô. Quia altera eiusdem Doctoris sententia citatur ex cap. 11. lib. 2. de anima, & eius origine, cum tamen cap. 14. habeatur. Tertio. Quia in nostro casu nõ est æqua sors, cum quæstione, de qua agebat Augustinus: *Neque & vtrumque placitum, vti tu reputas* (ait Author) *probabile; sed adeò temporis ratio, & rationum pondus, ex hac parte præponderant, vt ex tua neque ipsa probabilitatis species supersit.* Hæc Author.

In hac parte compellare possumus Authorem ijsdem verbis, quibus nos supra E conuenit: *Si pacificè, & amicè mecum velles agere, facilè potuisses typographi, aut Amanuensis vitium animaduertere, non me temerè incusare.* Quem aliundè tibi manifestè constabat in his non errasse, cum me in Augustini versatũ operibus agnoscas in Epitome Defensionis pag. 367. In meo Autographo, quod penes me conseruo, doctisque, & Religiosis viris ostendi, Augustini tantùm verbis diuerso charactere conscriptis sic habetur: *Testimonia* enim, *quæcumq; posuit*, R. P. Vvadingus, quibus hanc repugnantiam, *probare conatus est, ita sunt*, vt alibi dixit Augustinus (lib. 2. de anima, & eius origine cap. 14.) *quod ad istã quæstionem attinet, incerta & ambigua, vt etiam aliter accipi, quam ipse vult, facillimè possint.* Quod autem typographus errauit, non mihi Author debet imputare, sed imperitiæ Notariorum, & librariorum incuriæ: *Si paragrammata repereris* (dicam cum Hieronymo in epistola ad Lusinium paulô post medium) *vel minùs aliqua descripta sunt, quæ sensum legen-*

E Sect. 7. §. 2. n. 21. p. 287.

gentis impediant, non mihi debes imputare, sed imperitiæ Notariorum, & Librariorum incuriæ, qui inscribunt non quod inueniunt, sed quod intelligunt. Adduximus etiam nos alia, quæ satis probabiliter persuadeant possibilitatem huius euentus, vt dicere possimus cum Augustino, vbi supra (lib. 2. cap. 14.) *Porro vtriusque auditis, qui sine studio partium iudicat, videt profectò*, sententiam neutram in principali puncto falsitatis conuinci, vtramque probabilibus fundamentis inniti; *ac per hoc institutum* Eremiticum Regulare Francisci, *nec temerè ad struendum, nec temerè destruendum dicimus, &c.* An autem hæc consarcinentur, & malè consarcinentur, vel potiùs aptè intermisceantur; & an vtrumq; placitum sit probabilè, vel non, R. P. Lucam Vvadingum nolumus iudicem; esse non potest enim ex illis, qui sine studio partium iudicant. Alij ab affectibus liberi, si legerint, iudicabunt.

Occasione tamen huius typographi erroris, Lectorem admoneo esse plura in editione nostræ Responsionis pacificæ typographi incuria viciata. Huiusmodi est illud, quod in præfatione ad R. P. Vvadingum sic habetur; *& in alijs noluisse minùs loqui.* Huius erroris statim certionem fecimus Authorem, attestantes in nostro Autographo non haberi, *minùs*, sed, *mitiùs*. Quasi dicerem cum Augustino ad Hieron. Epist. 12. cap. 2. *Hoc falsum esse noueris. Deum nostrum testor hoc me non fecisse.* Et tamen Author in sua Defensione, F se ea lacessitum iniuria dolet, & queritur; & quasi adhuc anceps, & dubius in margine notat: *For. mitiùs*, quid de ea voce ad ipsum scripserim, silentio inuoluens; quasi adhuc iratus animo, & nondum corde pacatus erga amicum de typographi errore dolentem, qui dicere potuit cũ Bernardo ad Haymericum Cancellarium: G *Post hanc nostram veram, ac puram satisfactionem, mereamur vestram gratiam, & benedictionem.* Non meruimus. Dolemus. Dicamus tamen cum Augustino ad Hieronymum: H *Quo autem modò id acciderit, & longum est enarrare; & nisi fallor, superfluum, cum sufficiat, si quid mihi in hoc creditur, non eo factum animo, quo putatur, nec omninò meæ fuisse voluntatis, aut dispositionis, aut consensionis, aut saltem cogitationis, vt fieret. Hoc si non credunt, quod teste Deo loquor, quid amplius*

F *Sect.* 2. *nu.* 2. *p.* 154.

G *col.* 378.

H *epist.* 19. *c.* 4.

plius faciam non habeo.

Addo. Notauit etiam in nos Author in Defensione sect. 2. num. 5. pag. 156. ea quæ ex Iosepho lib. 8. cap. 3. citauimus in Responsione pacifica, non haberi cap. 3. sed 9. At precor Authorem vt legat Iosephum Basileæ ann. 1554. editum per Hieronymum Frobenium, & Nicolaũ Episcopum, mense Martio, & ea verba reperiet lib. 8. cap. 3. pag. 220. num. 9. linea 29.

§. VIII.

AD SECTIONEM VIII.


PRobabilitatem Monachatus Augustiniani S. Francisci M. Marquez, plurimorum Authorum testimonio, vel ostendit, vel roborauit. *I* Eorum vel authoritatem infringere, vel testimonia conuellere totis viribus in Apologetico *K* conatus est Author. Nos in Responsione pacifica, *L* vel authoritatem illæsam vendicauimus, vel testimonia à suspicionibus liberauimus, & ingenuè etiam quosdam aliquorum errores agnouimus. Nunc in Defensione sua Author *M* semel assertorum tenax, eadem graditur via. Nos aliam ingredimur, cessuri facilè, vbi ratio vires habuerit. Interim tamen dicemus cum Hieronymo lib. 1. aduersus Rufinum col. 304. vt Henrici testimonium à calumnijs vendicemus: *Quidquid ergo in explanatione huius epistolæ vitij potuerit demonstrari, si ego illud in Græcis voluminibus, vnde in Latinum vertisse me dixi, ostendere non potero, crimen agnoscam, & meum erit, quod alienum non fuerit. Tamen ne rursus videar cauillari, & hac excusationis stropha gradum non audere conferre, ponam ipsa testimonia, quæ vocantur in crimen.*

I c. 21. à §. 1. p. 353.

K §. 5. à n. 1. 77 & seqq.

L Resp. 5. à n. 1. p. 174.

M Sect. 8. à §. 1. p. 294. & seqq.





DIF-

DIFFICVLTAS I. DE TESTIMOnio B. Henrici de Vrimaria.

Nc. 21. §. 1. p. 454. MAgister Marquez, N B. Henricum de Vrimaria adduxit in testem Monachatus Augustiniani S. Francisci ex libro de origine Ordinis Eremitarum S. Augustini. In opusculum, & in testimonium ex illo desumptum Author O §. 5. a. 2. p. 79. in Apologetico O dura bella mouit, quę nunc in Defensione, P maiori conamine, acriori calamo, iratoque animo re P sect. 8. §. 1. a n. 1. pa. 294. nouat, nostræ pacificæ Responsionis doctrinam, & solutiones conatus euertere. Vtinam pro veritate indaganda disputans potius, quam litigans pro contentione prosequenda.

Qn. 20. p. 310. Obijcit ergo Author primô. Q Quia Author huius opusculi esse non potuit Henricus de Vrimaria. Id autem probat dupliciter, duplicem nobis scrupulum obijciendo. Primô. Quia mirum esset Iordanum de Saxonia, Henrico familiarem, omninô tractatũ hunc ignorasse, qui summè opportunus erat ad suum librũ Vitas Fratrum concinnandũ; neque illum inter alia eius opera retulisse, etsi sæpissimè, & passim de Henrico loquatur. Secundô. Quia Henricus de Vrimaria, vt ego dico, n. 11. in Responsione pacifica, vnionem iam in Ordine Augustiniano præcessit; & in vnione Lanfrancũ electũ an. 1252. se ipso teste cognouit; iminô vnionẽ sub Innocentio IIII. factã Henricũ præcessisse, non semel testatur Laurentius Empolinus ad finẽ sui Bullarij. Ergo non potuit Hẽricus hunc tractatum edere, qui an. 1334. ab ipso editus affirmatur.

Huic obiectioni plura respondeô. Primum est. Ex silẽtio Iordani nihil infertur. Neque enim omnia Henrici opuscula enumerauit, sicut neque aliorum Authorum Ordinis Augustiniani. Vnde Iordanus de Henrico in Vitas Fratrũ, R sic ait: *Hæc inter cætera studiositatis suæ opera scripsit, &c.* Et Trithemius de scriptoribus Ecclesiasticis, S cum quædam opera retulisset, adiecit; *& alia multa.* Et Bergomensis in supplemento Chronicorum, T sic habet: *Cum alijs multis eleganter, & doctè editis.* Omiserunt ergo hi Authores breuem hunc tractatulũ, sicut & alia Henrici opuscula. Sed dices, in alijs non militat argumentum, in Iordano verô

R lib. 2. c. 22. p. 171.
S f. 109.
T lib. 3. fo. 250.

vrget; quia hic tractatus ad librum Vitas Fratrum concinnandum Iordano maximè conducebat. Facilis tamen est responsio. Noluit Iordanus hoc opusculum enumerare, neque ex illo aliquid allegare, quia in pluribus ad Augustinum pertinentibus Henrico aduersabatur; iudicauitq; meliùs non meminisse huius tractatus à tanto viro editi, quam meminisse, & impugnare. Sic respondit Georgio Merulæ Angelus Politianus lib. 11. epist. 6. fol. 93. rationem reddens quare illius non meminerit quodam in opere: *Tantum de Baptis* (ait) *non nihil apud te, sed rude tamen adhuc, & incboatum; de quo mihi tacendum putaui, ne statim ibidem reprehendere in Cotyto nominatim te cogerer.* Vndè, ni fallor Iordanus lib. 1. cap. 7. pag. 14. Henricum suppresso nomine citauit his verbis: *Nisi fortè velint aliqui dicere, sicut sunt qui dicunt, quod inter tempus baptismi sui, & mortem matris solitariè vixerit per triennium; vel saltem per bienniũ, quod dictum salua veritate nullatenus stare potest, &c.* Ea autem est sententia B. Hẽrici in hoc tractatu in hæc verba: *Quod autem B. Augustinus cum Fratribus Eremitis in Centum cellis per biennium remanserit, ex hoc euidenter colligitur; nam certum est, quòd ipse tempore sui baptismi erat 30. annorum; mortua autem matre apud Ostiam Tiberinam, cum iam in Africam remearet, fuit 33. annorum, vt patet ex 9. Confes. Ergo necesse relinquitur quòd steterit in Eremo, tam cum S. Simpliciano in Mediolano, quam cum Fratribus de Centum cellis, completis tribus annis, &c.*

Secundum est. Licet Iordanus mentionem non fecerit huius tractatus ab Henrico de Vrimaria, seu de Alemania, compositi, meminerũt alij antiqui, & graues Authores. Ambrosius Coriolanus in Chronica Ordinis edita circa an. 1479. *V* in principio te- *V f. 22. pag. 2.* statur se historiam compilasse: *Ex dictis multorum antiquorum Doctorum, & modernorum, ut pote, M. Henrici de Vrimaria, Iordanis, &c.* Siluester Meucius de Castilione Aretino ann. 1527. in epistola ad Cardin. Ægidium Viterbiensem, ante expositionẽ Abbatis Ioachini in Apocalypsim, scripta Venetijs in loco insulari D. Chrystophori à Pace, Calen. Febuarij anno 1527. vbi adducto Ioachini testimonio hęc subiecit: *Idem quoque memoratus Dominus Vricus* (Henricus) *de Vrima-*

ma-

maria, & ipse nostræ Religionis Doctor egregius, in tractatu de ipsius, Ordinis origine adiecit. Et quia virtute radicis rami in altum, & longũ naturaliter producũtur, ideo virtute institutoris ac fundatoris, aliorumque successorum Patrum, qui fuerunt sanctitatis eximiæ, ac huius Ordinis primarij fundatores, veri similiter præsumendum est, quod super eorum filios, & posteros per diuinam clementiam benedictio copiosa descẽdet: *Hæc ille.* Quę verba vno, aut altero mutato in Codice Romano Angelicæ Bibliothecæ continentur, ex quo infra illã transcribemus. Compendium rerum Ordinis iussu Card. Seripandi editum

X *f.* 25. anno 1549. sic habet: *X Non ea tamen ratione, vt singula memoria digna, Fratris etiam Henrici de Vrimaria, qui prædictum Fr. Lanfrancum*

Y *f.* 30. *sub an.* 1159. *cognouit, &c.* Et infra: *Y Hoc tempore nostri Ordinis Prior generalis fuit Fr. Ioannes de Spelunca, vt ex libello M. F. Henrici de Vrimaria, quem de antiquitate Ordinis scripsit,*

Z *f.* 30. *pag.* 2. *didicim⁹.* Et infra, de Z F. Ioãne de Cella sub anno 1200. *M. Fr. Henricus de Vrimaria in suo prædicto libro affirmat.* Franciscus Viuar, in A-

A §. 6. *p.* 483. pologetico pro Dextro, *A* Henricum de Vrimaria ex tractatu de origine Ordinis Eremitarum S. Augustini allegauit. Iosephus Pamphilus in Chronica Augustiniana, edita anno 1579. inter Henrici opuscula computauit. Extat hic tractatus in Bibliotheca S. Victoris Parisiensis in pluteo olim triplicis G. G. G. antiquis characteribus scriptus, & hoc titulo insignitus: *Tractatus cõpletus per venerabilem Doctorem Henricum de Alemania, sacræ paginæ professorem Ordinis Eremitarum S. Augustini, anno Domini 1334.* In nostra autem Bibliotheca Angelica Romana hunc titulum præfert: *Tractatus de origine S. Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini.* Finitur autem sic: *Explicit tractatus de institutione Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, compilatus per Fr. Henricum de Alemania, sacræ paginæ professorem, Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini anno Domini M. CCC. XXXIIII. Deo gratias, Amen.*

Fauet huic veritati, quod S. Antoninus *B* circa ann. B 3. *pa.* 1450. sic ait, dum agit de Or- *cõst. tit.* dine Eremitarum S. Augusti- 24. *cap.* ni: *Quidam Religiosus dicti* 14. *in Ordinis scribit. Reuelatum* *princ. f.* *fuit prophetico spiritu Abba-* 211. *p.* *ti Ioachim, qui sic in exposi-* 2.

tione super Apocalypsim scribit de Fratribus Ordinis S. Augustini; surget ordo, qui videtur nouus, &c. quæ in prædicto tractatu sic habentur: C *Quod vtique videtur Abbati Ioachim in spiritu reuelatum, qui loquens in expositione super Apocalypsim dicit; surget, qui videtur nouus, &c.* Et quod magis est, ipse Henricus de Vrimaria in Sermonario de sanctis, edito in Calcographia Hagenauensi apud Henricum Gran anno 1513. serm. 158. qui est tertius de translatione S. Augustini, sic ait: *Et quia secundum Apostolum, si radix sancta, & rami; ideò virtute talium patrum, qui fuerunt nostri Ordinis primarij fundatores, super eorum posteros, Dei gratia largiente, sanctitas copiosa descendit, vt patet euidenter in S. Ioanne Bono, &c.* Hæc autem in prædicto tractatu sic habētur: *Et quia virtute radicis, rami in lōgū, & altum naturaliter producuntur; ideò virtute sanctitatis talium Patrum, qui fuerunt virtutis eximiæ, & nostri Ordinis primarij fundatores, verisimiliter præsumēdum est, quòd super eorum filios, & posteros per diuinam clementiam benedictio copiosa descendit.*

C verit. 5.

Tertiū est. Quòd Henricus cognouerit Lāfrancū, primū post vnionem ann. 1255. vel 1256. Generalē, asseruit Cōpendium rerum Ordinis an. 1549. editum, *D* & M. Marquez varijs in locis, *E* vbi tradit Henricū floruisse tēpore vnionis generalis sub Alexādo IIII. factę, ipsumq; in hoc tractatulo testari Generalem Lanfrancū à se cognitū fuisse. Turpius errauit Laurentius Empolinus in Bullario Augustiniano; *F* vbi sic ait: *Henricus de Vrimaria, qui vixit tempore Innocentij IIII. quando vnio magna facta fuit, tractatū edidit de origine Ordinis, &c.* Et infra: *Quas primus edidit Henricus de Vrimaria apud Iordanum de Saxonia, qui Henricus illis temporibus vicinus, in humanis agebat ante vniones Innocentij IIII. & Alexandri IIII.* Addidit Empolinus Henricū vixisse ante vnionem Innocētij IIII. quod nullus expresserat.

D f. 25.
E c. 13. §. 19. p. 250. & c. 20. §. 5. pag. 347.
F Pag. 391. & 393.

Si autem verum esset Hēricum in hoc opusculo asserere se cognouisse Generalem Lāfrancum (neque amplius refert Marquez vbi supra) cum Lanfrancus obierit an. 1264. vel 1265. & Hērici vita vsq; ad an. 1340. protrahatur, tenendū esset Henricum circiter Centenarium decessisse; quod nō esset impos-

possibile; & securiùs ac probabiliùs id affirmaretur, quã cẽseretur hoc opusculũ olim ab incerto Authore compilatum; & Hérico dolosè suppositum; & tam Bibliothecæ Angelicæ Romanę, quam Victorinæ Parisien i antiquis characteribus descriptum, & alijs tractatibus cõmixtũ fuisse fallaciter, & per imposturã insertũ. Iudicet Lector quid potiùs credi debeat, & quod tutius iudicauerit, amplectemur. Interim tamẽ arbitramur nõ sine temeritate cẽseri tractatũ Hérici nomine à tot annis inscriptũ, & à pluribus Authoribus inter Hérici opera enumeratũ, fuisse fallaciter, & dolosè Hérico suppositum, & eius nomine diuulgatum.

G *Resp. 5. n. 11. p. 176.* Quartũ est. Nos in Respõsione pacifica G nõ affirmam• Héricũ cognouisse Lãfrãcum Mediolanẽsem, qui an. 1252. electus est, vt nobis Author imponit; H sed abstrahẽtes à tempore, quo floruit Héric•, eius antiquitatẽ ostẽdimus, quia vel cognouit Lãfrãcum, pro vt à quibusdã refertur; vel saltẽ, pro vt ipse refert, interfuit an. 1290. Capitulo generali. En nostra verba: *Quin immò, vt & ipse in principio operis testatur (pro vt à quibusdam refertur) cognouit Lanfrancum Mediolanensem, primum post vnionem Augustiniani Ordinis Generalem, qui obijt anno Domini 1264. vel 1265. & saltem ipse refert se adfuisse Capitulo generali Ratisponensi, quod celebratum fuit an.* 1290. Et infra. *Testatur Henricus de Alemania se cognouisse Generalem Lanfrancum, quem obijsse retulimus ann. 1264. vel 1265. vel potius testatur se cognouisse B. F. Clementẽ de Marchia Anconitana, tertiũ Generalẽ Ordinis post vnionẽ, qui obijt an. 1291. &c.* Et infra. *Quòd vero Lanfranco, vel quod verisimilius est, Clementi aliquandiu in Religione conuixerit, &c.* Et infra. n. 419. p. 288. *In cuius principio (si verum est, quod ferunt nonnulli) testatur se agnouisse primum Generalem post vnionem anni 1256. &c.* Vndè in nostro Alphabeto Augustiniano, L sic de Hérico diximus post relatas aliorum opiniones. *Caterum veritas aliter se habuit. Neq; enim floruit ann. 1256. neque ann. 1310. animam egit. Interfuit Capitulo Ratisponensi an. 1290. sic enim ait in Tractatu de origine Ordinis Eremit. S. August. loquens de B. Clemente de Marchia Anconitana*; per quem Deus multa miracula ostẽdit in Capitulo generali Ratispone celebra-

H *Sect. 8. §. 1. n. 20. p. 310.*

L *litter L. V. Hẽricus de Vrimaria.*

brato, me præsente: *Ad fuit itē Capitulo Neapolitano an. 1300. sic enim habet vbi supra.* Quod in mei præsentia in Capitulo Neapolitano probatum fuit euidētissimo documento. *In Capitulo generali Ariminensi anno 1318. designatus fuit examinator studentium promouendorum in quocumq; studio alicuius prouinciæ de Alemania.* Et sanè in Romano prædicti tractatus trasumpto, quod vidimus, neque affirmat, neque innuit, Hēricus se cognouisse Lanfrancum. Mirum ergo non erit, quod vsque ad ann. 1340. super vixerit, cum de eo dicat Iordanus: *M Cum esset septuagenarius, & vltra, &c.* Et rursus: *Senex plenus dierum, velut obdormiēs spiritum exhalauit.*

M *lib.2 cap.22. p.171.*

N *lib.2 cap.13. p.110.*

Vltimum est. Non possum non mirari omnia opuscula, aut instrumenta, quæ aliquid continent, quod Authori non placet, spuria, & dolosè supposita ab ipso iudicari, quia semel censuit improbabilem esse Monachatum Augustinianum S. Francisci. Quasi non sit incredibilius tot olim opuscula fallaciter Authoribus imposita, quam D. Franciscum aliquando B. Augustini legibus paruisse. Nos aliter sentiendum arbitramur, tum propter adducta fundamenta, tum propter obiectionum debilitatem.

Secundò obijcit Author. *P* Quia verba Henrici citata, sunt ex Codice Parisiensis Bibliothecæ, in quo illa non tam sunt ab Henrico in textu scripta, quam ab impostore, recenti charactere in margine adiecta, & proindè ab alio æquiori censore cancellata; & ab Authoribus Augustinianis, vna Henrici sententia varijs modis refertur; & Codicem Romanum Bibliothecæ Angelicæ adeo recenti charactere scriptum putat Author, vt ab illo Authographo Parisiensi potuerit hoc exemplar transcribi, & quod in margine erat, in textum transfundi. Hanc se suspicionem firmare non posse non infirmis adminiculis adijcit, quia tractatulum ipsum aspicere non licuit, neq; post preces, & intercessiones. Nos illum Deo volente in Bibliotheca D. Augustini publici iuris faciemus.

P *Sect. 8. §. 1. n.3. pa. 295.*

Ad hanc obiectionem Respondeo plura, iuxta ea, quæ dixi in Responsione pacifica. *Q* Credi non potest M. F. Ludouicum de Angelis, hominem doctum, & eruditum, nec vulgarem Chronographum, adscripturum Hērico in materia adeô controuersa, verba extra textum, & in mar-

Q *Resp. 5. n.17. p. 178.*

margin tantùm, diuerso, & recentiori charactere cōscripta, eaque iam cancellata. Secundum est. *R* Codex Romanus Bibliothecæ Angelicæ in charta papiracea, charactere nec valdè antiquo, nec valdè recenti continetur; & quantum recordari possumus, ante centum, & amplius annos transcriptus videtur. Atque adeô vana, & impossibilis est excogitatio Authoris. Videat nunc an etiam fidei nostræ velit derogare, & nobis imposturam obijcere. Tertiū est. Mallem hunc tractatum Authori fuisse ostensum; neq; videô quare Bibliothecarius renuerit, nisi fortè trepidauit timore, vbi non erat timor; metuens scilicet Codicem semel ostensum facilè posse scindi, aut saltem cancellari, sicut Autographum Parisiense. Quartum est. Ignoro prorsus quo firmo fundamento possit aliquis iudicare, aut suspicari, fuisse impostorem audacem, qui opusculi marginem conficta inficeret nouitate, & qui transcriberet dolosè transfundendo in textum, quod dolosè adiectum erat in margine. Nos sanè Authorum opuscula, & testimonia, vel supposita, vel corrupta non auderemus asserere, nisi possemus manifestis conuincere fundamentis, ne nobis accomodari posset, quod his verbis scripsit ad Hieronymum Augustinus: *S Manichæi plurima diuinarū scripturarum testimonia, quibus nefarius eorum error clarissima sententiarum perspicuitate conuincitur, quia in alium sensum detorquere non possunt, falsa esse contendunt. Ita tamen vt eandem falsitatē non scribentibus Apostolis tribuant; sed nescio quibus codicū corruptorib⁹. Quod tamē, quia nec pluribus, nec antiquioribus exemplaribus, nec præcedentis linguæ authoritate, vnde Latinè libri interpretati sunt, probare aliquando potuerunt, notissima omnibus veritate superati confusique discedunt.*

Tertio obijcit Author, *T* quia testimonium Henrici produxit Marquez, *V* & ego trāscripsi in Responsione pacifica; *X* & testatur Marquez illud verbatim ex ipso Autographo excripsisse Ludouicū ab Angelis, Confessorem Illustris. Archiepiscopi Braccarensis, à quo se illud accepisse affirmat; eoque modo, quo accepit, iuxta singulos apices citato loco retulisse. Refert autem hæc verba: *A tempore S. P. Augustini multi fuerunt pastores dicti Ordinis; sed ex negligentia scribentium, & diuturnitate temporis*

R n. 25. p. 182.

S Epist. 19. c. 2.

T Sect. 8. §. 1. n. 4. p. 269.

V c. 13. §. 19. p. 250. 251.

X Resp. 3. n. 96. pag. 55. & Resp. 5. num. 419. p. 288. & n. 483. p. 309. & num. 606. pa. 341.

ris ignorantur. De quibus tamen & ex scriptis antiquis, & ex antiquis patribus haec habere potui. Circa annos Domini 1110. electus est Generalis B. Ioannes de Spelunca, qui etiam praefuit tempore Alexandri Papae III. Item Ioannes, dictus de Cella tempore Innocentij III. Item Auitus de Grasino, tempore Gregorij IX. Item Philippus Dexterampue, quo tempore facta est vnio. Post vnionem primus fuit F. Lamphrancus de Mediolano. Ergo in codice Parisiensi nec verbum habetur in textu de Monachatu Augustiniano.

At haec parum vrgent. Marquez asseruit se illud testimonium verbatim transcribere, quia nullum verbum addidit, neque immutauit; non tamen negat alia etiam in eo textu verba contineri, quae in alio loco transcribenda, ne partem eiusdem testimonij repeteret, de industria reseruauit; (Rectius tamen processisset, vt in Responsione 5. pacifica num. 25. pag. 182. obseruaui, si nihil minuendo testimoniū protulisset) eaque transcripsit in hunc modum. *Y E. qual* (loquitur de Henrico de Vrimaria.) *en vn tratado, que esta en la libreria de S. Victor de Paris en el estante G. G. G. compuesto el año 1334. &c. tiene vn parrafo del tenor siguiente; Beatus Franciscus cū dictis Fratribus habitauit; & vt quidam asserunt, fuit Frater nostri Ordinis in loco S. Iacobi de Aquauiua iuxta Pisas.* Ecce in codice Parisiensi, etiam testante Marquez in textu Henrici verbū aliquod habetur de Monachatu Augustiniano S. Francisci.

Y c. 21. §. 1. p. 354.

Adde. In Codice Romano Angelicae Bibliothecae testimonium Henrici sic habetur: *Septima veritas est videre qualiter illa sancta propago praedictorum patrum tam ante vnionem, quàm etiam ab illo tempore, quo per S. R. E. pro aedificatione fidei & morū Fratres nostrae Religionis sunt destinati, vsque ad haec nostra tempora sit deducta. Qui verò a tempore B. Augustini, hoc est, ab anno Domini 442. fuerunt pastores dicti Ordinis, ex negligentia scribentium, & diuturnitate temporis ignoratur. De quibus tamen sit ex scriptis antiquis, & relatione antiquorum patrum cōpertum habere potui: Hoc sciendū est quòd tempore Alexandri Papae III. circa annos Domini MC.XX. Ioannes de Spelunca fuit Prior generalis. Tempore Innocentij Papae III. fuit Fr. Ioannes dictus de Cella. Circa quod tempus B. Franciscus cum dictis Fratribus habitauit; & quidam asserunt*

quòd

quòd fuerit Frater dicti Ordinis in loco S. Iacobi de Aqua uiua iuxta Pisas; tandem petita licentia, & obtenta à Priore dicti loci vt arctiorem vitam assumeret, dimissa Zona, & subtelaribus, ad nemus se solus transtulit. Gregorius autem IX. vt supra visum est, Ordinem Eremitarum propter eius sanctitatem, & B. Augustini reuerentiam cõfirmauit anno Domini, quo supra; & ipsum spiritualibus gratijs communiuit; licet in Registro Papali dicitur contineri, quòd Innocentius Ordinem S. Augustini registrauit. Tempore autem Innocentij III. Prior generalis fuit Fr. Adiutus de Guaffagnanno. Tempore verò Alexandri IIII. Fr. Philippus de Pramia; quo temporo B. Augustinus, vt supra visum est, Papæ Alexandro in visione apparuit, grandis quidem capite, sed membris exilis.

Sed contra codicis Romani testimonium quarto obijcit Author. Z Quia magnum est discrimen inter vetustum Henricum Parisiensem & recentem Henricum Romanum. Ita sanè. Agnouimus, & nos in Responsione pacifica, A in hæc verba. *Hæc Henricus; in quibus neque exigua sunt discrimina, si conferantur cum his, quæ Marquez transcripsit.* Sed quis ignorat amanuensium vitio, & in curia, etiam in codicibus sacris, plura fuisse contorta, & deprauata? Hinc est, quod in præfatione ad Lectorem in Biblia sacra Vulgatæ editionis, Sixti V. iussu recognita, & Clementis VIII. anno 1602. authoritate Lugduni edita, sic habetur: *Qui fortasse tam longo tempore identidem describendo minùs puri, atque integri euaserunt.* Et infra. *Sed ipsam veterem, ac Vulgatam editionem Latinam, à mendis veterum librariorum, nec non prauarum emendationum erroribus repurgatam, suæ pristinæ integritati, ac puritati, quoad eius fieri potuit, restituere, &c.*

Z Sect. 8. §. 2. n. 7. pa. 299.

A Resp. 5. n. 420 p. 289.

Quinto obijcit Author in hunc modum: B *Descendo adhuc ad illud tuum, vel tui Henrici Romani additamentum.* (Verba sunt Authoris; sed minùs digna tanto Authore, tam graui, tam amico. Ni fallor, nemo nos vel mediocriter nouerit, qui, nisi nimis excandescat, nostrum esse aliquod additamentum suspicetur.) *Scilicet, circa quod tempus (Innocentij Tertij) Beatus Franciscus cum dictis Fratribus habitauit, &c.*

B Sect. 8 §. 1. n. 8. p. 299.

Rr Et

Et circa hoc testinionium inquirit. Primò. Qui sunt illi Fratres iam dicti, cum quibus habitauit? Respondeo, vt respondi in Responsione pacifica; C habitauit cum dictis Fratribus, scilicet Ordinis Eremitarum S. Augustini; de his enim hæc verba præcesserant: *Hoc idem patet ex Chronica, siue ex Registro Papali, vbi dicitur, quod post Incarnationem Domini an. 250. initium sumpsit ordo Eremitarum à B. Paulo primo Eremita; & per Innocẽtium III. idem ordo registratur, & eis Regula S. Augustini confirmatur, & ordo S. Augustini nuncupatur; & hoc anno Domini MCC. XXV.* (debet dicere, MCC. XV.) *Sed postmodum anno MCC. LV. facta est vnio aliorum Ordinum in Eremo habitantium ad Ordinem Eremitarum S. Augustini per dominum Papam Alexandrum diuino oraculo ipsum commonente, vt patet ex supradictis. Septima veritas est videre qualiter illa sancta propago, &c.*

C *Resp.* 5. *n.* 25. *p.* 182.

Inquirit secũdo. Qui sunt illi quidam, qui sub illud tẽpus asserebant B. Franciscum fuisse Augustinianum in Cœnobio S. Iacobi de Aquauiua iuxta Pisas? Respondeo, vt in Responsione pacifica respondi. D Potuerunt id alij scribere ante Henricum, quorum tamen scripta vel iniuria temporum perierint; vel adhuc in Bibliothecis lateat; vel potuit Henricus id referre de his, qui rem asserebant verbo, non scripto, sed ex traditione maiorum. Neq; Hẽricus asserit B. Franciscum fuisse Fratrem nostri Ordinis in loco S. Iacobi; sed nudè refert assertionem aliorum, neque approbans, neq; improbans; non asserens, sed referens. Illi autem, qui asseruerunt, decepti videntur, vt ait Marquez cap. 26. §. 4. pag. 432. quia forsan Franciscus illo biennio Eremitici incolatus in prædicto S. Iacobi Cœnobio aliquas moras traxit hospitio exceptus; & indè decursu tẽporis notitia rei obscurata, ab aliquibus existimatum fuit in eo Cœnobio Monachum egisse. Et huiusmodi deceptiones ex similibus fundamentis non infrequentes sunt in rebus antiquis.

D *Resp.* 5. *n.* 18. *p.* 180. & *num.* 25. *pag.* 182.

Sed instat Author. E Quia Cœnobium Aquauiuanum, vt ipse notauit in Apologetico, F non extitit sub illud tẽpus tyrocinio S. Francisci designatum; vel saltem non fuit Augustinianum. Et Iosephus Pamphilus, G & Primatis Augustinianæi Author, H nullam huius Cœnobij fecere men-

E *sect.* 8 §. 1. *n.* 9. *pag.* 381.
F §. 5. *n.* 5. *p.* 81.
G *in Chron. fol.* 28.
H *lib.* 5. *cap.* 4.

mentionem; dum antiquos Conuentus commemorant, qui in Italia Concilium Lateranense præcesserunt.

Respondeo plura. Primum est. Mirum non est quòd Iosephus Pamphilus, ex quo Primas Augustinianæus trãscripsit, non commemorauit Conuentum Aquauiuanum inter Conuentus Italiæ, qui præcesserunt Concilium Lateranense; tantùm enim recẽsuit quosdam ante ea tempora in vrbibus collocatos. Sic enim ait: *I In Italia quoque Conuentus nostros S. Andreæ Ferrariensem, S. Iacobi Bononiensem, S. Spiritus Florẽtinum, S. Mariæ de Populo Romanum, S. Agnetis Mantuanum, S. Augustini Cremonensem, Casennatensem, Anconitanum, Viterbiensem, agnoscimus multò ante hæc tempora in vrbibus collocatos.* At Conuentus Aquauiuanus extra vrbẽ erat. Secundum est. Satis clarè meminit Pamphilius in Chronica Augustiniana Conuentus Aquauiuani ante Concilium Lateranense. Sic enim habet: *K Post quem Ioannes de Cella, quo cum S. Franciscus apud Pisas vixit.* Tertium est. Licet Pamphilus nullibi meminisset Cœnobij Aquauiuani, ex eius silentio non infirmaretur fides aliorum affirmantium illud

I f. 28. pag. 1.

K f. 25. pag. 2.

præextitisse ante Concilium Lateranense.

Et si inquiras, qui Authores asseuerint Conuentum Aquauiuanum ante tempora Concilij Lateranensis, D. Augustini legibus paruisse? Respondeo, plures. In primis, B. Henricus de Vrimaria in hoc tractatu. Secũdò. Ambrosius Coriolanus in Chronica Augustiniana edita circa ann. 1481. Ibi *L* agens de quodam Gregorij VIII. priuilegio, sic ait: *Et concessit Fratribus dicti Ordinis authoritatem audiendi confessiones, prædicandi, & cimiteria construendi, ac eos sepeliendi, qui in eorum cimiterijs, atque Ecclesijs elegerint sepulturam. Et priuilegium directum fuit Priori S. Iacobi de Aquauiua Lucanæ Diocesis.* Tertiò. Compendium rerum Ordinis, iussu Card. Seripandi editum an. 1549. vbi sub an. 1187. de eodem priuilegio Gregorij VIII. sic ait: *M Priuilegiũ autẽ hoc directum fuit Priori S. Iacobi de Aquauiua Pisanæ Diocesis.* Quartò. Hieronymus Romã in Centurijs ann. 1569. prælo datis, vbi *N* Compendio Seripandi consensit. Quintò. Nicolaus Crusenius in Monastico Augustiniano; *O* vbi Monasterium S. Iacobi de Aquauiua in Diocesi Lucana con-

L c. 1. p. 6.

M f. 30. pag. 1.

N Cent. 8. f. 45. p. 1.

O Lib. 2. c. 24. f. 193.

constituit. Sextô. Laurẽtius de Empoli in Bullario Augustiniano, P qui addit Cœnobium Aquauiuanum extitisse in Diœcesi Pisana prope ciuitatem Liburni.

P f. 398 n. 20.

Sed contra hoc Cœnobij Aquauiuani priuilegium plura opponit Author. P Primô. Quia quis credet Gregorium quinquaginta septem dierum Pontificem, totum Cruci dominicæ, & Ierosolymorum vrbi recuperandæ intentum, his rebus se applicuisse? Secundô. Quia ab horret à Curiæ stylo, vt indultorum communiũ vniuerso Ordini concessorum (vt ille asserit) diploma dirigeretur Priori peculiaris Cõuẽtus Aquauiuani, qui in vniuersum Ordinem nullam habebat authoritatem. Tertiô. Quia Coriolanus, & Crusenius constituũt domum Aquauiuanã in Diœcesi Lucana; Seripandus verò, Primas Augustinianæus, & Empolus in Diœcesi Pisana; & ex his Empolus illam collocat prope Liburnum; Henricus vero de Vrimaria propè Pisas. Quartô. Quia si hæc domus ante S. Francisci conuersionem extabat, Authori probabilissimum est sub Regula S. Benedicti, vel alterius militasse. *Etenim* (inquit) Q *nullum vestigium Eremitarum S. Augustini in Thuscia apud probatos Authores, neque in archiuo Vaticano in Pontificum Regestis inuenire potuit ante Innocentium IIII. qui Thusciæ Eremitas vniuersos, partim Benedictinos, partim alterius instituti, sub S. Augustini Regulam couniuit.* Id autem suadere conatur varijs Pontificum Diplomatibus, quæ difficultate sequenti examinabimus. Interim tamen aduertimus Authorem in suo Apologetico, §. 5. num. 3. p. 82. olim voluisse omnes Eremitas Thusciæ, quos Innocentius vniuit, ante vnionem Regulam S. Benedicti obseruasse; modô aliter censet. Quid mirum, si homines fallamur? Mirum esset, si nunquam falleremur.

P Sect. 8. §. 1. num. 10. 11. 12. 13. pag. 301. & seq.

Q Sect. 8. §. 1. n. 13, p. 303.

Ad primum Respondeo, non esse incredibile Gregorium Octauũ, concessisse aliquod priuilegium Monasterio Aquauiuano. Qui enim electus Summus Pontifex die 21. Octobris ann. 1187. bellum, & Cruciatam indixit pro recuperatione terræ sanctæ litteris datis Ferrariæ die 29. Octobris eiusdem anni; quare credi non poterit, quôd aliquod priuilegium prædicto Monasterio contulerit? Sanè, nemo ab affectu liber incredibile iudicauit. Fateor tamen in-

ge-

genuè, vellem vt Coriolanus explicuisset vndè id hauserit. Adhuc verò huius Cœnobij antiquitas ex priuilegio Gregorij non dependet. Certum enim est illud ad Cõgregationem Eremitarum Augustinianorum Thusciæ anno 1251. spectauisse. In Capitulo enim generali huius fodalitatis eo anno Nonis Maij Indictione octaua, in Conuentu sancti Saluatoris de Cassina celebrato, primus ex quatuor Capituli Diffinitoribus fuit Fr. Ioannes Prior Aquæuiuæ. Constat ex instrumento authentico, quod in archiuo vrbis Senensis in filo scripturarum foranearum sub numer. 183. conseruatur. Et Prior Generalis Frater Bartholomæus die decimo octauo Iunij anno 1392. committit per decennium Lectori Fratri Dominico de Pisis gubernationem liberam, *in Conuentu sancti Iacobi de Aquauiua*, vt posset prouidere tam de capite, quàm de membris, vt constat ex illius Registro.


Ad secundum dicò, ex eo tantùm sequi, quòd qui referunt, malè retulerint; dum priuilegium vni Monasterio, & fortè quibusdam alijs ab eo dependentibus, concessũ, toti Ordini indultum affirmarunt. Hoc autem nec nuirum, nec insolitũm est. Sunt enim, & plures, qui priuilegia vni, vel alteri Conuentui Fratrum concessa, omni Conuentui Fratrum eiusdem Ordinis indulta existimantes, rem his obiectionibus aduersariorum exponunt. Ad do. Coriolanus de priuilegio Priori S. Iacobi de Aquauiua directo non affirmat fuisse vniuerso Ordini concessum, vt Autor, quia sic oportebat, imposuit. Hæc sunt eius verba: *Et concessit Fratribus dicti Ordinis authoritatem audiendi confessiones, &c.* Non dixit, *vniuersis Fratribus*, sed, *Fratribus dicti Ordinis*; & addendo priuilegium fuisse directum Priori Aquauiuano, limitauit ad Fratres dicti Ordinis in Conuentu Aquauiuano, & illius membris, si quæ fortè habebat, vitam agentibus. Sicut si Vrbanus VIII. Pontifex concederet Fratribus Conuentus Salmantini recitare de S. Liberato Abbate Monacho Africano, & priuilegium dirigeret Priori Salmanticensi, dicere quis posset; Vrbanus VIII. concessit Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini recitare de S. Liberato; & priuilegiũ directũ fuit Priori S. Petri Salmãticẽsis. Nõ enim affirmat id cõcessũ omnib' Fratrib', sed Fratrib' inde-

indefinitè ; ad veritatem autem propositionis indefinitæ non requiritur quod vniuersalis sit vera.

Ad tertium, fateor id esse discrimen inter prædictos Authores. Sed quid indè contra prædictum priuilegium? Crusenius rem ex Coriolano incautè accepit, vt & plura alia ex alijs. Coriolanus Diocesim Lucanam apposuit; id autem oriri potuit, ex typographi, aut Amanuensium vitio, vt & passim ex illo discrimina maiora contingunt; & in ipsa editione Coriolani, quæ valdè corrupta, & deprauata est, crassiores errores habentur.

Ad quartum dico duo. Primum est. Conuentus Aquauiuanus S. Iacobi, vt ex præcitatis Authoribus constat, ante Concilium Lateranense sub D. Augustini Regula militauit. Secundum est. Manifestum est apud probatos Authores, vt difficultate sequenti ostendemus, fuisse Eremitas Augustinianos in Thuscia ante Innocentium IIII. esseque, aut fuisse illorum memoriam in Regestis Pontificum, quamuis Author se in archiuo Vaticano nullum eorum vestigium inuenire potuisse testetur. Fortasse non legit omnia Regesta omnium Pontificum, singillatim ad quodlibet attendendo; & forsan aliquod ex antiquis Regestis perijt, vel deest archiuo Vaticano. Sed vt hæc clariora fiant, & Authoris obiectionibus satisfaciamus, de Eremitis Augustinianis in Thuscia ante Pontificatum Innocentij, ne Lectorem tædio longioris disputationis afficiamus, peculiarem difficultatem instituemus.

(†)





DIF-

DIFFICVLTAS II. DE EREMITIS Augustinianis Thusciæ ante Pontificatum Innocentij IIII.

R Sect. 8. §. 1. n. 13. p. 303.

MOrdicus contendit Author *R* ante Pontificatum Innocentij IIII. nullos fuisse Eremitas Augustinianos in Thuscia, vt indè deducat Monasterium Aquauiuanum, si ea tempora præcessit, sub Regula S. Benedicti, vel alterius, non verò sub D. Augustini Regula militasse. Id autem probat primò. Quia ante Innocentium IV. nullum extat vestigium Eremitarum S. Augustini in Thuscia apud probatos Authores. Secundò. Quia nec Author illud inuenire potuit in Regestis Pontificum in archiuo Vaticano. Tertiò. Quia constat Innocentium IV. vniuersos Thusciæ Eremitas partim vagos, partim Benedictinos, partim alterius instituti, sub S. Augustini Regulam counisse. Et si petas, vndè constet Authori tam certò nullos Eremitas Augustinianos ante vnionem ab Innocentio IIII. factam præcessisse? Respondet id constare; quia Innocentius IIII. in Bulla: *Incumbit nobis*, anno 1. Pontif. 17. Cal. Ianuarij iussit, vt vniuersi Eremitę Thusciæ, exceptis Guillelmitis, S. Augustini Regulam, & Ordinem assumerent. Et eodem anno 5. Cal. Aprilis in Bulla: *Cum à nobis*, commemorat se eandem Regulam illis dedisse obseruandam, & Richardum Cardinalem eius speciali mandato eos absoluisse à promissione, seu vinculo Ordinis S. Benedicti, vel cuiuscumque alterius. Et in Bulla: *Pia desideria*, 2. Calend. Aprilis, refert se dictam Regulam eis concessisse, eosque sub eadem Domino famulari, & diuinum officium secundũ Romanæ Ecclesiæ consuetudinem celebrare elegisse. Et ex Bulla: *Cum vos, & alij Eremitæ*, 7. Calend. Aprilis declarat Fratres de Murceto Pisanæ Diocesis non teneri ad obseruationem Regulæ S. Benedicti, quam in sua Eremo erant professi; *quia* (inquit) *ex mandato Sedis Apostolicæ non solùm illi, sed alij Eremitæ per Thusciam constituti Regulam S. Augustini duxerunt assumendam.* Ex quibus verbis liquet non solùm

lùm Murcetanos Monachos in Augustinianos abijsse; verùm, & reliquos Eremitas Thusciæ idē institutū subijsse. Et idem Pontifex an. 2. in Regesto ann. 2. num. 448. ad Generalem, & Fratres Eremitas Ordinis S. Augustini, narrat se dedisse vniuersis Eremitis Thusciæ Regulam S. Augustini. Et Alexander IIII. anno 1. Pontif. Idibus Iulij suis litteris inserit alias Innocentij IIII. directas Priori generali, & vniuersis Fratribus Eremitis de Thuscia Ordinis S. Augustini, in quibus ait se illis concessisse Regulam S. Augustini. *Ecce aperta Pontificum testimonia* (ait Author) *quæ omnes Thuscos Eremitas diuersam ab Augustiniana Regulam obseruasse confirmant.*

Mea in hac parte sententia tres continet propositiones principales. Prima est. Apud probatos Authores inueniuntur vestigia Eremitarum S. Augustini in Thuscia ante vnionem ab Innocentio IV. factam ann. 1243. vel 1244. Secunda est. Etiam in archiuo Vaticano in Regestis Pōtificum, & in eorum rescriptis inueniuntur vestigia Ordinis Eremitarum S. Augustini in Thuscia ante Pontificatum Innocentij IIII. Tertia est. Ex Bullis Innocentij IV. & Alexandri IV. adductis ab Authore non infertur nullos Eremitas Thusciæ fuisse Augustinianos ante vnionem Innocentij IV. Probemus singulas singillatim, vt clariùs procedamus; & ijs probatis retusa manebunt omnia Authoris fundamenta.





PRO-

PROPOSITIO I. APVD PROBAtos Authores inueniuntur vestigia Eremitarum sancti Augustini in Thuscia ante vnionem ab Innocentio IIII. factam anno 1243. vel 1244.

COnuincemus hanc veritatem grauissimorum Authorum, & instrumentorum testimonijs; Authoresq; omnes aduocabimus exteros domesticis prętermissis, exceptis Henrico, & Iordano, quos antiquitate, & vitę sanctimonia commendatos noluimus præterire. Vndè dicere poterimus cum Macrobio lib. 2. cap. 1. *Cum à veteribus dicta referimus, ipsorum Authorum dignitate defendimur.*

Primum testimonium est cuiusdam instrumenti authentici de anno 1201. cuius trasumptum nobis an. 1642. transmisit R. P. M. F. Ægidius Consonius de Mediolano, charissimus amicus noster, totius Augustiniani Ordinis Procurator generalis, & est tenoris sequentis.

Anno Domini 1201. Indictione quarta. Omnibus appareat euidenter præsentem paginam inspecturis quod 6. Cal. Septembris F. Dominicus Prior Prouincialis Senensis Ordinis S. Augustini fecit, creauit, constituit, & ordinauit Fr. Nicolaum Priorem loci S. Augustini de Senis, Fr. Iacobum Sub Priorē dicti loci, & Fr. Alamannum Senensem, in Syndicos Priores (fortè, Procuratores) actores, defensores, & Responsales legitimos, generales, & speciales, in quæstione, & super quæstione, quam habet, aa habere sperat cum D. Stephano, olim Monacho S. Anthimi, tam in agendo, quàm in defendendo, ad conquerendum, iudicem recusandum, committendum, & compromittendum, libellum dandum, & recipiendum, exceptiones proponendum, terminos petendum, litem contestandum, de calumniis iurandum, petitiones faciendum, & respondendum petitionibus partis aduersæ, negandum, & confitendum, testes, & alias possessiones inducendum

dum, ad recipiendum instrumenta, & alia ab aduersa parte, & ad testes reprobandum, & alias probationes, quas aduersa pars inducere contra vellet, & ad sententiã audiendum, & ad appellandũ & ad prosequendum causam appellationis, & ad omnia & singula gerendum, faciendum, & exequendum, quæ super prædictis, & circa ea viderint, & cognouerint expedire; & quæ verus & legitimus Syndicus & Procurator, & actor, seu defensor facere potest. Et promisit, & professus est ratum habere, atque tenere totum, & quidquid de prædictis, & circa ea fuerit gestum & factum, eisdem Syndicis generalem, & specialem administrationem in omnibus concedendo; & promisit etiam de rato soluendo. Actum Senis apud locum Eremitarum S. Augustini Ordinis, præsentibus Ranaldo Dieti sa'ui filio, q. Benciuenne; & M. Renaldo filio Ioannis, testibus ad hæc notatis (potiùs, vocatis) & rogatis.

Ego Ioannes Notarius, q. Guerescij supradictis omnibus interfui, & rogatus scripsi, & publicaui.

Sumptum ex originali existenti in publico Senarum Archiuio, & præcipuè in filo scripturarum foranearum sub custodia Domini custodis ipsius Archiui sub numer. 382. per me Marianum Fundium, Notarium in dicto Archiuo, hac die prima mensis Septembris anno Domini 1637. & insidem.

Alexander Rocchegianus Custos vidit.

Fabius Serardius I. V. D. Patritius Senensis Prothonotarius Apostolicus, & Illustrissimi, ac Reuerendissimi D. D. Senarũ Archiepiscopi Ascanij Picolominei de Aragona in spiritualibus ac temporalibus Vicarius generalis.

Vniuersis & singulis, &c. Salutem in Domino. Fidem facimus, & attestamur D. D. DD. q. Ioannem de prædictis rogatum, & D. Marianum Fundium, nec non D. Alexandrum Rochegianum, & desuperscribentes, & subscribentes, fuisse, & esse respectiuè Notarios publicos Senenses, & tales quales vt desuper se describunt; & scripturis eorumdem ita publicis semper tam in iudicio, quàm extra ad bibitam fuisse, & adhiberi ad præsens omnimodam fidem. In quorum, &c. Datis Senis in Curia Archiepiscopali die 1. Septembris 1637. Loco † Sigilli. Franciscus Beccius Notarius, Can. demandato.

Quid

Quid ad hæc Author poterit respondere? Dicet ne etiã hoc instrumentum esse confictum, & suppositititium? Facilis sanè modus respondendi; sed qui (ni fallor) viris pijs, doctis, & prudentibus placere non poterit.

Secundum testimonium est B. Henrici de Vrimaria Augustiniani, in Tractatu de origine Ordinis Eremitarum D. Augustini, edito anno 1334. vbi sic ait de Augustino. *Cum in Eremo Thusciæ multos Fratres Eremitas inuenisset sanctæ vitæ, demum applicauit ad locum nostrum, qui dicitur Centum cellis, qui fuit, vt dicitur, primus locus Conuentualis nostri Ordinis, &c.* Et Iordanus de Saxonia lib. 1. ca. 16. vbi sic ait. *Præfatus autem status Ordinis pro quanto videlicet ad modũ lapidis angularis vtcumque complectitur, conformis est, quodam modo illi modo viuendi, quo olim viuebant Fratres, qui habitabant in Eremo de Centum cellis in Romanis partibus; vbi adhuc manere dicitur Monasterium ex antiquioribus, quæ sunt de Italia, vbi (vt fertur) erat duplex viuendi modus, & fuit vsq; ad tempora Gregorij Papæ Quarti.*

Tertium testimonium est B. Iordani de Saxonia in libro Vitas Fratrum S edito circa annum 1360. vbi agens de dispersione Eremitarum Augustiniensium post D. P. Augustini mortem sic habet: *Quorum quidam deuenere in Thusciam, quia fortè B. Augustinus in transitu suo de Mediolano in Africam aliquos inde assumpserat. Et si ex illis fortè illo tempore non aliquis fuisset super, eorum tamen posteri per eos edocti poterant de Thuscia boni aliquid audiuisse; videlicet quomodo ibi essent Fratres aliqui eiusdem propositi per Augustinum etiã instructi, & similia. Sicque illuc venientes non nulli eorũ in cellis solitariè, alij in Cœnobijs Eremiticis se receperunt seruientes Domino, sicut cuique Dominus inspirauit. Et sic illa sancta communio per B. Augustinum instituta, & per eum semper, vt dictum est, obseruata, non omninò dirupta fuit, nec abolita, sed in aliquibus bonis patribus extitit conseruata, donec nouissimis temporibus illam dispersionem Deus dignatus est congregare, sicut olim dispersiones Hierosolymis congregauit, &c.* Hæc Iordani verba; sed suppresso nomine Authoris ad verbum transtulit S. Antoninus, T neque improbauit vt alia, quæ illi displicuerunt; neque negauit fuisse olim

S *lib.* 1. *c.* 14. *p.* 29.

T 3. *p. tit.* 24. §. 3. *fol.* 211. *p.* 2.

olim Eremitas; qui viuerent secundum Regulam Augusti ni, sed tantùm eos fuisse illius Ordinis, & modi vitæ, cuius nunc sunt, qui dicuntur Eremitani. Vndè, vbi supra in principio capitis, sic ait: *Quod B. Benedictus, & eius Religio secundum Regulam eius fuerit post Augustinum, certum est. Vndè, & Canonici Regulares, qui profitentur Regulam Augustini, vtique fuerunt ante Monachos Benedictinos; & etiam aliqui Eremitæ viuentes Religiosè in locis solitarijs potuerunt esse, qui viuerent secundum Regulam Augustini; & fortè illi, ad quos sermones editi dicuntur ad Eremitas. Sed non erant illi propriè loquendo, illius Ordinis, & modi vitæ, cuius nunc sunt, qui dicuntur Eremitani, & habitant in ciuitatibus, villis, & Castris. Similiter, etsi fuerunt aliqui ante Ordines Mendicantes, qui viuerent in Eremis secundum Regulam Augustini, non tamen erant talis Ordinis, nec habebant vnum caput, nec illas ordinationes, quas habent Eremitani nunc. Vndè potest dici, quod qui dicuntur Eremitani nunc, non fuerint ante Mendicantes, sed postea, vt patebit infra.*

Quartum testimonium est Martini V. Summi Pontificis in sermone ad Fratres Augustinianos de Translatione S. Monicæ Romam, quę contigit anno 1430. Vbi sic ait Pontifex: *Quo medio tempore Augustinum ferunt sanctorum hominum consilia quæsiuisse; quorum præcipuè in Thuscia multi fuisse Conuentus dicuntur, hodieque apparent apud posteros illorum colloquiorum vestigia. In his vos adhuc frequentibus consortijs habitatis. Ac nos, cum ex Florentia Romam venimus, quadam vidimus in agro Senensi; nec sine magna huius recordationis voluptate per Fratres illos transiuimus, tanquam adhuc vetusti issimarum cellularum, ac speluncarum vestigia spectaremus.*

Vltimum testimonium desumitur ex Authoribus, qui Vitam B. Ambrosij Sansedonij Senensis conscripserunt. Cum enim hic beatus 16. Cal. Maij anno 1220. natus fuerit, & anno 1237. ætatis suæ 17. habitum illustrissimi Ordinis Prædicatorum assumpserit, dum referunt tentationem dæmonis, qui sub specie fœminæ Ambrosio apparuit ante susceptum habitum, atque adeò anno 1236. vel 1237. testantur iam tunc Monasterium Ili-

cetanum, de quo infra Difficultate tertia specialiter agemus, sub Regula D. Augustini militare. Sebastianus Flaminius Forocorneliensis, Artium professor, in vita prædicti Ambrosij, apud Leandrum Albertum de viris illustribus Ordinis S. Dominici V editionis Bononiensis anni 1515. sic ait. *Locus est ab vrbe Senarum tribus distans milliaribus D. Augustini Ordine inhabitatus, quem petens Ambrosius syluis vndique circumdatum, vocem percipit lugubrem, &c.* Syluanus Razzi, in Cathalogo Sanctorum Ethruriæ, in vita huius Beati, desumpta ex Seraphino Razzi in libro de SS. & B. B. Ordinis Dominicani, sic ait: X *Alia vice dum iret ad quoddam Monasterium S. Augustini ad tria milliaria extra vrbem* (scilicet, Senensem) *& quosdã lucos transgrederetur, &c.* Fernandus del Castillo in historia S. Dominici, edita Matriti ann. 1584. apud Franciscum Sanchez, de eodem beato agens sic inquit: Y *Ad tria milliaria ab vrbe Mediolanensi.* (Est error prœli; dic, Senensi) *extat Monasterium Ordinis S. Augustini, ad quod ob deuotionem suam Ambrosius die quadam ibat, &c.* Denique Iulius Sansedonius, Episcopus Grossetanus in vita huius S. Ambrosij, edita Romæ anno 1611. per Iacobum Mascardum sic habet: Z *Inter alia loca solitaria, & deuota, quæ Ambrosius solebat inuisere ad suam spiritualem recreationẽ, erat Monasterium Patrum Eremitarum S. Augustini, à Senis ad tria milliaria, dissitum, Ilicetum nuncupatum; locus inter lucos positus, & remotus, & ad spiritualia exercitia aptus, & à bonis, & feruentibus Religiosis habitatus.* Et in fine capitis, A cum enarrasset casum qui Ambrosio contigit, dum ad prædictum Cœnobium pergeret, hæc adiecit. *Huius euentus, tanquam rei memoria dignæ, ab illis bonis Religiosis fidele, & diligens instrumentum est confectum, quod se vidisse & legisse ipsi Compilatores testantur.* Fuere hi Compilatores quatuor Theologi, nempè, vt prædictus Iulius refert, B Fr. Gilbertus Alexandrinus, Magister Recuperus de Petramala Aretinus, Magister Aldobrandinus de Paparonibus, M. Odoardus de Bisdominis; Senenses; qui circa annum 1287. ex præcepto Honorij IIII. vitam B. Ambrosij Sansedonij compilarunt.

V lib. 5 fol. 254 pag. 2.

X p. 340

Y to. 1. lib. 3. c. 51. pag. 496.

Z lib. 1 c. 5. pa. 24.

A p. 28.

B lib. 1. c. 1. pa. 3.

Iu-

Iudicet nunc Lector, an sit apud probatos Auhores aliquod vestigium Eremitarũ Augustinianorum in Thuscia ante vnionem ab Innocentio IIII. factam an. 1243. vel 1244.

PROPOSITIO II. ETIAM IN ARchiuo Vaticano in Regestis Pontificum, & in eorum rescriptis inueniuntur vestigia Ordinis Eremitarum S. Augustini in Thuscia ante Pontificatum Innocentij IIII.

HAnc etiam veritatem satis apertis testimonijs conuincemus, quæ negare nõ poterit, nisi qui affectu præoccupatus statuerit in corde à semel incæpta via non declinare.

Primum testimonium ex Regesto Vaticano, siue ex rescriptis Pontificum, desumitur ex Bulla Innocentij III. in qua confirmauit anno 1198. locum nostrum S. Antonij in Ardigneta, aliàs Ardinghesca, qui nunc Vallis aspera appellatur, in maritimis Senarum, & à Fratribus Cõgregationis Ilicetanæ possidetur. At Innocentium III. priuilegio Pontificio confirmasse hoc Cœnobium (omissis plurium aliorum domesticorum Authorum testimonijs, quorum in Responsione pacifica Resp. 5. num. 231. pag. 235. meminimus) constat. Primò, ex B. Iordano de Saxonia in Vitas Fratrum edito circa an. 1360. vbi sic ait: C *Hic ergo Innocẽtius Papa III. fuit primus Summus Pontifex, à quo ordo habuit aliquod priuilegium scriptum, quantum ego potui indagare. Confirmauit namq; locum nostrum S. Antonij in Ardigneta, qui est in prouincia Senensi, cuius priuilegij formam vidi.* Hæc Iordanus, cuius verba transcripsit S. Antoninus D circa annum 1450. nec improbauit. Clib. 1. c. 14. p. 30. D 3. p. tit. 24. c. 14. §. 3. fo. 221.

Constat secundò ex Ambrosio Coriolano circa ann. 1480.

E *Veritate 6. §. ad 6. negatur*

1480. qui in Apologia, *E* agés de loco S. Antonij apud lacum Ambrosianum, qui idē est cum Cœnobio S. Antonij in Ardigneta, sic ait: *De quo Vener. M. Iordanus de Saxonia dixit se vidisse confirmationem Innocentij III. &c.* Et in Chronica Augustiniana

F *pa. 9.*

sic inquit; *F In Registro Pontificum, & actis Concilij annotari hunc Ordinem sacratissimum fecit, & multas ei contulit gratias, & collatas confirmauit. Inter alia confirmauit locum S. Antonij apud lacum Ambrosianum propè Senas, sicut ego Bullam vidi, & totū ipsū Ordinē in protectionem Sedis Apostolicæ suscepit.*

Constat tertiò ex Hieronymo Roman, G cuius hæc

G *Cent. 9. f. 45. pag. 2.*

sunt verba: *Confirmat* (loquitur de Innocentio III.) *Religionem pluribus Bullis. Conuentui enim S. Ambrosij propè lacum Ambrosianū in Diœcesi Senensi direxit Breue, in quo confirmat priuilegia suorum prædecessorum; & idem præstitit Conuentui Lucensi in Italia. Ambrosius Coriolanus ait se vidisse hoc priuilegium, & id magnifecerunt plures ex Fratribus nostri Ordinis, qui hæc in lucem edere curarunt. Nos illud sine magna difficultate vidimus Veronæ, & habebat pro signo hæc verba Psalmi. Fac mecum signum in bonum.* Habemus & nos, vt retulimus in Responsione pacifica, *H* relationem M.SS. rerum Cœnobij Ilicetani, quæ affirmat hoc priuilegium esse Registratum in

H *Resp. 5. num. 431. p. 235.*

Archiuo Conuentus Ilicitani, & incipere: *Solet annuere Sedes Apostolica;* & finire, *anno 1198.* Vnde, licet id minùs clarum sit nobis, suspicari possumus de hoc ipso priuilegio loqui Bergomensem in Supplemento lib. 12. anno 1198. fol. 231. vbi sic ait: *Innocentius III. primùm Ordinem nostrum D. Augustini Eremiticum sua sub tutela Apostolica suscepit, sicut patet ex eius Indulto, quod incipit, Solet annuere.*

Fauet etiam his testimonium B. Henrici de Vrimaria an. 1334. in Tractatu de origine Ordinis Eremitarum S. Augustini, vbi Veritate 6. sic ait: *Per Innocentium III. idem ordo registratur, & eis Regula Augustini confirmatur; & Ordo Fratrum Eremitarum S. Augustini nuncupatur. Et hoc anno Domini M. CC. XXV.* (*error est scribentis, debet dicere, M. CC. XV.*)

Prædicti priuilegij Cœnobij S. Antonij in Ardigneta meminere Renatus Chopinus in suo Monastico, *I* sic inquiens; *Queis* (scilicet Eremitis Augustinianis) *Innocentius*

tius III. collato priuilegio gratificari cæpit. Et in margine sic notauit. *Innocentius III. confirmauit locum S. Antonij in Ardigneta prouinciæ Senẽsis Italorum, cuius formam priuilegij vidisse se ait D. Antoninus.* At in hoc decipitur Renatus, quia Antoninus non testatur se vidisse formam priuilegij; sed transcribit verba Iordani id asserentis. Et Franciscus Suarez, K idem etiam tribuens Antonino, continuationem Ordinis Eremitarum S. Augustini inter alia sic colligit. *Refert etiam Antoninus supra, Innocentium III. dedisse Fratribus S. Augustini priuilegium scriptum, confirmando in fauorem illorum locum quendam S. Antonij in prouincia Senensi. Vnde constat iam tunc etiam fuisse in Italia hunc Ordinem.* Et infra: L *In hac autem multitudine Eremitarum verisimilius est multos fuisse sub hoc nomine Eremitarum S. Augustini; nam coniectura supra facta id ostendunt; & in multis Prouincijs & Regnis reperiuntur antiqua Monasteria illius appellationis; & nominis, & scripturæ etiam antiquæ, quæ talium Monasteriorum mentionem faciunt.* Et sinè de hoc priuilegio Innocentij III. quod B. Iordanus de Saxonia, Ambrosius Coriolanus, & Hieronymus Roman, circa annos 1360. 1480. & 1569. se vidisse clarè & expressè testantur, dubitare, non caret ingenti temeritate. Stat in ore duorũ, vel trium omne verbum. Et in horum trium ore non stabit verbum? Quis, nisi valdè temerè, credet hos tres viros in sua testificatione mentiri?

K to. 4. de Relig lib. 2. c. 9. nu. 2. p. 372.

L n. 9. p. 372.

Sed nihilominus Author, horum Authorum tanquam testium oculatorum expressa testificatione non obstante, priuilegium hoc Innocentij III. valdè suspectũ reputat. Id autem contendit suadere, primò. Quia primus id obtrudit Iordanus, secuti sunt alij, qui addunt alias concessiones Pontificales, quæ omnem Iordani solertiam subterfugerunt; & Inocentium prædictũ Cœnobiũ pluribus Bullis cõfirmasse pulchro incremento testantur. Secundò. Quia vltra tot incrementa, additamẽta, & cõtradictiones testiũ, ille finis, sub quo refero illud priuilegiũ in Archiue Cœnobij Hicetani esse registratũ, principium, & processum omnem euertit. *Vbi enim aliquãdo in Bullis Pontificum ante tempus Martini V.* (ait Author) *vidisti apponi ad Kalendas, vel computum dierũ, annos Christi, sed annos Pontifica-*

ficatus. Tertiò. Quia Breue, non Bullam vocat Roman; & tamē in fine ait subscriptum illud signum. *Fac me cum signum in bonum*. Vbi quęso aliquando vidit ille huiusmodi tenorem Breuium. Nō Breui, sed Bullæ hæc signorum verba in Pontificijs nominis orbē adducuntur. Quartò. Quia Author omnia Innocentiani Regesti volumina diligentissimè percurrit, & neq; istud, quod solum potuit inuenire Iordanus, priuilegiū; neque vllā ex pluribus Bullis, quas Compēdium Augustinianum, & Romanus Innocentium largitum fuisse referunt, nec verbum vllum de Ordine Eremitico Augustini potuit reperire.

Mirum sanè est, virum tam doctū, tam Religiosum, tam grauem futilibus his scrupulis moueri, (Si mouetur, vt indicat.) vt notam imposturæ & falsitatis obijciat B. Iordano de Saxonia, Ambrosio Coriolano, & Hieronymo Romā tam diuersis temporibus expressè testātibus, se prędictas Innocentij III. litteras vidisse; & velit etiam in Archiuo Cœnobij Ilicetani prędictum priuilegium fallaciter, & mendaciter fuisse Registratum. Fortasse fallor. At, vt existimo, nullus erit, nisi affectu cæcus, qui non videat suspiciones has esse voluntarias, & nullo fundamento probabilitatis inniti. Id ostendemus clarè obiectiones ab Authore oppositas retundendo.

Ad primum dico plura. Primum est. Iordanus tantùm asserit Innocentiū III. fuisse primum Summum Pōtificem, à quo habuit ordo aliquod priuilegium scriptum, quantum ipse potuit indagare: *Confirmauit namque* (ait Iordanus) M *locum nostrum S. Antonij in Ardigneta, cuius priuilegij formam vidi*. Non tamen negat Iordanus Innocentium III. alia loca confirmasse, quorum priuilegia ipse non vidit. Neque negat alios Pontifices ante Innocentium III. Ordini Eremitarum sancti Augustini aliqua priuilegia concessisse. Quin immò sic habet vbi supra. N *Denique ab illa dispersione multi fluxerant anni vsque ad tempora Innocentij Papæ III. qui fuit primus Papa, quem circa Ordinem istum aliquid speciale fecisse legi. Quanquam verisimile sit quòd ante eum plures Romani Pontifices ipsum Ordinem fuerint congruis fauoribus prosecuti. Licet propter temporis antiquitatem, & Fratrum sanctam simplicitatem*

M lib. 1. c. 14. p. 30.

N p. 2.

tem, nihil à nobis de hoc scriptum inueniatur. Nam antiquitus sancti Patres de priuilegijs, & gratijs scriptis seminimè occupabant. Hæc Iordanus. Non ergo contradicunt Iordano alij Authores Augustiniani, qui de alijs priuilegijs, ab Innocentio III. vel ab eius prædecessoribus concessis mentionem fecerunt. Neque enim testes dicuntur contrarij ex eo, quôd vnus plus altero deponat, vt decisũ est in vna Ciuitatis Castelli de ann. 1612.apud Farinacium in nouis p. 2.decis. 371.num.2.pag. 362. Et licet vnus testis deponat se aliqua non audiuisse, non sequitur quôd alij non potuerint audire; vt decisum est in vna Vicen.de an. 1611.apud Farinaciũ vbi supra decis. 323. num.3.pag.309. Et quamuis videretur esse aliqua contrarietas, deberet conciliari. At in præsenti nulla est. Vndè dicere possumus, vt deciditur in vna Sabinen. de anno 1610. apud Farinacium ibidem decis. 321. num.4.pag. 307. *Visum fuit Dominis contrarietates oppositas, vel non subsistere, vel facilè conciliari posse, & debere, cum & testium dicta non sint cauillanda, sed iuuanda, &c. & sint semper intelligenda, vt non sint sibi contraria.*

Secundum est. Licet Iordanus sit primus, qui se hoc priuilegium vidisse testatur, tamen alij Authores, qui eius priuilegij meminerunt, diuersimodè se habent. Quidam enim referunt hoc priuilegium à Iordano, vel à Coriolano, vel ab vtroque visum; alij verô, vt Coriolanus, & Romanus, testantur se illud vidisse. Incredibile autem est B. Iordanum, Coriolanum, & Romanum mendaciter asseruisse se vidisse priuilegium, quod nec viderant, nec extabat, vt videre potuissent. Et sanè, tam deponentes de visu priuilegij, quam de auditu, repelli non debēt. Quia testes deponentes de fama; vel auditu admittuntur in antiquis; vt decisum est in vna Tudensi de anno 1611.apud Farinacium in nouis,p.2.O Et qui deponũt de visu, cum deponant de facto proprio, faciunt singuli plusquam semiplenam probationem; vt decisum est in vna Placentina, seu Compostellana, vbi supra. P

O decis. 360. n. 4. pag. 351.

Ad secundam obiectionem plura etiam Respondeo. Primum est. Mirandum valdè est viros doctos tam fidenter loqui, & tam turpiter labi. Si enim Author primum

P decis. 252. n. 2. pag. 245.

tomum Bullarij videre voluisset, nō lapsus esset in tam manifestum errorem. Secundum est. Bullæ Pontificum sunt in triplici differentia. In primis, subscribunt Cardinales; & in his semper apponitur (in quantum potui indagare) etiam annus Christi. In secundis, apponitur in fine, *per manum, &c.* Et in his ferè semper apponitur etiam annus Christi. In tertijs, neq; subscribunt Cardinales, neque apponitur in fine, *per manum &c.* Et admittimus priuilegium, de quo agimus, esse ex hoc tertio genere Bullarum. In his, licet communiùs, & frequentiùs apponatur tantùm annus Pontificatus; tamen non rarò apponitur etiam annus Christi; non solùm à tempore Martini V. sed etiam ante Innocentium III. & ab eius tempore, & deinceps. Gregorius VII. electus anno 1073. sic habet tomo 1. Bullarij Laertij Cherubini, const. 1. Q *Dat. anno ab Incarnatione Domini* 1075. *Indict.* 14. Calixtus II. cōst. 1. R *data ann.* 1122. *nono Cal. Octobris.* Anastasius IIII. const. 1. S *Dat. Pontificatus anno secundò,* 1154. Alexan. III. const. 2. T *Dat. Anagniæ* 15. *Cal. Februarij* 1164. Cœlestinus III. const. 1. V *Dat. Lateran.* 4. *nonas Martij* 1192. *Pontificatus nostri anno primo.* Innocentius III. (de cuius priuilegio præsens agitur controuersia) const. 1. X in Regula Fratrū sanctissimæ Trinitatis, sic habet: *Datis laterani* 16. *Cal. Ianuarij Incarnationis Dominicæ* 1198. *Pontificatus nostri an. primo.* Ecce idem Pontifex Innocentius III. & eodem anno 1198. finit hoc priuilegium eodem modo, atque finitur priuilegium Cœnobij S. Antonij in Ardigneta, addendo ad Kalendas, vel computū dierum, annos Christi. Et Innocentius IIII. const. 6. T pro Eremitis illustrissimi Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo; *Dat. Lugduni Cal. Septembris an. Domini* 1248. & Honorius IIII. const. 1. Z *Datis Romæ apud S. Sabinā* 5. *Idus Martij, Pontif. nostri anno* 1. *sub anno Dominicæ Incarnationis* 1285. Videat nunc Author an eodem modo interroget: *Vbi aliquando in Bullis Pontificum ante tempus Martini V. vidisti apponere ad Kalendas, vel computū dierum, annos Christi, sed annos Pōtificatus.* Si enim id modo interrogauerit, facilè Respōdebo id vidisse locis citatis ex to. 1. Bullarij Cherubini. A Ide D. Fr. Ambrosius Machin, Ordinis B. Mariæ de Mercede, Archiepiscopus

Q *tom.* 1. *p.* 12.
R *p.* 17.
S *p.* 22.
T *p.* 24.
V *p.* 31.
X *p.* 35.
Y *p.* 67.
Z *pag.* 125.

Caralitanus, lib. 2. de Primatu Sedis Caralitanæ, cap. 8. pag. 51. adducit priuilegium Victoris Papæ III. Sub Dat. Benauenti 4. Calen. Septembris 1087. quod repertum fuit in Archiuo Curiæ Primatialis Calaritanæ; & approbatur ab Auditoribus sacræ Rotæ in vna Caralitana Primatus die 10. Decembris 1638. quam transcripsit idem Archiepiscopus vbi supra, pag. 244. & in alia die 27. Aprilis 1640. pag. 246.

Ad tertiam obiectionem respondeo præfatum priuilegium à Romano appellari Breue, non Bullam, & verba signorum non Breuibus, sed Bullis adijci. Tamen quis inferre potest supposititiā esse Bullam, quam se vidisse testatur Iordanus, quia Romanus illam vocauit Breue, vel ignorans discrimen inter Bullas, & Breuia; vel vtens vulgari modo loquendi, quo præcipuè in Hispania (licet impropriè) omnia rescripta Pontificia modò appellantur Bullæ, modò Breuia. Quod & fortasse nobis aliquando accidit, licet nouerimus discrimen inter Bullam, & Breue. Sanè vt arbitror, neque Author putat indè sequi; sed conquirit hinc inde siquid inueniat, quod tam manifestô testimonio possit opponere. Quis enim non videat indè tantum sequi Romanum impropriè appellasse Breue, quod erat Bulla Pontificia; in quē etiam errorem lapsus est, Laurentius de Empoli in Bullario Augustiniano; *A* vbi de eodem priuilegio Innocentij Tertij, licet diu versatus in Curia Romana, sic ait: *Bergomensis in supplemento Chronic. ad ann.* 1198. *citat Breue huius Pōtificis, quod incipit*, Solet annuere, *in quo Ordinem recipit sub tutela Apostolica.* *A Pag. 391.*

Ad quartam obiectionem Respondeo duo. Primum est. Admittimus gratis Authorem omnia Innocentiani Regesti volumina, quæ inuenit, diligentissimè percurrisse; & nec verbum de Ordine Eremitico Augustiniano potuisse reperire. Quis tamen reuelauit Authori, nullum Innocentiani Regesti volumen perijsse, vel nullum latere quod ipse non percurrerit? Secundum est. Credere non possumus modô extare omnia Regesta Innocentij III. vel ea omnia fuisse diligentissimè ab Authore percursa, cum mordicus asserat in Regestis Innocentij III. nec verbum de Augustiniano Ordine repertisse;

se, sicut neque reperit in Regesto Honorij Tertij, vel sagaci silentio prætermisit. Et tamen constat inter Authores etiam præter eos, quos supra citauimus, ab his duobus Summis Pontificibus Ordinem Eremitarum S. Augustini fuisse priuilegijs stabilitum. Sed referamus aliquos, quos maiori ex parte in Responsione pacifica. Resp. 5. num. 265. pag. 245. & seqq. allegauimus, cum alijs quibusdam, quos omittimus, illuc Lectorem remittentes.

De Innocentio Tertio, id inter alios affirmant, Ioannes Nauclerus circa annum
Anno. 1500. 1500. volumine 2. Gener. 41. sub anno 1215. Arthmanus Schedel, in libro sex ętatum mundi, edito an. 1493.
Anno. 1453. fol. 206. vbi Philippi Bergomensis ipsissima verba transcripsit. Ioannes, in Vita Innocentij Tertij, citatus à Marquez pagin. 352. circa
Anno. 1530. annum 1530. Michael Buchingerus in noua Ecclesiastica Historia, edita Mo-
Anno. 1560. guntiæ ann. 1560. vbi sic inquit: *Sub Innocentio III. eiusdem auspicijs alij quoque instituti sunt Ordines, vti Fratres S. Augustini Eremitæ, &c. Quorum Ordines sub hoc Romano Pontifice, aut à nouo instituti, aut in melius restituti sunt.* Horatius Tursellinus, Iesuita, in Epitome Historiarum, edito Romæ anno 1625. lib. 8. pag. 307. Anno. 1625.
ibi: *Multæ Religiosorum hominum familiæ, illo Pontifice institutæ, restitutæve, almæ Trinitatis, seu Redemptionis Captiuorum, Cruciferorum, Eremitarum S. Augustini, Carmelitarumque.* Seuerinus Binius 2. p. tom. 3. Conciliorum, B sub Hono- B pag. 1502.
rio Tertio, agens de Ordinibus Carmelitarum, & Eremitarum S. Augustini, quos tempore Innocentij Tertij, ex Africa erupisse tradiderat, hæc adiecit: *Non quòd illi celeberrimi Ordines demum huius Pontificis ætate initia acceperint, sed quòd ex obscuris Asiæ & Africæ latebris erumpentes magis innotuerint &c.* Gilbertus Genebrardus, lib. 4. Chronologiæ, pag. 636. sub an. 1198. agens de Innocentio Tertio, sic ait: *Exorti sunt multi Ordines Religiosorum, siue Monachorum, &c. Ordo Eremitarum S. Augustini, &c.*

Sed clariùs id cõstat. Primò. Quia recordamur liquidò, & memoria retinemus, legisse nos Romæ in tomo quodam MS. quem E. Card. Ludouisius cõmodauerat E. D. D. meo Card. Spinolæ, Archie. Cõpostellano, nũc electo

His-

Hispalensi; indicem priuilegiorum; quorum diplomata extant in Castro Romano S. Angeli; & in eo annotari priuilegium Monasterio S. Augustini Montis Alti ab Innocentio III. concessum anno 7. Pontificatus. Secundò, quia in cap. *Insinuante*, lib. 4. Decretalium, titulo: *Qui Clerici, vel vouentes matrimonium contrahere possint*. Et est const. 12. & habetur lib. 2. pag. 527. inter epist. anni 2. Pontificatus, sub Dat. Laterani Cal. Decembris; refert Pontifex nobilem quandam mulierem, *in manibus cuiusdam de Fratribus S. Augustini*, castitatis votum emisisse.

Sed addamus modo clarissimum testimonium de anno 1210. ex Regesto Innocentij III. quod Doctor Franciscus Boscheti nouiter luci dedit, & in indice Alphabetico sic ait: *Monasteriũ Fõtis Giardi, in Diœcesi Cenomanensi, quo pacto ab Eremitis Ordinis D. Augustini, ad Regulam D. Benedicti sub Abbate, & Conuentu maioris Monasterij Turonensis transierit, lib. 2. Regest. 14. epist. 83. pag. 233.* Ibi transcripsit Bullam statim à nobis subijciendam; & lib. 2. pag. 128. de eadem Bulla sic ait: *Hi Anacoretæ Ordinis S. Augustini fuerunt, non quidem Canonici Regulares, sed ex his, quos Eremitas vocant.* Sed Innocentij III. litteras ad litteram transcribamus.

Hugoni Abbati, & Conuentui maioris Monasterij Turonensis.

Causam, quæ inter dilectos filios Eremitas Fontis Giardi ex parte vna, & vos, & Iuelum de Maduana Patronum Fontis Giardi Cenomanensis Diœcesis super eodem loco ex altera vertebatur; dilect. fil. Abbati de Chalocheio, G. Archidiac. & B. Magistro Scholarum Andegauen. olim duximus committendam. Partibus in ipsorum præsentia constitutis, ipsius Fontis Giardi Fratres eiusdem Diœcesis coram eis exponere procurarunt, quòd cum ab institutione ipsius domus secundum B. Augustini Regulam conuersantes vixissent ibidem, vita & habitu in Ordine Regularis, ven. F. N. H. Cenomanensis Episcopus vos introduxit pro suæ voluntatis arbitrio in eandem, quibusdam ex ipsis Fratribus per violentiam consentire compulsis, & alijs per simoniacas & illicitas pactiones a vobis inductis, vt Ordinem susciperent Monachalem nonnullis de ipso collegio reclamantibus; propter quod petebant se ac domum suam in statum

tum pristinum auboritate Apostolica reformari. Ad quæ à parte vestra è conuerso respõsum fuit; quòd cum olim præmissa domus, tam in temporalibus, quam in spiritualibus, ob vitam & conuersionem in eadem habitantium inhonestam ferè ad nihilum deuenisset, iam dictus Episcopus, eiusdem domus consentientibus Fratribus, vos ibidem statuit in humilitatis spiritu Domino seruituros; domum ipsam assignans vobis cum suis pertinentijs vniuersis. Sed his postmodum coram ipsis iudicibus propositis; seriatim de causa mutationis illius, & an Fratres Fontis Giardi consensissent spontanei, vel inuiti; nec non & de alijs circunstantijs, ex parte ipsorum Fratrum extiterunt producti testes in præsentia eorundem. Quorum tādem attestationibus publicatis, quia eisdem iudicibus arduum negotium, & ad expediendum per ipsos difficillimum quodammodo videbatur, sicut eorum transmissæ nobis litteræ continebant; causam ipsam cum attestationibus, actis, & instrumentis, ad nos dicti iudices transmisserunt. Cumque demum dilecti filij Gaufridus, & Gualterus, Monachi vestri, & I. Fratrum de Linceio, Procuratores, propter hoc se nostro cōspectui præsentassent, dilectum filium L. Capellanum nostrum eis concessimus Auditorem. Coram quo prædicti Procuratores vestri proponere procurarunt, quòd is, qui ex parte dictorum Eremitarum, vnà cum Priore de Linceio, se sibi contrarium opponebat, non erat idoneus procurator, cum esset à Fratribus de Linceio tantùm constitutus, in lite, quæ à prædictis Fratribus Fontis Giardi fuerat contestata, licet illorum nullum posset exhibere mandatum. Nam quanquam locus ille, Linceius videlicet, Fontis Giardi tanquam capiti sit subiectus, & de ipso commissionis littera, quia tamen actum extitit super capite, atque membris, procurator membri non poterat agere pro capite, vbi lis per caput extiterat contestata. Nihilominus hac salua exceptione; ijdem procuratores adijcientes nihil horum fuisse probatum de his, quæ fuerant in litteris commissionis expressa; quia cum super hoc essent litteræ impetratæ, quòd præfati Fratres Fontis Giardi fuerunt, vt dicebant, violenter eiecti; lis extitit super alijs prorsus coram ipsis iudicibus, quàm super eiectione ac violentia contestata; & testes etiam omninò de alijs deponebant. Procurator verò à vobis concessus

sus ad causam coram sæpedictis iudicibus peragendam, in his videbatur tantummodo institutus, quæ in litteris fuerunt commissionis expressa. Unde si super alijs extitit cōtestata, non potuit illorum iudicum iurisdictio prorogari. Et propter hoc id firmiter asserebat, iudices ipsos minus ordinatè in eodem negotio, ac perperā processisse. Quare vos ab ipsis iudicibus ad nostram audientiam postmodum appellastis, licet testes, qui fuerant ab aduersa parte producti, tam super metu, quàm illicita pactione deponere videbantur, essent in sua testimonio singulares. Proinde, cum nihil esset de alterius intentione probatum, & ex litteris bonæ memoriæ Vuillelmi Cenomanensis Episcopi manifestè constaret, confirmationibus quoque felicis recordationis Eugenij & Alexandri prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum postmodum subsecutis, sæpefatum locum cum pertinentijs suis, de consensu Fratrum habitantium in eodem, Monasterio vestro fuisse collatum; & præmissus R. (potius, H.) Cenomanensis Episcopus, modernis temporibus, pro eo quòd loci eiusdem Fratres vitæ ac conuersationis extiterant dissolutæ, duorum confirmationibus Metropolitanorū obtentis, eundem locum de consensu Fratrum vestro monasterio concessisset; prædicti procuratores vestri a nobis postulabant instanter, ut sæpefatis Fontis Giardi Fratribus perpetuum silentium imponere dignaremur. Ad hæc autem pars aduersa respondit, quòd prædictus procurator Fratrum de Lincesio satis erat idoneus ad agendum, cum rescriptum illud, tam nomine ipsorum de Lincesio, quàm Fontis Giardi Fratrum fuisset communiter impetratum; præsertim cum assererentur domus eædem unū corpus, & causa inter eos proponeretur communis; allegantes illud firmiter nō obstare, quod à parte vestra extitit obiectū, procuratorem dictum, a vobis videlicet constitutum, non potuisse litem super alijs contestari, quæ non fuerant in litteris commissionis annexa; nec iudices etiam partes suas imponere potuisse, cum ad ipsos nequiuerit iurisdictio prorogari. Nam cum lis per principales personas contestata fuerit, sicut in relatione iudicum conspicitur contineri, nec in litis contestatione, nec post publicationem testium id extitisse obiectum; nec quod per procuratorem eundem factum fuerat, à vobis protinus contradictum; huiusmodi obiectio debebat friuola reputari. Demum autem ex parte prædictorum

Fra-

Fratrum Fontis Giardi, in modum exceptionis extitit allegatum, quòd littera praemissa Canom. Epis. erant falsa, pro eo scilicet, quòd sigillum eius erat positum ex trāsuerso; petens ad id probandum iudices sibi dari. Quam exceptionem, quia frustratoria videbatur, nullatenus duximus admittendam.

Nos igitur intellectis his & alijs per prędictū Cappellanū, quae à partibus proposita fuerāt corā eo; & habito cū Fratribus nostris diligēti tractatu; vos, & Monasteriū vestrū ab impetitione praemissorum Fratrum Fontis Giardi prorsus absoluimus in perpetuū, ipsis super hoc silentiū imponentes; donationem verò bo. me. Guillelmi Canom. Epis. à fel. rec. Eugenio & Alexādro nostris praedecessoribus confirmatam, nec non & concessionē, quā praedictus H. Canom. Episcop. cū assensu Fratrum, & I. patroni Fontis Giardi, confirmatam postmodum à G. quondam Turon. Archiep. & I. successore ipsius, ratam habentes, authoritate Apostolicae confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo vt nulli omninò hominum liceat hāc paginam nostrae diffinitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem, &c. vsque, *in cursurum. Datum Laterani 2. idus Iulij, Pontificatus nostri anno XII.* atque adeò Christi 1210.

Ex his Innocentij III. litteris plura constāt. Primum est, Monasterium Fontis Giardi in Dioecesi Cęnomanensi, & domum de Linceio illi subiectam, fuisse olim Fratrum Eremitarum sub Regula S. Augustini, vita & habitu in Ordine Regulari degentium. Secundum est, praedictas domus Fontis Giardi & de Linceio fuisse donatas, & vnitas maiori Monasterio Turonensi Ordinis D. Benedicti, & ad eius Ordinē trāslatas, à ab H. Episc. Caenomanēsi. Tertium est, donationē Guillelmi, siue Vuillelmi, Episcopi Cęnomanensis, fuisse ab Eugenio III. & Alexādro III. confirmatam; & concessionē H. (scilicet, Hamelini) Episcopi Caenomanensis, fuisse etiam confirmatam, à G. Archiepiscopo Turonensi, & I. eius successore; (hoc est, à Gofrido de Leudo, & Ioanne Bartholomaei de Faiet nepote, qui ab Innocentio III. per manus Gallionis, S. Mariae in Porticu Cardinalis, pallium accepit. Quartum est, hunc transitum Eremitarum Augustinianorum Fontis

Giardi & de Linteris ad Ordinem Benedictinum, & vnionem cum Monasterio maiori Turonensi, contigisse circa annum 1150. Etenim Gullelmus, siue Vuillelmus, Episcopus Cænomanensis, qui primam donationem fecit, vt ex Claudio Roberto in Gallia Christiana, pag. 300. constat, Ecclesiæ Cænomanensi anno 1148. præerat, & per quadraginta tres annos præfuit; eiusque donationem Eugenius III. & Alexander III. confirmarunt; è quibus Eugenius die 8. Iulij anno 1153. ad cœlos abijt.

Videat nunc Lector, quo iure Author tam fidenter censuerit, in Regesto Innocentij III. nullam Eremitarum S. Augustini fieri mentionem. Anne modô dicet; quod in sua Defensione, sect. 8. §. 1. num. 18. pag. 309. securus adiecit? *Postremo, ait, vt rem concludam, omnia Innocentiani Regesti volumina ego diligentissimè percurri, & neq; istud, quod solum potuit inuenire Iordanus, priuilegium, neque vllam ex pluribus Bullis, quas Compendium Augustinianum, & Romanus Innocentium largitum fuisse referunt, ne verbum vllum de Ordine Eremitico August. potui reperire. Potissima pars huius Regesti iam communis facta est iuris prœli beneficio; ipse experire.* An hæc modô etiam dicet. Experti enim sumus, & in eadem potissima parte prædictum Innocentij III. priuilegium, quod trāscripsimus, verbatim habetur. Non ergo certum omninô est in Regesto Pontificio litteras Apostolicas non cōtineri, etiam si Author se omnia illius volumina diligentissimè percurrisse, & neque verbum de Ordine Eremitico Augustiniano reperisse testetur. Sed ab Innocentio III. ad Honorium transeamus.

De Honorio III. idem asseruere inter alios B. Iordanus de Saxonia circa ann. 1360. in Vitas Fratrum, C vbi sic ait. *Post hunc Honorius Papa III. qui Ordines Prædicatorum, & Minorum confirmauit, etiam aliqua sorta nostri Ordinis sub protectione Sedis Apostolicæ suscepit.* Author Fasciculi temporum circa annum 1484. sub Honorio III. sic habet: *Quatuor Ordines Mendicantium, videlicet, Prædicatores, Minores, Carmelitæ, & Augustinienses, confirmantur ab Honorio*: Nauclerus vbi supra, sic inquiens: *Ordo Eremitarum sub Innocentio, & Honorio sub titulo Eremitarum S. Augustini, & appellari*

C lib. 1. c. 14. p. 30. ann. 1360.

Anno 1484.

Anno 1500.

lari, & nominari iussus est, & confirmatus. Quae eadem verba suis scriptis inseruit, & probauit Ioannes Trullus Canonicus Regularis, lib. 1. Ordinis Canonici, cap. 3. Arsthmanus Schedel D de Honorio III. sic ait: *Ordinem Eremitarum, prout Innocentius fecerat, protegendum cum suscepisset, etiam Ordines Praedicatorum, & Minorum confirmare voluit.* Quae eadem verba, lib. 13. Supplementi fol. 233. tradidit Bergomensis. Ludouicus Cauitellius, in Annalibus Cremonae, editis anno 1588. E sub anno 1227. tradit Honorium III. obiisse confirmatis Ordinibus D. D. Dominici, Francisci, Eremitarum S. Augustini, Carmelitarum B. Mariae, Humiliatorum, & Cruciferorum. Neque id negauit impudens haereticus Ioannes Valaeus in Cathalogo illustrium scriptorum maioris Britaniae, edito Basileae anno 1551. F vbi sic habet: *Carmelitas, & Augustinianos, antea productos, protegendos suscepit.* His fauet Gregorius IX. Bulla data Viterbij Idibus Augusti anno 11. Pontificatus, atque adeo Christi 1244. quae extat in Archiuo Romani Monasterij SS. Vincentij & Anastasij, & transcribuntur à D. Ferdinando Vghello tom. 1. Italiae sacrae col. 300. Gregorius ergo IX. sic ait inter alia: *Cum enim bo. me. Ioannes Abbas Monastery SS. Andreae Apostoli, & Sabae Confessoris, de consensu Conuentus sui Ecclesiam S. Mariae de Palatiolis cum terris, vineis, hortis, arboribus, & alijs bonis suis ad idem Monasterium pertinentibus sub annuo censu duarum librarum Monasterio annis singulis persoluenda, de mandato fel. rec. Innocentij Papae praedecessoris nostri quondam Xisto Priori eiusdem Ecclesiae, ac eius Fratribus concessisset, & quandiu ibidē Ordo vigeret ipsorum, ita quòd si institutus ibi tunc Ordo per ipsorum insolentiam deperiret, dicta Ecclesia rediret liberè ad Monasterium eorundem, prout in litteris confectis exinde perspeximus cōtineri; & quia praedicti Prior & Fratres nullā habebant de Religionibus approbatis, sed tanquam Eremitae fructus ibi penitentiae faciebant, piae memoriae Honorius Papa praedecessor noster Regulam B. Augustini eis indixit ibidem in posterum obseruandam. Cū autem idem ad commonitionē dilecti filij nostri S. (scilicet, Stephani) tit. S. Mariae Trās Tiberim presb. Card. qui eis in benedictionibus dulcedinis diu*

D *Fol. 208. circa anno 1493.*

E *f. 81. anno 1588.*

F *p. 231. anno 1551.*

diu affuit quasi pater, propositũ Domino inspirante Religionis conceperint arctioris, & ad frugem vitæ melioris transire, sic mediante Cardinale præfato inter dilectos filios Abbatem, & Conuentum Monasterij S. Anastasij de vrbe Cisterciensis Ordinis ex parte vna, & Fr. Romanum, Priorem ipsius Ecclesiæ de Fratrum suorum assensu ex altera, ordinatum extitit, & tractatum, vt eadem Ecclesia dicto Monasterio S. Anastasij vniatur, & iam dicti Fratres, & Prior suscipiant, & obseruent Cisterciensis Ordinis instituta, &c. Fuit postea hæc domus S. Mariæ de Palatiolis, Albanensis Diœcesis in Abbatiam erecta Ordinis Cisterciensis anno 1244. obtenta ab Innocentio IIII. facultate.

Secundum testimonium, quo probamus ante vnionem Innocentij IIII. fuisse in Thuscia aliquos Eremitas sub Regula D. Augustini militantes, desumitur ex Bulla: *Dilecti filij de Monte Speculo, & de Sylua lacus;* quam transcripsimus in Responsione pacifica. G In ea enim Gregorius IX. sub Dat. Laterani tertio Nonas Ianuarij anno 4. Pontificatus, atque Christi 1231. ad petitionem Prioris Fratrum Eremitarum de Monte Speculo, & de Sylualacus, committit Episcopo Senensi, in cuius Diœcesi erant prædicta Monasteria, vt prædictis Fratribus concederet vnam de Regulis approbatis, quam ipsis secundum Deum magis videret expedire. Ergo ibi Eremitæ ab anno 1231. plus minusve, vixerant secundum vnam de Regulis approbatis. Neque enim credibile est eos noluisse, aut non potuisse vti concessione Pontificia, quam ipsi proprijs supplicationibus impetrarant. Quam autem ex tunc Episcopus Senensis Regulam assignarit, certô nobis non constat. Adeô tamen credibile & verosimile est, designasse Augustinianã, vt Author volẽs, nolẽs in hęc verba incautè prorruperit, H *Hoc ipsũ, de quo agitur manifestè constat huius instituti tunc minime fuisse; quippe post plures annos ab Episcopo Senensi Regulam accepit S. Augustini ex Gregorij Noni indulto.* Et meritô credidit Author Eremitas prædictorum Cœnobiorum ab Episcopo Senensi ex Gregorij IX. indulto D. Augustini Regulam accepisse. Id enim est omni ex parte verisimile. Et vt docet Liuius: *Antiquis in rebus, verisimilia pro veris accipiuntur.* Ex hoc autẽ ad hominem sic

G *Resp.* 5. n. 212 p. 229.

H *Sect.* 8. §. 1. n. 14. p. 305.

I *Deca.* 1. *lib.* 5

sic efficaciter argumentor. Cœnobia S. Antonij de Speculo, & de Sylualacus, ex Gregorij IX. indulto acceperunt Regulam S. Augustini ab Episcopo Senensi, in cuius Diœcesi morabantur. Ergo non primò acceperunt eam ex præcepto Innocētij IIII. vnientis Eremitas Thusciæ; sed ante prędictam vnionem. Si enim in vnione Regulā Augustinianam primitus accepissent, non ab Episcopo Senēsi, sed à Richardo Cardinali; neque ex indulto Gregorij IX. sed ex præcepto Innocentij IIII. illam habuissent. Ergo ante vnionē Innocentianā aliqui Eremitæ in Thuscia Augustinianam Regulam obseruabant, cuius oppositum tanquam certum Author parum sibi constans nobis obtrudit. *K*

K *Sect.* 8. §. 1. *n.* 13. *p.* 303.

Tertium testimonium desumitur ex ipsa Bulla: *Incumbit nobis*, ex qua litem mouet Author, quam etiam transcripsimus in Responsione pacifica. *L* In ea Pontifex pręcipit Eremitis Thusciæ vt se in vnum regulare propositum conformantes, Regulam B. Augustini & Ordinem assumerent. Ex quibus verbis duo infero. Primum est. Ante prędictum præceptum Innocentij IIII. erat in Ecclesia Ordo D. Augustini, quem Eremitæ iubentur assumere; neque enim iuberentur assumere Ordinem, qui non erat; sicut neque Regulam, quæ non erat. Secundum est. Incredibile prorsus videtur voluisse Summum Pontificem Eremitas Ethruscos, quorum omnes, vel ferè omnes approbatam Regulam obseruabant, eam relinquere, quam profitebātur; & eam assumere, quam nullus eorum fuerat professus. His argumentis vsi sumus in Respōsione pacifica. *M*

L *Resp.* 5. *num.* 198. *p.* 226.

His adde, vt ibidē aduertimus, n. 402. quia finis propter quem Innocentius IIII. Eremitis Thusciæ pręcepit, vt B. Augustini Regulam, & Ordinē assumerēt; manifestè supponit Ordinē Eremitarū S. Augustini ante ipsam vniōnē, qui præextiterat etiam in Thuscia. Animus enim statuēdi hanc vnionem, vt verbis expressis, quæ loco citato transcripsimus, affirmat B. Iordanus, *N* ortus est ex eo, quòd videbat Pręedicatores, & Minores proferre in Ecclesia fructus salubres; Fratres verò Eremitas S. Augustini sibi solis per bonā vitā prodesse. Hoc autē ante vnionē videre, & cōsiderare nō posset, nisi præ extitisset Ordo Eremit. S. August. quē per vnionem aliorum Eremitarum Thusciæ voluit amplificare, &

M *Resp.* 5. *num.* 403. *p.* 283. & *seqq.*

N *lib.* 1. *Vitas F. cap.* 14. *pag.* 30.

& dirigere vt fructus salubres in Ecclesia produceret. Congregatio hæc Eremitarū Tusciæ an. 1251. Monasteria saltem sexaginta & vnum complectebatur, vt constat ex authentico instrumento, quod nobis anno 1642. transmisit R. A. P. M. Fr. Ægidius Consonius Mediolanensis totius Augustiniani Ordinis Procurator generalis, & est tenoris sequentis.

In Dei nomine Amen. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum, quod Fr. Simon, Prior Eremitarum sancti Antonij de Ardinghesca;

Et Fr. Aiutus, Prior Collæ, Presbyteri Rustici Lucensis Diœcesis, O Vicarij Fr. Matthæi Generalis Prioris Eremitarum Ordinis S. Augustini in Thuscia.

O al. Liuontij Diœces.

Et Fratres, Ioannes, Prior Aquauiuæ;

Et Orlandus, Prior Eremi de Petelro;

Et Melioratus, Prior Eremi Syluæ maioris;

Et Ioannes, Prior Eremi de Fulignano; P Diffinitores generales Capituli; consensu, & præsentia.

P at Lastignano

Guidonis, Prioris de Vallebona de Carfagnana;

Et Fr. Pelegrini, Eremi de Summo Cologno (al. Colongo)

Fr. Mauri, Prioris de Moganallo (al. Moganello;)

Fr. Cambij, Prioris de Chasenti (al. Chesenti)

Fr. Mauri, Prioris Eremi de Brancolo (al. Brancalo;)

Presbyteri Boni, Prioris Eremi de Vosilia (al. Vesilia)

Fr. Harrigi, Prioris de Lupo Cauo;

Fr. Amati, Prioris de Spelunca;

Fr. Donati, Prioris de Morillione;

Fr. Accursij, Prioris S. Bartholomæi de Asciano;

Fr. Vicentij, Prioris de Agnano;

Fr. Bernardi, Prioris de Costa aqua (al. Aquæ)

Fr. Iacobi, Prioris de Frocechia;

Fr. Philippi, Prioris de Asciano;

Fr. Amici, Prioris S. Bartholomæi de Asciano;

Fr. Hilarij, Prioris S. Saluatoris de Cauina (al. Cassina)

Fr. Bona Vogliæ, Prioris Eremi de Brasi (al. de Buyn)

Fr. Hugucionis, Prioris de Gorbaria (al. Cerbaria)

Fr. Mar-

Fr. Martini, Prioris de Colle Nontoli (al. Nombo li)

F. Isaia, de Pecrana (al. Paraina)

Fr. Benedicti, de Vada;

Fr. Michaelis, Prioris Montis fortis;

Fr. Iordani, Prioris Mōtis Vasonis;

Fr. Dominici, Prioris de Rosia;

Fr. Pirouari (al. Ritouari) *Prioris de Guardastallo;*

Fr. Benedicti, Montis Boni (al. Bene)

Fr. Pauli, Prioris de Camerata;

Fr. Coraldi, de Castagnolo (al. de Castagneto)

Fr. Lucæ, Prioris de Launereto (al. de Suuereto)

Fr. Bonauolti, Prioris de Palmarola (al. Palmaiola)

Fr. Vdibrandoni (al. Ildebrandoni) *de Falcone;*

Fr. Bartholomæi, Prioris de Perolla;

Fr. Simonis, Prioris de Rouete (al. de Reueto)

Fr. Ioannis de Corbaiola (al. de Gerbaiola)

Fr. Matthæi, de Lancarnio (al. de Guincanco)

Fr. Vincentij, de Cortalto (al. de Certalto)

Fr. BuonChristiani, *Prioris Eremi montis de Castiliono;*

Fr. Bonaiuti, Prioris de Brancani (al. Brancanis)

Fr. Gregorij, Prioris Vallis bonæ Pistoriensis;

Fr. Reringotij (al. Herrigetis) *Prioris Montis Ferrati;*

Fr. Aldobrandini, Prioris Eremi de Florentia;

Fr. Accursij, Prioris de Vallebona de Aritio;

Fr. Ioannis, Prioris de le Vallese;

Fr. Gregorij, de Moribondo (al. Morimondo)

Fr. Angeli, Prioris Eremi S. Fioræ;

Fr. Petri, Prioris de Campirano (al. Campriano)

Fr. Prioris de Peretto;

Fr. Gaidonis, Vallis Perlata;

Fr. Bernardi, Prioris Eremi Vruetani;

Fr. Ricardi, Prioris Montis Cimini;

Fr. Pauli, Prioris de Eremo S. Leonardi;

Fr. Bartholomæi, Eremi S. Leonardi de Ferrara;

Fr. Placiti, Prioris Eremi Ianuensis;

Fr. Pauli, Prioris Eremi de Fauentia;

Et Fr. Dominici, Eremi de Laboto (al. Labeto)

Et

Et suprascripti omnes pro se ipsis, & suprascriptis locis, & pro vniuersitate, & Capitulo suprascripti Ordinis, fecerũt, atq; ordinauerũt, Fratres Dominicũ Priorem de Roscia, Simonem Priorem de Roceto, præsentes, volentes & subscribentes, quemlibet eorum in solidum, eorum, & suprascriptorum locorum, & vniuersitatis, & Capituli suprascripti, Syndicos, & Procuratores, & Actores, & Responsales, & certos Nuncios, in omnibus, & singulis caussis, & placitis Ecclesiasticis, vel ciuilibus, qua & quas ipsi pro se, & suprascriptis eorum locis, siue pro suprascripta vniuersitate, & Capitulo habent; vel habere possunt, siue sperant, cũ aliquibus personis, vel locis Ecclesiasticis, & ciuilibus, in curia D. Papæ, & in quacumque alia Curia Ecclesiastica, & ciuili; & coram quibuscumque iudicibus, ad agendum, petendum, respondendum, recipiendum, opponendum, replicandũ & contradicendum, & ad excipiendum, & ad litteram, & ad litteras inpetrandũ, & ad causam, & causas incipiendũ, & prosequendum, & ad testes producendos, & dandos, & ad sententiam, & sentẽtias petendum, & ad appellandum, si necesse fuerit, & ad supplicandũ & ad confessionem, & finem, & refert faciẽdum, & ad componendum, & ad paciscendũ, & ad arbitros eligendum, & ad compromittendum, & ad terminum, & ad terminos prorogandum, & ad singula, & omnia faciendum, quæ super his, & super aliquo eorum necessaria fuerint, & quæ veri Syndici, Procuratores, Actores, Responsales, & veri Nũcij facere possent, siue ipsimet, promittẽtes se pro se & suprascriptis eorum locis, & dicto Capitulo & vniuersitate ratũ & firmum habere, & tenere, totum & quidquid suprascripti Procuratores, & aliquis eorum, de suprascriptis, vel de aliquo eorum, siue de aliquibus adhæc pertinentibus fecerint, seu procurauerint, vel aliquis eorum fecerit, seu procurauerit; & taliter me Sembrantem Domini Ottonis Rom. Imp. Iudicem, & Notarium scribere rogauerunt. Actum in Chiostro S. Saluatoris de Cassina, præsentibus Ioanne de Vico, filio Sembrantis supradicti, & Quartarone de Vico. q. Bonodati; & Thomæo, de supradicto Vico, filio Ammannati, testibus rogatis, Dominicæ Incarnationis anno Millesimo ducẽtesimo quinquagesimo primo, Indict. 8. Quinto Nonas Madij. Loco + sigilli.

Ildebrandus de Vico, filius, q. Leonardi, Imperatoriæ digni-

nitatis Notarius, hanc chartã à supradicto Sembrante Notario rogatam, de eius scida à me visa & lecta, eius quòque parabola & mãdato, scripsi & firmaui.

Sumptum ex filo diuersarum scripturarum foranearum sub num. 183. in publico Senarum archiuo existenti per me Marianum Fundium Notarium in dicto archiuo, hac die prima Mensis Septembris 1637. & in fidem.

Alexander Rocchegianus Custos vidit.

Fabius Sergardus I. C. Patritius Senensis, Prothonotarius Apostolicus, & Illustrissimi ac Reuerendissimi D. D. Ascanij Piccolominei, de Aragona, Senarum Archiepiscopi, in spiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis.

Vniuersis, & singulis, &c. salutem in Domino. Fidem facimus, & attestamur supradictum olim D. Ildebrandum de Vico; nec non præfatos D. D. Marianum Fundium, & Alexandrum Rocchegianum fuisse, & respectiuè esse publicos, legales, & authenticos Notarios Senenses, & tales quales se faciunt; eorumque scripturis ita publicis semper adhibitam fuisse & ad præsens adhiberi tam in iudicio, quàm extra, fidem indubiam. In quorum &c. Dat. Senis in Curia Archiepiscopali die 2. mensis Septembris 1637. Loco † Sigilli. Franciscus Baccius Notarius Canonicus de mandato.

Videat etiam nunc Lector an in Archiuo Vaticano in Regestis Pontificum, & in eorum rescriptis, aliquod inueniatur vestigium Ordinis Eremitarum S. Augustini in Thuscia ante Pontificatum Innocentij IIII.



PROPOSITIO III: EX BVLLIS Innocentij IIII. & Alexandri IIII. adductis ab Authore non infertur nullos Eremitas Thusciæ fuisse Augustinianos ante vnionem Innocentij IIII.

HÆc propositio non potest aliter probari quàm respondendo ijs, quæ Author in oppositum congessit. Asserimus ergo Eremitas Thusciæ ab Innocentio IIII. vnitos sub Regula, & Ordine D. Augustini, non tantùm fuisse partim vagos (si fortè aliqui fuerint vagi; Ignoro enim vnde idcò tet Authori) partim Benedictinos, partim alterius instituti; sed etiã partim fuisse Augustinianos, vt constat clarè ex prima & secunda propositione; & ad diplomata Põtificia, quæ in oppositum adducuntur, respondeo nihil ex illis inferri quod repugnet nostris assertis. Id autem manifestè constabit, si singula singillatim retundamus.

Igitur ad Bullam, *Incumbit nobis*, dico tam longè esse vt Authoris placitum conuincat, vt ex illa supériùs argumentum supra propositione 2. sicut & desumpsimus in Responsione pacifica; Q & ante nos M. Marquez; R ad probandum ante vnionem Innocentij IIII. præextitisse in Ecclesia Ordinem S. Augustini, cui Pontifex iussit vniri alios Eremitas Thusciæ, qui sub alijs institutis militabant. Sed instat Author, quia Pontifex omnibus Eremitis Thusciæ, præter Gullielmitas, iussit, vt assumerent Regulam, & Ordinem D. Augustini. Ergo ante hoc præceptum nullus Eremita Thusciæ Regulam Augustinianam obseruabat. Hæc est tota moles, qua nos Author impugnat. Sed adeò debilis, vt se ipsa concidat. Illam euidenter dissoluimus in Responsione pacifica. S Est enim luce clarius non semper aliquid præcipi vniuersis, quia nullus antea illud obseruarat; sed aliquando etiam vt deinceps nullus sit qui illud non obseruet. Sed rem clarã conuincamus exemplis. Benedictus XII. Bulla 3. data apud

Q *Resp.* 5. n. 424 p. 284.

R *c*. 3. § 3. *p*. 24.

S *Resp.* 5. *num.* 437. *p.* 292.

apud Pontem Sorgiæ Auinionensis Diœcesis 4. Idus Iulij ann. 1. Pontificatus, in Bullario Laertij Cherubini, T præcipit Cistercensibus: *Vt omnes Abbates, & Præsidentes regiminibus aliorum locorum Conuentualium, & Monachi eiusdem Ordinis pānis bruni, vel albi coloris dun taxat vtantur.* Quis inde inferat ante hoc præceptum vniuersis Abbatibus, & vniuersis Monachis Cistercensibus impositū à Pōtifice, nullū fuisse Abbatē, nullūq; Monachū Cistercięsem, qui pannis bruni, vel albi coloris dūtaxat vteretur? Idem Pontifex in reformatione Canonicorum Regularium S. Augustini, apud eundem Cherubinum, V Bulla 6. data Auinione Idibus Maij anno 5. Pontificatus, præcipit inter alia, §. 40. vniuersis Canonicis: *Almutiæ autem si de panno fuerint, illius, cuius Cappa esse debent, coloris existant.* Inferes ne ex hoc præcepto nullum antea Canonicum Regularem Almutiam, & Cappam eiusdem coloris detulisse? Non ergo infertur ex eo, quòd Pontifex præcipiat vniuersis Eremitis Thusciæ, vt Regulam, & Ordinem B. Augustini assumant, nullos ante Eremitas Thusciæ illud institutum obseruasse. Præcipit ergo vt vniuersi assumant, non quia nullus esset qui assumpsisset, sed vt nullus esset qui non assumeret.

T to. 1. 175.

V pag. 206.

Ad Bullam, *Cum à nobis*, dupliciter respōdimus in Responsione pacifica. X Primò, cum Pontifex dixit eos fuisse per Richardum Cardinalem absolutos à promissione, quam fecerant de obseruando Ordine S. Benedicti, vel quocumque alio; sub illo alio Ordine, comprehendi Ordinem Eremitarum S. Augustini, & ab eo fuisse dispensatos aliquo modo. Cum enim per dictam vnionem aliqua mutatio accidentalis resultasset, per additionem Constitutionum, & electionem Prioris generalis communis omnibus, potuerunt, saltem ad maiorem securitatem, petere antiquæ promissionis, seu professionis absolutionem; sicut petierunt Eremitæ B. Ioannis Boni à Guillelmo de Flisco Cardinali, eorum Protectore. Secundò, prædictam dispensationem, & concessionem Regulæ Augustinianæ non referri ad omnes, & singulos Eremitas Thusciæ absolutè, & simpliciter, sed per distributionem accommodam; hoc est, ad omnes, qui concessione, aut dispensatione indigebant.

X Resp 5. num. 432. p. 293. & seqq.

Ad Bullam, *Pia desideria*,

Respondeo verba Pontificis hæc esse: *Cum igitur perennis obtentu præmij, sub B. Augustini Regula Conditori omnium humiliter famulari, & diuinum officium secundũ Ecclesiæ Romanæ consuetudinem elegeritis celebrare; Nos vestris precibus fauorabiliter annuentes, dictam Regulam authoritate Apostolica deuotioni vestræ duximus concedendam, statuentes vt vos, & successores vestri perpetuis futuris temporibus obseruetis eandem, & officium ipsum secundum præfatam consuetudinem celebretis.* Hinc benè infertur antea non omnes obseruasse Regulam D. Augustini, neque omnes secundum consuetudinem Ecclesiæ Romanæ diuinum Officium celebrasse. Non tamen sequitur antea nullos Eremitas Thusciæ gessisse prædicta. Sicut si Pontifex vniret Canonicos Regulares, & Monachos Cisterciẽses Claustrales, V.G. Regni Nauarræ, in vnam Cõgregationem Ordinis Canonici sub Regula D. Augustini; ad illos sic vnitos dicere optimè posset: *Cum vos elegeritis sub B. Augustini Regula, & Ordine Canonico Domino famulari, & diuinum Officium secundum morem Romanæ Curiæ celebrare.* Et tamen indè non sequeretur nullos illius Congregationis Canonicos ante prædictam vnionem obseruasse Regulam Augustinianam, aut diuinum Officium secundum morem Romanæ Curiæ celebrasse.

Ad Bullam: *Cum vos, & alij Eremitæ,* Respondeo nihil ex illa conuinci. Licet enim Eremitæ Murcetani, & alij per Thusciam constituti, de mandato Innocẽtij IIII. Ordinem, & Regulã D. Augustini duxerint assumendã; non sequitur nullos Eremitas Thusciæ obseruasse antea Regulam D. Augustini; tum, quia non ait: *Cum vos, & omnes alij Eremitæ per Thusciã constituti*; atque adeò etiam si duodecim V.G. ex Monasterijs vnitis essent Augustinianæ ante vnionem, rectè diceret: *Cum vos, & alij Eremitæ, &c.* Quia plura alia Cœnobia præter Murcetanum, Regulam, & Ordinem D. Augustini assumpsissẽt. Tũ etiã, quia & si diceret: *Cum vos, & omnes alij Eremitæ per Thusciam constituti, &c.* Adhuc sensus esset, per distributionem accommodam; hoc est, omnes illi, qui antea Regulã, & Ordinem D. Augustini nõ profitebantur; vel sensus esset, omnes, pro vt conuenientes in vnionẽ, assumpsisse Regulam, & Ordinem D. Augustini; alij quidem assumentes

ces per nouam acceptionem Regulæ & Ordinis, sed alij per continuationem.

¶ Ex dictis facilè dissoluuntur, & explicantur litteræ Innocentij IIII. tam quæ sunt in Regesto an. 11. n. 448. quã quæ ab Alexandro IIII. suis litteris inseruntur, & sunt datæ Laterani 15. Cal. Martij anno 11. Pontificatus; atque adeô existimo non esse diuersas ab illis, quæ in Regesto, n. 448. continentur. Dicendum igitur est Innocentium ad vniuersos Eremitas Thusciæ iam vnitos scribentem, rectè asserere se illis concessisse Regulam D. Augustini, quia ante eius concessionem non obseruabant illam vniuersi, sed aliqui. Pontifex autem ordinauit, & concessit, vt non tantùm aliqui, sed vniuersi illam obseruarent. Ecce Pontificum testimonia, quæ Authori videbantur aperta, non cõuincunt omnes Ethruscos Eremitas diuersã ab Augustiniana Regulã obseruasse

DIFFICVLTAS III. DE ANTIQVItate Monasterij Ilicetani sub Regula D. Augustini.

VT Author reijceret Ioannis Critanæ ex Nicolao de Alexandria inanem relationem, dum asserit S. Franciscum impetrasse facultatem à Fr. Bandino, Priore Monasterij S. Saluatoris de Sylualacus Ordinis S. Augustini prope Senas; mordicus contendit hoc Cœnobium circa annum conuersionis D. Francisci, nẽpè 1207. plus minusve, nondum incępisse sub D. Augustini Regula militare. Id autem probat. Y Primò. Quia ante id tempus in tractu Senensi nullum fuit Cœnobium Augustinianum. Sed huius assumpti falsitas ex præcedenti difficultate liquet, & constat. Secundô probat, quia post plures annos à tẽpore D. Francisci conuersionis Monasteriũ Ilicetanum ab Episcopo Senensi Regulam accepit S. Augustini ex Gregorij IX. indulto, vt constat ex diplomate, quod ego adduxi in Respõsione pacifica, Z in quo Gregorius IX. cõmittit Episc. Sen. vt Fratribus Eremitis de Monte Speculo, & de Sylualacus vnã cõcedat de Regulis appro-

Y Sect. 8. §. 1. n. 14. p. 305.

Z Resp. 5. num. 212. p. 229.

approbatis; atq; adeô in sententia Authoris Cœnobium Ilicetanum ante concessionem Gregorij IX. de anno 1231. non militabat sub Regula approbata.

Alia incedunt via, Ioannes Baptista Signus, & Iosephus Mozzagrugnus, Canonici Regulares. Ille, in opere de Ordine, ac statu Canonico, *A* edito Bononiæ an. 1605. apud hæredes Ioannis Roscij; hic verô, in Narratione rerum gestarum Canonicorum Regularium, edita Venetijs anno 1622. *B* Hi ergo referunt D. Franciscum ante sui Ordinis institutionem in Cœnobio Ilicetano aliquando substitisse; & eius precibus Gregorium IX. iussisse Episcopo Senensi anno 1227. vt Templum Ilicetanum consecraret; sed notant, hanc domum vsque ad vnionem Alexandri IIII. sub B. Guillelmi dogmate militasse. Verba Signij, à quo ipsa, errore preli paululùm immutata transcripsit Mozzagrugnus, hæc sunt: *C Constructum extitit hoc templum à sanctissimis viris, qui inibi ante annos Domini sexcentos Eremiticam vitam susceperant. In quo etiam fertur postea D. Ioannem Franciscũ Petri Bernardoni Assisiensis, priùs quàm Minorum Ordinẽ procreasset, aliquando subsistisse:* (de quo, neque aio, neque nego. Possibile sanè B. Virũ in hac sanctissima domo à Fratribus hospitio acceptũ) *atque Sacellum precibus eius Gregorius Anagninus Papa IX. anno sui Pontificatus primo, Domini verò 1227. in protectionem susceptũ, à D. Bonfilio, Senensi tunc Episcopo, consecrari mandauit; vbi ipsius Pontificis authoritate singulis annis in anniuersario ipsius Dedicationis, quod Cal. Maij fuit, vnius anni, ac dierum 40. indulgentiam perpetuis duraturam temporibus concessit, volens, & mandans quòd in Ecclesiastico obsequio officium Dedicationis Basilicæ, pro vt in Lateranensi Romana Ecclesia die 9. Nouembris, pro vt hac tenus fecerãt, cõtinuarent.* Et infra. *D Cum Alexander Anagninus Papa IIII. Eremitarum sectam* (sic ille loquitur, Lege, vitam) *sub D. Augustini Patris Regulam ab Innocentio Flisco Ianuense Papa IIII. qui Rosteũ etiam galerum sacris amplissimorum S.R.E. Patrum addiderat, ex omnibus Eremitis ac circumcellionibus* (sic eos per iniuriam vocat) *vndique tuguria, siluestriaque loca incolentibus, & sub diuerso habitu, diuersisque Regulis, ac titulis conflatam, intra vrbes anno Domini 1244. vt simul in*

A lib. 2. ca. 1. p. 110. & ca. 8. p. 177.

B lib. 5. f. 6. p. 2

C p. 110.

D p. 177

in communi viuerent, induxisset, confirmasset, reformasset, auxisset, ac multis priuilegijs, & gratijs decorasset, sub vno tantum capitè, & regimine, eum Ordinem, quem Eremitarum præfati S. Augustini denominauit; regi, & moderari perpetuò mandauit; volens eorundem Primatem, Priorem generalem nuncupari, à quo Prouinciales, & Conuentuum singulares Priores annuatim instituerentur, ad libitum suum amobiles. Sicque factum est, vt idem etiam Fulignanum Senense de Syluælacus Monasterium sub eodem S. Augustini Eremitarũ Ordine deueniret, quod antea (vt fertur) sub Guilelmi dogmate militauerat. Hæc Sigonius, & Mozzagrugnus.

Sed in hac relatione plura sunt falsa. Primo enim. Quomodo B. Franciscus à Gregorio IX. Ecclesiæ Ilicetanæ consecrationem anno 1227. impetrauit, qui anno 1226. ante Gregorij Pontificatum ad cœlos abijt? Secũdo. Quomodo Alexander IIII. Eremitas S. Augustini an. 1244. intra vrbes conuiuit, qui tunc nondum erat Pontifex? Confundunt hi Authores vnionẽ Innocentij IIII. quæ contigit anno 1243. vel 1244. cũ vnione Alexandri IIII. quæ facta est ann. 1255. vel 1256. & plura alia de suo adijciunt absque vllo fundamento. 3. Quomodo potuit domus Ilicetana Regulæ Augustinianæ primùm subijci in vnione. Neque enim hoc est verum de vnione anni 1244. neque de vnione anni 1256. Non primum. Tum quia, vt in difficultate præcedenti ostendimus ex Authoribus vitæ B. Ambrosij Sanledonij, ann. 1237. iam erat Augustiniana. Tum etiam, quia, vt obseruaui in Responsione pacifica, E si Guilelmitarum erat, quomodo vnita erat Eremitis S. Augustini ab Innocentio IV. an. 1244. cum ipse Pontifex expressè affirmet in Bulla suæ vnionis, se vnire Ordini S. Augustini Eremitas Thusciæ: *Exceptis Fratribus S. Guilelmi?* Neque secundum dici potest. Quia, vt euidens est ex Bulla, quam adduxi in Responsione pacifica, F Alexander IV. die 25. Iunij an. 1255. & Pontificatus primo, atque adeò ante vnionem anno secũdo factam, cõfirmauit vnionem Eremi S. Leonardi de Syluælacus, cum Conuentu S. Saluatoris de Fulcignano, qui est Ilicetanus, cum iam sub Ordine S. Augustini militarent. Sic enim habet inter alia: *Dilectis filijs Priori, & Fratribus S. Saluatoris de Ful-*

E Resp. 5. num. 237. p. 237.

F Resp. 5. num. 216. p. 230.

Faltignano, & S.Leonardi de Sylualacus, Ordinis S. Augustini Senensis Diœcesis, &c.

Nobis certum & firmum est Cœnobium Ilicetanum multò ante an. 1200. Regulá Augustinianam, & Ordinem obseruasse. Id enim testantur omnes Authores, qui de rebus Ilicetanis aliquid tradidere, tam domestici, quàm exteri. Ex his, qui opuscula prælo dedere, Basilius Cotta
Anno. Ilicetanus, anno 1528. Ste-
1528. phanus Vgurgerius Ilicetanus an. 1592. Iosephus Pam-
Anno. philus, Episcopus Signinus,
1592. an. 1579. Simplicianus Tu-
Anno. rini Bononiensis; Author re-
1479. lationis Beatorum Ilicetanorum; Author Limæ spiritualis, Franciscus Rappi, Presbyter sæcularis, qui an.
Anno. 1535. eam publici iuris fecit;
1535. Iugurtha Thomasij Senensis; Onuphrius Martini de Sãta Cruce, & alij. Ex his verò, quorum scripta digna luce, nondum viderunt lucem; B. Philippus de Agazzarijs Senensis Ilicetanus, circa an.
Anno. 1408. Dominicus Aldobran-
1408. dini in Historia Senensi; Atha
Anno. nasius Ghigiotti Ilicetanus
1560. circa an. 1560. Hieronymus
Anno. Buonsignori Ilicetanus circa
1511. an. 1511. Bernardus Monaldi
Anno. Ilicetanus circa an. 1574. Æ-
1547. gidius Viterbiensis, circa an.
Anno. 1517. & Cathalogus Profes-
1517. sorum Ilicetanorum; & quidam alij.

Sed placet quædam exterorum testimonia recensere. Franciscus Thomæ Chronographus Senensis tradidit Eremitas Augustinianos in Cœnobio Ilicetano ab an. 1050. vitam egisse. Testis est Paulus Morigia Ordinis Iesuatorum S. Hieronymi, qui in libro de origine Religionum G sic referẽs cẽsuit. *Anno Domini 600. teste Hieronymo Bancisori, in loco S. Saluatoris Iliceti dabantur Religiosi; & vt ait Franciscus Thomæ Chronista Senensis, anno Domini 1050. ibidem fuerunt Eremitæ Augustiniani.* Ge.53.
Et idem Morigia in Summario Chronologico, edito Bergomi an. 1601. tradens Cœnobium Ilicetanum esse antiquum, sic ait: H *Vadè Franciscus Thomas, ciuis Senensis, & eiusdem vrbis Chronographus, affirmat hunc locũ fuisse habitatum etiam ab anno 1050. à Fratribus Eremitis S. Augustini. Ab hoc loco exierunt plures homines illustres vitæ sanctitate, & doctrina.* H lib.4 p. 200.

Aubertus Miræus in libro de originibus Canonicorum Regularium S. Augustini, sic ait: I *Congregatio Eremitarum S. Augustini de Liceto apud Senas Italiæ vrbem anno* I c.4.

anno 1050. *instituta.* Confundit sanè Miræus originem Congregationis Ilicetanæ, quæ circa an. 1387. contigit, cum initijs inductionis Regulæ Augustinianæ in Cœnobium Ilicetanum, quæ circa an. 1050. ab Authoribus assignantur. Ioannes Ludouicus Gothofredus in Chronologia edita anno 1638. sic ait: *Locus iste habitatus fuit ab Eremitis S. Augustini ab an. 1050. à Bartholomæo Veneto 1387.*

Ex his desumitur non inefficax argumentum pro antiquitate Ordinis & Regulæ Augustinianę in Cœnobio Ilicetano. Communiter enim Authores exteri, & domestici, exceptis aduersarijs, agnoscunt multùm ante ann. 1200. eam domum ab Eremitis Augustinianis habitatam; neque aduersarij assignarunt tempus certum, in quo cæperit in illa florere Ordo Augustinianus; semper enim cōstat ante illud, quod assignant, præextitisse in ea Eremo filios Augustini.

Ad fundamentum, quod nos ipsi nobis primi opposuimus in Responsione pacifica, K & quo nunc præcipuè in oppositum nititur Author; adeò clarè ibi respondimus, vt mirum sit aduersarios in oppositione persistere. Diximus enim Gregorium IX. in Bulla anni 1231. vbi præcipit Episcopo Senensi vt Eremitis de Monte Speculo, & de Syluালacus, designet aliquā Regulā approbatam; nomine Conuentus de Sylualacus nō intelligere Conuentū Ilicetanum; qui tunc vocabatur S. Saluatoris de Fultignano; sed Conuentum S. Leonardi, qui tūc vocabatur S. Leonardi de Sylualacus; Conuentum autem S. Saluatoris de Fultignano incæpisse vocari S. Saluatoris de Sylualacus circa an. 1255. ab eo tempore, quo Conuentus S. Leonardi de Sylualacus fuit vnitus Cęnobio S. Saluatoris de Fultignano.

K Resp. 5. num. 214. p. 229.

Sed hoc esse præclarū effugiū à nobis excogitatū vult Author: L *Mirū certè* (addit) *quam facilè hæc ad inuenias, & inanibus coniecturis clarissima Pōtificum testimonia coneris eludere.* Sic loquitur Author. M Nos parcimus verbis, & de re disputare volumus, nō litigare. Subijciemus nostrā sententiā, & eius fūdamenta, vt Lector rei arbiter facilè possit ferre iudicium. Nostra sentētia quatuor cōtinet partes, seu propositiones. Prima est. Conuentus S. Leonardi ante vnionem cum Conuentu S. Saluatoris ann. 1255. factam nuncupabatur,

L sect. 2 §. 1. n. 14. pag. 315.

M Ibidē n. 15.

Eremus de Syluatacus, vel S. Leonardi de Syluatacus. Secunda est. Conuentus S. Saluatoris ante prędictam vnionem appellabatur S. Saluatoris de Fultignano, non S. Saluatoris de Sylualacus. Tertia est. Conuentus S. Saluatoris post prędictam vnionem, incæpit vocari *S.* Saluatoris de *Sy*lualacus; & durauit hęc appellatio vsque ad tempora Eugenij IIII. circa an. 1437. sine admixtione alterius denominationis. Quarta est. Tempore Eugenij IIII. circa ann. 1437. Conuentus *S.* *S*aluatoris de *Sy*lualacus incipiebat vocari *S.* Saluatoris Liceti, siue Iliceti; & anno 1459. Congregatio S. Saluatoris de Sylualacus iam dicebatur Congregatio Liceti, siue Ilicetana. An autem antea inceperit vocari Ilicetana, hucvsq; plenè nō nouim⁹.

Antequam singulas hasce propositiones demōstremus, placuit, hic etiā transcribere Bullā Alexandri IV. quę extat in nostro archiuo Romano originalis, & adducitur à M. Laurētio de Empoli in Bullario Augustiniano, *N* & est tenoris sequentis.

Np. 10.

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori & Fratribus S. Saluatoris de Fultignano (Hoc est Cœnobium Ilicetanum, quod eo tempore sic appellabatur, & nondum nomenclaturam Syluælacus accepe-rat) *& S. Leonardi de Sylua de Lacu, Ordinis S. Augustini, Senensis Diœcesis, salutem & Apostolicam benedictionē. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quòd dilectus filius Fr. Adiutus Generalis Visitator Fratrum Eremitarum S. Augustini, deputatus à dilecto filio nostro R. S. Angeli Diac. Card. cui eiusdem Ordinis curam commisimus; Eremum S. Leonardi Priore vacantem, consentientibus Fratribus ibidem existentibus, habito diligenti tractatu, & prouiso, quòd ipsa, quæ plurimùm collapsa fuerat, per te fili Prior possit in melius reformari, Eremo S. Saluatoris de Fultignano incorporauit, & totaliter counivit, vt vnum corpus effecta, vno capite gubernentur, & vnum capitulum censeantur.* (Decursu tēporis perijt hæc vnio, & duplex domus, duplicem Priorem agnouit) *Verùm cum idem Cardinalis id quod per eundem Visitatorem super huiusmodi incorporatione, ac vnione factum extitit, duxerit confirmandum, prout in instrumento, & litteris exindè confectis, Cardinalis ipsius sigillo munitis, plenius dicitur contineri, nos tuis*

suis supplicationibus inclinati, quod ab eisdem Cardinali, & Visitatore factũ in hac parte, ratum, & gratum habentes, illud authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omnino, &c. Datum Agnaniæ 7. Cal. Iulij Põtificatus nostri an. 1. Idest, die 25. Iunij an. 1255. atque adeô ante vnionem generalem, quæ facta est an. 2. eiusdem Alexandri.

Hac Bulla præmissa, ad probationem nostrarum propositionũ accedamus. Primã igitur probo ex præiactaBulla, in qua an. 1255. Conuẽtus S. Leonardi nũcupatur S. Leonardi de Sylua de Lacu. Secũdô. Quia in archiuo Cœnobij Ilicetani conseruantur adhuc litteræ originales Petri Cardinalis S. Georgij ad velum aureum, Sedis Apostolicæ Legati, confirmantis restitutionem factam Eremitis S. Augustini à *Palmerio olim Priore, & Vgolino Canonico Ecclesiæ S. Leonardi de Sylualacus Senensis Diœcesis. Dat. Perusij 4. Nonas Decembris an.* 1250. Post prædictam autem vnionem cum Conuentu S. Saluatoris de Fultignano, in quantum inuenire potuimus, in Registris Generaliũ die 14. & 18. Aprilis anno 1420. & in actis Capituli generalis Ariminensis die 15. Iunij ann. 1394. appellatur Conuentus *S. Leonardi de prope Senas*; & in eisdem Registris die 4. Ianuarij an. 1461. *S. Leonardi Sylualacus*, nuncupatur. Generalis enim confirmat Fr. Hieronymum de Iliceto in Vicarium *S. Leonardi Sylualacus.*

Secundam propositionem ostendo. Primò. Quia in prętata Bulla Cœnobium Ilicetanum, bis appellatur, *S. Saluatoris de Fultignano*, non verô de Sylualacus. Secundô. Quia in instrumento de anno 1251. adducto à nobis suprà difficult. 2. proposit. 2. fit mentio Fr. Ioannis, *Prioris de Fultignano*; non vero de Sylualacus. Tertiô. Quia in Archiuo Cœnobij Ilicetani extant litteræ Card. Richardi de vnione Conuentus S. Saluatoris de Fultignano, & S. Leonardi de Sylualacus ann. 1251. vbi inter alia sic habet: *Et quia de probitate, & industria Religiosi viri Fr. Bandini, Prioris dictæ Eremi de Fultignano, confidimus facientes de ipso fiduciam pleniorem, &c.*

Tertiam propositionem probo. Quia post prædictam vnionem tempore subsequẽti, non inuenimus vsque modo appellari S. Saluatoris de Fultignano; sed S. Saluato-

 ris

ris de Syluælacus, vsque ad annos circiter 1437. Sic nũcupatur in Pontificijs diplomatibus; nempe in vndecim Bullis Gregorij XII. ab an. 1408. quas transcripsit Ioannes Baptista Signius in suo libro de statu, & Ordine Canonico; Et Eugenij IV. in Bullario Augustiniano, O sub Datis Senis an. 1443. Dominicæ Incarnationis 8. idus Septẽbris ann. 13. Pontificatus; & Pij II. in eodem Bullario, P sub Datis Senis 11. Cal. Aprilis an. Dominicæ Incarnationis 1463. & Pontificatus 6. Neq; vlla fit mentio denominationis Iliceti pro prædicto Cœnobio *S. Saluatoris*.

O p. 115

P p. 308

In Capitulo generali Ariminẽsi die 15. Iunij an. 1394. & Aquilano, die 11. Iunij an. 1400. & de Laughingem. an. 1413. refertur, & confirmatur vnio Conuentus S. Leonardi de prope *Senas* cum Conuentu *Syluælacus* in obseruãtia regulari. Et sub eadem denominatione *Syluælacus* vocatur in Registris Generalium die 4. Martij 1387. & 31. Augusti 1419. & 18. Aprilis 1420. ibi: *Deinde Conuentum S. Leonardi de prope Senas prædicto Conuentui Syluælacus vniens auxit, &c.* Et 21. Augusti 1422. Generalis designat Vicarium super conu. Syluælacus, & S. Leonardi, Fr. Philippũm de Senis; & 18. Martij 1424. præcipit Fratribus Syluælacus: *Vt communi, & hominibus S. Columbæ obseruent omnia promissa de loco S. Leonardi ei Conuentui unito, cũ circa ipsum locum S. Leonardi magnis sumptibus, & laboribus oppidum construxerint.* Et 4. Aprilis 1434. & 13. Maij 1437. & 23. Iulij 1438. Generalis Gerardus concessit Fratribus hujus societatis vt eligerent Vicarium Congregationis, qui duraret per duos annos; & quòd de mense Maij fieret Cõgregatio *ad eligendũ Vicarium in Conuentũ S. Saluatoris Syluælacus, &c.* Et quòd Vicarius posset instituere Priores in omnibus Conuentibus dictæ societatis, *præter quàm in Conuentu S. Saluatoris Syluælacus.* Et die 10. Iulij 1452. Generalis cõfirmat Fr. Petrũ de Cetona, aliàs de Lecieto, Vicariũ *in Obseruantijs Pisarum, & Senarum*, nulla facta mentione Iliceti; & eodem modo confirmauit die 24. Martij anno 1455. Fr. Bartholomæum de Senis. Et in Actis Capituli generalis Obseruantiarum Italiæ, die 10. Maij an. 1449. in Conuentu Montis Speculi sic habetur. *In prouincia Senarum, & Pisarum instituit* (scilicet Generalis) *Vicarium Fr.*

Fr. Bartholomaeum de Senis.

Quartam propositionem ostendo. Sic enim habetur in Registris generalium, die 13. Maij ann. 1437. *Dedimus licentiam Priori Syluaelacus, siue Iliceti, &c.* Et die 3. Iunij 1459. Generalis cōfirmat Fr. Antonium de Senis in Vicarium *Congregationis Iliceti*; & die 6. Iunij 1461. refertur praefatam Congregationem habere hos Conuentus; nempe, Ilicetum, sanctu Leonardum, S. Antonium Petrioli, & Montem Speculum. Et die 17. Iunij 1466. Generalis confirmat in Vicarium: *Societatis Iliceti*, Fr. Antonium de Mōticulo. Et die 26. Martij eiusdem anni fit mentio *Capituli Iliceti*. Et die 3. Maij 1468. pro Capitulo *Congregationis Iliceti* fit Praeses Marcus Antonius de Monte Ilcino, Prouincialis Senarum; & 22. Iunij eiusdem anni confirmatur in Vicarium *Societatis Iliceti*, Fr. Petrus de Cetona; & die 3. Maij 1471. pro Capitulo Societatis Iliceti fit Vicarius Fr. Antonius de Mōticulo, *Prior Iliceti*; & ab Innocentio VIII. in Bullario Augustiniano, Q sub Dat. Ro- Q p. 192 mae 17. Cal. Decembris anno 1486. & Pontific. 4. Congregatio Iliceti nuncupatur; & deinceps, vel semper, vel ferè semper, eandem Iliceti denominationem accepit.

Et si petas, vnde acciderit haec mutatio, vt Conuentus & Congregatio S. Saluatoris Syluaelacus inciperit denominari Conuentus, & Cōgregatio Iliceti. Respondeo, mihi non satis constare vndè haec nomenclatura ortum habuerit. Forsan habuit ab aliquo Iliceto circa ann. 1437. nouiter plantato intra limites Monasterij S. Saluatoris; vel ab extinctione alterius Monasterij, quod de Liceto, siue de Lecietto vocabatur, & reductum, & vnitū fuit Monasterio S. Saluatoris. In Registris enim Generalium die 1. Februarij anno 1388. Fr. Iacobus de Mōte Ilcino dicitur nouissimè ordinatus: *Prior Conuentus Syluaelacus*; & die 12. Martij eiusdem anni Prior Generalis cōcedit Priori Senēsi, & M. M. Petro de Aretio, & Ioanni Tertio de Senis, & Augustino Ioānis Priori Conuentus S. Leonardi, vt diuidāt pecuniā taxatā per cōmune Senarū, Conuētui Senarū, *& Cōuentibus S. Leonardi, de Liceto, de Mōticulo, &c.* Et die 31. Augusti ann. 1419. Generalis simul cum Capitulo Astensi concedit Priori Syluaelacus Senarum posse eligere

Prio-

Priorem in Lecceto, & in Ecclesia S. Leonardi, & quòd ipse sit Vicarius ad eos confirmandos, &c. Cum ergo nulla postea sit in Registris memoria huius Conuentus Liceti, siue Lecceti, & Conuentus S. Saluatoris Syluælacus circa ann. 1437. incæperit appellari Conuentus Iliceti, nō absurdè suspicabimur denominationem Iliceti, exortam fuisse ab incorporatione, & reductione Conuentus Liceti ad Conuentum S. Saluatoris Syluælacus.

Ex dictis reijcies Signium de statu, & Ordine Canonico, vbi sic habet: R *In loco haud longè ab vrbe Senarum, quem Ilicetum incolæ vocant, olim Fultignanū, postea lisedą, tūc verò Licetum a trecentum an. circa sortitus est vocabulum. Nomen ex Ilicibus factum, quæ ibi frequentes, passimque sua sponte prodeuntes Syluam efficiunt. Huius medio Templum excolitur Saluatori sacrum, cui Sylua, & Lacus perexiguus non procul distās Syluælacus cognomen dedere.* Reijcies, inquam, Signium. Primò. Quia denominationem Lisedæ nullibi inuenimus. Secundò. Quia denominatio Iliceti non conuenit huic Conuentui ab an. 1100. vt ipse vult; sed circa annum 1437. Denique, quia denominatio Syluælacus incæpit post vnionem Conuentus S. Leonardi de Sylualacus, cū ante vocaretur S. Saluatoris de Fultignano; non ergo desumpta est à Sylua & Lacu non procul distante. Ab his enim etiam à principio debuit appellari, de Syluàlacu, & non de Fultignano.

R *lib. 2. ca. 1. p. 109.*

Videat nunc Author, & iudicet Lector, an inanibus cōiecturis aperta Pontificum testimonia conemur eludere; vel potiùs asserta nostra manifestis Pontificum, & Generalium testimonijs, & instrumentis authenticis comprobemus. Sed inquirit Author, S an ipse meo credam Morigiæ? Ipse enim de varia huius Cœnobij appellatione sic habet: T *Locus hic, vbi Cōgregatio cæpit Ilicetana propè vrbem Senarum, à situ vocatur de Fultignano; postea vocatus est Eremitorium Syluà Fultignani S. Saluatoris; deinde S. Saluatoris de Ilicetò ad Syluam Lacus & nunc vocatur S. Saluatoris de Ilicetò propter Ilicum abundantiam.* Respondeo me magis credere antiquis Pontificum & Generalium rescriptis, & authenticis instrumentis, quàm testimonio solius Morigiæ illis contrarij; etiam si Author Morigiā velit esse meū. Authoribus enim, quantum-cum-

S *sect. 1. §. 1. n. 15. pag. 305.*

T *de orig Relig. c. 53.*

cumque meis, semper prætuli veritatem. Addo tamen. Verba Morigiæ ex parte prosunt, & ex parte videntur falsa. Prosunt, quia agnoscunt præfatum S. Saluatoris Cœnobium primùm dictum de Fultignano, deindè de Syluaelacus, & denique de Iliceto. Videntur tamen falsa, quatenus asserunt dictum aliquando Syluę Fultignani, & de Iliceto ad Syluam Lacus. In tot enim instrumentis, quot vidimus, & allegauimus, nullam earum denominationum sub eo tenore verborum inuenimus.


Sed obijcit Author ingentem difficultatem. Quia post meam illam incorporationem Cœnobij S. Leonardi de Syluaelacus, plurimi elapsi sunt anni vsque ad Eugenium IV. & Innocentium VIII. & tamen illi distinctim & separatim enumerato Monasterio S. Leonardi, retulerunt etiã illud S. Saluatoris sub illo appellatiuo Syluælacus. At hęc obiectio parum nos vrget. Agnouimus enim vnionem illam ab Alexandro IIII. confirmatam, non semper durasse; vt enim ex dictis patet, tempore introductionis obseruantiæ regularis, duæ illæ domus S. Saluatoris de Fultignano, & S. Leonardi de Syluadelacu, non gubernabantur sub vno capite immediato, neque vnum capitulum censebantur. At denominatio Syluælacus sic à tempore prædictæ incorporationis inhæsit Cœnobio de Fultignano, vt etiam post dissolutam vnionem permanserit. Denominationes enim huiusmodi sæpe destructo etiam fundamento perseuerant. Vndè Guillelmitæ vocati sunt Parisijs Fratres albi mantelli, non quia albo mantello vterentur, sed quia in Conuentu Parisiensi successerunt Fratribus Dominæ nostræ de Areno, qui mantellis albis vtebantur: *Constat enim* (ait Sampson Haius libro de veritate vitæ, & Ordinis sancti Guillelmi) *Et Patres nostros, & Monasterium nostrũ alborum mãtellorum priscum nomen à priscis illius colonis semper retinuisse; vt plerique etiam nunc mirentur quòd cũ pullis exteriùs vestibus induamur, tamen ab albis penulis nomen sortiti videamur, &c.* Quid ergo mirum quòd Cœnobium Fultignanense, etiam post dissolutam vnionem cum Cœnobio sancti Leonardi de Syluaelacus, denominationem Syluælacus, quam semel ab vnione acceperat, retineret? V p. 70.


Addit Author X me aliquid difficultatis, seu obie- X Sect. 8. §. 1, n. 16. p. 306.

ctæ

ctæ ab ipso contradictionis subodoraſſe, cum num. 22. recitatis verbis Ambroſij Landucij aſſerentis B. Bandinum fuiſſe Priorem Cœnobij Ilicetani anno M. CC. XX. ſubiunxi non apparere conuenientia teſtimonia ad id determinatè aſſerendum: *Neque immeritò* (addit Author) *quomodo enim tunc Prior potuit eſſe Auguſtinianus in Cœnobio Ilicetano, in quo ſub illud tempus adhuc inſtitutum non erat Auguſtinianum, introducta ibidem S. Doctoris Regula non niſi poſt annum* 1231.

Fateor me nihil difficultatis, aut contradictionis odoratum fuiſſe ex ea parte, quam obijcit Author. Neque verba mea id vel leuiter innuunt. Hæc enim ſunt: *Cæterum licet tempora conueniant, non apparent conuenientia teſtimonia ad id determinatè aſſerendum*; nempè, B. Franciſcum obtinuiſſe facultatem a Fr. Bandino, Priore Cœnobij S. Saluatoris de Sylualacus, ad arctiorem vitam aſſumendam. Dixi ergo conuenire tempora, quia eodem ferè tempore floruere Franciſcus, & Bandinus. Dixi, non eſſe conuenientia teſtimonia ad id determinatè aſſerendum, propter duo. Primô. Quia facultas illa debuiſſet dari anno 1208. vel 1209. plus minusvè; & tamen Prioratum Fr. Bandini, nullus Author, quem legerim, inchoauit ante annum 1220. Secundô. Quia B. Franciſcus (ſi fuit Auguſtinianus) fuit potiùs in Congregatione B. Ioannis Boni, ad quam non ſpectabat Cœnobium Ilicetanum, quod iam diu ſub Regula D. Auguſtini militauerat.





DIF-

DIFFICVLTAS IIII. DE TESTIMONIO B. Iordani de Saxonia.

Yc.21. §.1.pa. 354. Zin lib. vit. Fratrum. Adduxit Marquez Y in testem Monachatus Augustiniani S. Francisci B. Iordanum de Saxonia; Z indè etiam ostendens Bergomensem non fuisse primum illius assertorem. Plura contra hoc testimonium Author obiecit, A lib. 1. cap. 8. in Apologetico. A Nos illa dissoluimus in Responsione B Res. 5. n. 693. & pag. 360. pacifica. B Modo Author in noua Defensione, C sed tacito assensu, ne expressè fateatur aliquid ab ipso dictum, C Sect. 8. §. 2. n. 2. pa. 311. quod scitè defendi non possit; acquiescere videtur in pluribus, dum tantùm ait se paululū hæsurum in duobus; nempe, quòd Author libri Vitas Fratrum floruerit trecentis annis ante M. Marquez scriptionem; & quòd Author fuerit Iordanus. Et distributis ex ipso libro, vt ipse putat, probatisque Authoribus, temporum interuallis; deinde quod sit ex annorum computo ferendum iudicium circa opus ipsum, operisque Authorem, nobis vltro subiecit. Nos eius vel obiectiones, vel annotationes referemus singillatim, & clarè (vt arbitror) retundemus.

Igitur postquam de æuo, quo Iordanus viuere incæpit, plura retulit Author, quæ nos in Responsione pacifica ostendimus, ex quibus conuicimus Iordanum floruisse annis à mea scriptione tercentum, & ampliùs, vt pote qui iam Eremita Augustinianus interfuit Capitulò generali Ariminensi, an. 1318. in quo indignè accusatus est, B. Simon de Tuderto, qui ann. 1322. Indict. 5. die 20. Aprilis Bononiæ decessit; sic Author obiecit. Quia Iordanus de Saxonia, vel me ipso referente, D prętergressus est annum 1400. D Resp. 5. num. 723. p. 371. Licet enim Posseuinus eum circa annum 1389. vixisse asserat, Philippus tamen Bergomensis, Pamphilus, Romanus, Crusenius, Eysengrenius, Compendium rerum Ordinis, Trithemius, Sixtus Senensis, Gratian.*, Gesnerus, & Ciaconius, (quos omnes, Gesnero excepto, nos citauimus in Responsione pacifica, Resp. 5. num. 811. pag. 365.) post annum 1400. Iordanum floruisse conscribunt, nullo assignato mortis tempore, quæ in posteriores annos transmittenda est. E sect. 8 §. 2. n. 8 p. 371. Perpende quæso (ait Author) an is potuerit

 tan-

tanquam Generalis Capituli membrum, vt ipse loqueris, & ex eius libro benè deducis, Ariminensi anno 1308. (*est error prœli. Debet dicere* 1318.) *interesse, & consequẽter nasci ante annum millesimum.*

Ad hanc obiectionem dicimus tria. Primum est, vel Author credit Iordanũ fuisse prætergressum ann. 1400. vel non? Si credit, cur existimat librum increuisse varijs aliorum additamentis; quia de rebus circa annum 1400. transactis Historiam contexit? Optimè enim potuit Historiam de illis contexere, si prætergressus est ann. 1400. Siverò non credit, vt verè nõ credit, *F* cur miratur nos dixisse eosdem Authores per errorem protrahere Iordani vitam vltra ann. 1406? Præsertim, cum hi omnes secuti videantur Bergomensem, qui in suo Supplemento *G* sub an. 1406. constituit Bartholomæum de Vrbino, immediatè ante Iordanum; & tamen certum est Bartholomæum circa ann. 1350. E viuis excessisse. Vndè sicut Bergomensis errauit in Bartholomæo, errare potuit in Iordano.

F *n.* 14. *p.* 317.

G *libr.* 14. *fol.* 265.

H *Resp.* 5. *num.* 724. *p.* 372.

Secundum est. Adeo euidens est, vt diximus in Responsione pacifica, *H* librum Vitas Fratrum, à Fiulzanio editum, esse Iordani de Saxonia, vt necessariô fatendum sit vnum de duobus; nempè, vel Iordanum non superuixisse vsque ad an. 1410. quòd sit persuasibilius; vndè, & Antonius Posseuinus è Societate Iesu, *I* eum retrahit ad annum 1389. sic inquiens: *Iordanus de Saxonia, Quinte Limburgi natus Ordinis D. Augustini, vir magnæ sanctitatis, qui vixit circa annum* 1389. Posseuino fauet Fabius Iustinianus in Bibliotheca Vallicellana in Appẽdice, verbo: *Chronica Religionum*, Versiculo, *Augustinianorum*, Vbi indicat Ordinis Apologiam fuisse à Iordano scriptam an. *1389.* Vel dicẽdum est vixisse plusquam centum annis, & in Ordine Augustiniano circiter nonaginta, vt pote, qui ann. 1318. & 1326. vt constat ex dictis, iã erat Augustinianus. Neque hoc adeò insolitum, vt fiat incredibile adeo, vt ne hoc credatur, veritas respuatur, quę negari non potest.

I *to.* 1. *appar. sacri.*

Tertium est. Persuasibilius mihi est, vt ibidem dixi, Iordanum non superuixisse vsque ad an. 1410. inmô sine dubio obijsse circa ann. 1380. Etenim in Registro Fr. Bartholomæi de Venetijs, Generalis, quod vidi, ab anno

anno 1387. vsque ad 1393. (periere alia Registra antecedentia, & subsequentia, quæ clariorem lucem afferre potuissent) cum de varijs Patribus prouinciæ Saxoniæ, & aliarum Germaniæ, passim mentio habeatur, de Iordano neque verbum extat. Erat eo tempore Saxoniæ Prouincialis Lector Fr. Federicus, siue Theodoricus Sperisen die 1. Aprilis an. 1387. & eodem anno, die 19. Septembris; & die 9. Nouēbris, in quo confirmat Generalis reelectionē eius in Prouincialem Saxoniæ; & an. 1388. die 21. Maij fit mentio Capituli Prouincialis an. 1389. celebrandi, & die 6. Iunij ann. 1388. adhuc Theodoricus Sperisen erat Prouincialis Saxoniæ; & die 16. Martij ann. 1389. constituit studentem Oxoniæ pro gradu lectoriæ finaliter consequendo Fr. Ioannem Zachariæ prouinciæ Saxoniæ. Et die 1. Octōbris ann. 1389. confirmat Generalis gratias Fr. Tederico Sperisen Prouinciali Saxoniæ; & die 17. Maij an. 1391. Die autē 18. Maij eiusdem anni fit mentio Fr. Ioannis Præfecti, Prouincialis Saxoniæ, & die 19. eiusdem mensis & anni meminit Generalis Theodorici Sperisen Lectoris, & Fr. Ioannis Præfecti Prouincialis, qui die 13. Ianuarij an. 1393. in eodem officio perseuerabat. Die autem 28. Iunij an. 1393. electio Fr. Tyderici Sperisen in Prouincialem Saxoniæ confirmatur.

Sed cōtra hoc tertiū instat Author. *K* Primô. Quia leue hoc fundamentum, vt tot Authorum summa concordia contestantium Iordanum post annum quadrigentesimum claruisse, fidem infringam. Sed contra hoc est. Quia vel ipse credit Authoribus id concorditer contestantibus, vel nō. Si credit, cur ea, quæ enarrantur circa an. 1400. non tribuit Iordano, & ab alijs Authoribus censet adiecta? Si non credit, & summam eorū Authorum concordiam infringit (vt sine dubio infringit asserens *L* eos fuisse deceptos, quia liber: *Ijs creuerat annorum gestis, vt nihil mirū sit qui de scriptoribus egerunt Ecclesiasticis, Iordanum libri inscriptum Authorem vltra annos 1400. transiuexisse.*) Cur & nos eorundem Authorum eandem concordiam non infringemus? An ipse potest eorum testimonia infringere? & nobis non licet?

K Sect. 8. §. 2. n. 10. p. 314.

L n. 14. p. 317.

Dicet forsan ex suo fundamento sequi necessariò Authorum errorem; ex taciturnitate autem Regesti (*quid si mutili, aut imperfecti?*) non

eam nobis ingerendam fiduciam, vt quem non legimus ibi Iordanum, sine dubio, cōtra tot Authorum fidem, tūc asseram defunctum; pręcipuè cum per totum meum opus potioris fundamenti ab authoritate negatiua, vel ab Authorum silentio deducta argumenta refellam.

Respondeo fundamentum Authoris non esse firmius ad infringendam fidem Authorum. Potuit enim Iordanus viuere centum, & ampliùs annos. Si ergo eo non obstante eorum infringit fidem; cur & nos illam non infringemus ex taciturnitate Regesti, nō mutili, & imperfecti, sed integri, & illæsi, omnia Generalis rescripta loco, die, mense, & anno assignatis, sine vlla interruptione continentis, in quo de varijs Patribus Prouinciæ Saxoniæ, & aliarum Germaniæ, passim mentio habetur; & de Iordano neque verbum extat. Neque hoc est argumentum vtcumque ab authoritate negatiua; vt sic enim non inferret moralem rei certitudinem, sed ab authoritate negatiua Registri per sex annos continuos disponentis res eiusdem prouinciæ, & mentionem facientis plurium aliorum minoris notæ. Vndè fit moraliter incredibile Iordanum per eos omnes annos in viuis fuisse, & nullam illius mentionem tanto tēpore fieri

Cum autem dicimus Iordanum obijsse circa an. 1380. non negamus potuisse vitam protrahere vsque ad annum 1389. vel 1390. Ideô enim notanter non diximus obijsse anno 1380. sed circa annum 1380. vt enim ipse Author rectè obseruauit, in Apologetico: *M Neque temporis certi quidpiam habetur ex ambigua mensura voculæ*, circa, *cuius tanta mensurandi latitudo apud Chronologos in referendis ijs, quæ certis annis non constant, vt sub decennio, & sæpiùs vltra, quoscumque numeros à parte anteriori, vel posteriori liceat effingere, cuius rei exempla vbique sunt obuia apud Annalistas.* Hæc Author *M §. 1. n. 11. p. 20.*

Sed instat secundô. Quia sine dubio Iordanum post annum 1380. vixisse demonstrauit. Etenim lib. 2. ca. 22. agit de Bonauentura Patauino Cardinali iam defuncto, quē è viuis proditoriè sublatum anno 1389. scribunt, Onuphrius, Ciaconius, Bzouius, Scardeonius, & Portenarius. *N Resp. 5. num. 705. p. 363. & n. 706. p. 364.*

Respondeo plura. Primum est, iuxta ea, quæ dixi in Responsione pacifica; *N*

ea,

ea, quæ ibi de Bonauentura habentur, addita videntur ab aliquo posteriore; vel ab eodem Iordano in secunda eiusdem operis publicatione; quia, vt adnotauit M. Antonius Massa Salernitanus in notis ad idem caput pag. 174. vt & nos vidimus in ipso antiquo exemplari: *Ab illis verbis*. Item R. P. Fr. Thomas, *ad finem vsque illius capitis non habentur in alio exemplari*. Vndè addidimus hunc librum fortassè à Iordane bis editum. Primô, circa annum 1356. & tunc nihil egit de Thoma de Argentina, egit tamen de Iubileo, peste, & suo Prouincialatu, quæ anno 1350. contigerant; secundo verô, circa annum 1380. & tunc meminit Thomæ de Argentina, & aliorum. Diximus autem circa an. 1380. à parte anteriori, & posteriori comprehendentes plures annos, vt abstraheremus ab opinionũ varietate circa annũ mortis Cardinalis Bonauenturę.

Secundum est. De promotione ad Purpuram, & obitu Bonauenturæ variè nimis sentiunt Authores. Electum Luceriæ in Apulia, siue Nuceriæ in Cãpania, in quarta creatione die 14. Decẽbris anno 1384. Ciaconius in Pontificibus, & Cardinalibus, O & Portenarus in Felicitate Patauina; P electum verô Nuceriæ Christianorum in Apulia, in quarta creatione 7. Idus Ianuarij an. 1385. (per errorẽ pręli M.CCCXCV.) refert Onuphrius; Q & quoad annum sequuntur Onuphrium Hieronymus Roman in Centurijs; R Iosephus Pamphilus in Chronica, S & Crusenius in suo Monastico. T At nos in Responsione pacifica, V verius existimauimus electum Bonauenturam in prima creatione an. 1378. Ex eo autem id colligebamus, quia inter Epistolas B. Catherinæ Senensis, quæ ann. 1380. migrauit ad Sponsum, reperitur vna ad nostrum Bonauenturam iam Cardinalem; & quia in epitaphio sepulchri indicatur Bonauenturam anno 1379. requieuisse. Assensit quoad annum electionis Author, X asserens se vti certissimũ habere Bonauenturã fuisse enuntiatũ Cardinalẽ in prima creatione an. 1378. die 29 Septemb. tũ ex actis Cõsistorialibus, tũ quia in duabus Bullis Antipapę Clementis VII. vidit connumeratum Bonauenturam inter Cardinales viuentes an. 1379.

At nunc potiùs credo Bonauenturam purpura honestatũ in secunda creatione an. 1379. Sic enim habetur in ei-

O *Col.* 990.

P *lib.* 9. *ca.* 7. *p.* 390.

Q *pag.* 246.

R *Cent.* 10. *f.* 73.

S *f.* 64.

T *p.* 3. *c.* 20. *p.* 162.

V *Resp.* 5. *n.* 681 *p.* 356.

X *Sect.* 8. §. 2. *n.* 11. *p.* 315.

antiquo Epitaphio in lapide ſepulchri in Capella S. Nicolai in Cœnobio Romano S. Auguſtini.

Padua poſt ſolio profe-
ctus Cardinis indè
Anni milleni decies ſep-
temque triceni
Additis bis nouem. Chri
ſti requieuit in vrbe,
&c.

In quibus Carminibus manifeſtè fit mentio ann. 1379. & cum hic annus non poſsit attribui eius obitui, vt olim deceptus exiſtimaueram; attribuendus videtur promotioni. Et ſanè electum fuiſſe an. 1378. vel 1379. etiã ſuadent ea, quæ apud Iordanum
Y *lib.* 2. *c.* 22. *p.* 173. Y adijciuntur. Ibi: *Fuit etiã aſſumptus ad Generalatus* (errore preli habetur, Cardinalatus) *officium, & poſtmodicum tempus* (atque adeo, vel an. 1378. vel 1379. quia electus fuit Generalis die 17. Maij an. 1377.) *Per Dominum Vrbanum Papam VI. factus fuit Presbyter Cardinalis S.R.E. &c.*

De obitu Cardinalis Bonauenturæ, non minor eſt diſſenſio inter Authores. Nos olim ex epitaphio Sepulchri agente de anno 1379. intulimus eum decẽſsiſſe an. 1379. ſic enim carmina referebantur, vt annus 1379. videretur coniungẽdus cum illis verbis, *Chriſti requieuit in vrbe.* Errauimus, non ſine fundamento errãdi, ſed errauimus; quia ea, quæ poſtea vidi, non legeram. Nũc autem in Alphabeto Auguſtiniano oſtendo nõ obijſſe ante an. 1381. Quando autem Reſpon. 5. n. 718. pag. 369. habetur Bonauenturam deceſsiſſe anno 1389. ſic emmendãdũ eſt ex noſtro Authographo. *Qui (ſi vere quidam aiunt) obijt an. 1389. vndè liber tranſcribi debuit poſt an. 1390. &c.* Quod ita ſcripſimus, vt daremus aduerſario illud Iordani exemplar non eſſe antiquius anno 1390. Quanto autem poſtea tranſcriptum ſit, non cõſtat; licet conſtet ſcriptum eſſe in charta pergamena, charactere antiquo, & præ antiquitate aliquantulum obſcurato, per manum Fr. Liberati Taruiſini, Eremitæ Auguſtiniani.

Sed quo anno poſt annum 1380. ad cœlos abijt Bonauentura? Annum 1396. præſcribunt Pamphilus, Z & Cruſenius; A annum 1390. die 10. Iunij ex Onuphrio, ſed alterius editionis ſpuriæ, Gregorius Garnefelt in vita B. Nicolai Albergati; annum 1389. Porſenarus vbi ſupra, Panuinus, B & Ciaconius; C D annum 1387. Hieronymus Roman; D & deniquè annum 1386.

Z *f.* 67. *p.* 2.
A 3. *p.* 21. *pag.* 163.
B *p.* 249
C *col.* 990.
D *cẽtur* 16. *f.* 73. *p.* 2.

1386. Ciaconius in vitis Pōtificum, & Cardinalium, vbi sic habet: *E Anno Christi 1386: Pontificatus Papæ Vrbani anno 9. Fr. Bonauentura Patauinus de Carraria, &c. Romæ mortuus est.* Vndè quando supra col. 990. habetur an. 1389. decessisse, errori præli tribuendum est, cum ibi non assignetur annus Pōtificatus. Ego valdè inclinor, dum clarior lux non affulget, vt credam Bonauenturam an. 1386. ad superos euolasse, & non superuixisse vsque ad ann. 1389. cum in Registro Generalis Bartholomæi de Venetijs de anno 1387. vsque ad 1393. nulla fiat mentio de Cardinali Bonauentura, cum tamen passim habeatur de alijs Prælatis Augustinianis.

E Col. 995.

Tertium, quod respondeo, est. Etiam si Bonauentura obierit an. 1389. nil probat Author contra nos. Quia, vt diximus in Responsione pacifica, *F* ea quæ ibi habentur de Bonauentura, fortè addita sunt ab alio posteriore, cum non habeantur in antiquioribus exemplaribus; vel ab ipso Iordano in secunda operis publicatione, si an. 1389. viuebat; quod non negauimus, cum tantum dixerimus obijsse circa an. 1380. & qui anno 1389. vel 1390. vita fungitur, rectè dicitur, vel ipso Authore teste, circa annum 1380. decessisse. Atque adeo nil contra nostrum assertum indè Author elicuit.

F Resp. 5. n. 705 p. 363.

Instat tertiò Author. *G* Quia lib. 2. cap. 8. testatur Author libri Vitas Fratrum se habuisse Priorem Bononiæ Fr. Ioannem de Lana, eumq; in eadem vrbe in bona senectute emigrasse. At Ioannem decessisse an. 1398. habet Cathalogus Beatorum Bononiensium apud Cardinalem Paleottum lib. de Regimine Ecclesiæ Bononiensis; *H* & Hieronymus Romanus in Cēturijs; *H* eumque Pamphilus, *I* & Crusenius *K* sub an. 1400. enumerant; *quibus* (ait Author vbi supra) *Lectores firmius adhærebunt, quàm leuiusculæ tuæ coniecturæ, & suppositioni à te factæ, n. 708 propter quas eum obijsse ante ann. 1356. imaginaris.* Potuisset etiam Author addere Compendium rerum Ordinis anno 1549. editum, *L* vbi etiam sub anno 1389. collocatur.

G sect. 8 §. 2. n. 12. pag. 315.

H f. 195

H Cent. 11. f. 76.

I fo. 68.

K p. 3. c. 21. pag. 164.

L f. 44. p. 2.

Respondeo duo. Primum est. Si Iordanus superuixisset vsque ad an. 1400. vt Author modô ait, modô negat, mirum non esset, quôd de Ioanne de Lana an. 1398. defuncto narrationem contexeret; neque oporteret recur-

rere ad additamenta Iordani libro ab alijs assuta. Secundū est. Falluntur Authores, qui obitum B. Ioannis de Lana sub anno 1398. constituunt. Neque simplex Authoritas trium, vel quatuor Authorum, quorum antiquior scripsit an. 1549. opus suum, præferri debet coniecturæ, & suppositioni nostræ, quamuis eam vocet Author leuiusculam. Alij forsan, aliter iudicabunt. Credimus ergo, vt diximus in Responsione pacifica, *M* B. Ioannem de Lana multò ante annum 1398. ad cœlos abijsse. Id autem suademus primò. Quia ea, quæ habet liber Vitas Fratrum de B. Ioanne de Lana, extant in antiquo exemplari, in quo nihil habetur de Thoma de Argentina, qui anno 1357. decessit. Ergo signum est Ioannem de Lana, ante an. 1357. decessisse. Secundò. Quia Iordanus edidit ante an. 1357. hoc opus, in quo nō meminit Thomæ de Argentina; & tamen meminit B. Ioannis de Lana iam defuncti. Tertiò. Quia in Registro Bartholomæi de Venetijs ab an. 1387. vsque ad 1393. nulla prorsus fit mentio Ioannis de Lana, cū passim fiat aliorum plurimorum minoris notæ Patrum Bononiesiū; quod non est facile creditu, si Ioannes esset inter viuos. Quartò. Quia Ioannes de Lana legit Parisijs sententias, ad minus circa an. 1325. cum Gregorius de Arimino, qui annò 1358. obijt Generalis, in prologo, quæst. 2. art. 1. citet Ioannem de Lana ex Prologo, quæst. 8. art. 1. Nonne cū legeret habebat quadraginta annos? Gregorius enim de Arimino an. 1344. sententias Parisijs legebat, cum plures quam quadraginta annos haberet. Et in Capitulo Neapolitano ann. 1300. missus fuit ad legendas sententias Parisijs B. Augustinus de Ancona, cum ageret annos 57. plus minusve. Si ergo obijt anno 1398. erat annorum 113. cū vita functus est; quod non omisisset Author libri Vitas Fratrum, qui notauit eum in bona senectute emigrasse. Quintò. Quia idem Author libri Vitas Fratrum testatur se (scilicet, dum studens esset Bononiæ, & discipulus M. Prosperi de Regio) habuisse illum Bononiæ Priorem, eūque in bona senectute Bononiæ emigrasse; sed Iordanus an. 1331. erat Lector Erfordiensis, & Magdeburgum à censuris absoluit. Ergo cum Ioannes de Lana erat Prior, & Iordanus de Saxonia erat studens, currebat saltem annus 1327. Quis autem credat

M Resp. 5. num. 708. p. 364.

dat sinē testimonio Authoris antiqui post Prioratum Bononiæ vixisse 71. aut ampliùs annos, vsque ad an. 1398. Videat nunc Lector, an nostræ coniecturæ sint leiusculæ; vel potiùs graues, & quæ præferri debeant simplici authoritati recentiorum, qui id desumpserunt ex Compendio rerū Ordinis, quod in Chronologia temporum non paucos admiscet errores. Sic fol. 44. pag. 2. B. Simonē de Tuderto sub ann. 1402. constituit; & tamen certissimum est Simonem an. 1322. mortalia reliquisse. Fortassis illius Author reperit obijsse an. 1348. & ignoranter legit an. 1398.

N Sect. 8. §. 2. n. 13. p. 316. Instat quartò Author. Quia meus Iordanus agit de Ludolpho Camoslario, quem Pamphilus & Crusenius ad an. 1400. deducunt; & nulla hic est nota M. Antonij Maffæi circa Codicum varietatem, vti apposuit ad c. 22. lib. 2. in quo tractatum est de Bonauentura Patauino. His addimus Hieronymum Romanum in Centurijs, O constituisse Ludolphum circa an. 1389. Et quod magis est in Registro Generalis Bartholomei de Venetijs sub Dat. Senis die 4. Martij anno 1387. sic habetur: *Concessimus F. Ludolpho de Goslaria licentiam sibi eligendi semel in mense Sacerdotē idoneum, qui ipsum nostra authoritate absoluere possit, sicut & nos possemus, si nobis confiteretur.*

O Cent. 10. f. 74.

Respondeo plura. Primum est. Falluntur Pāphilus, Crusenius, & Romanus, sicut & in pluribus alijs. Fortassis Registrum Bartholomæi de Venetijs fuit illis occasio errandi, dū an. 1387. memoriā inueniunt Ludolphi de Goslaria, & eum cum Ludolpho de Camoslaria confundunt. Mirum sanè est quantum Author deferat historijs, etiam recentioribus, in rebus antiquis, cū ipsi fauēt; & quantū detrahat, etiā antiquis, cū aduersātur. Secundū est. Ludolphus, de quo agitur in Registris, diuersꝰ est à Ludolpho, de quo agit Iordanus. Primò. Quia Ludolphus Registri, est Ludolphus de Goslaria, Ludolfus verò Iordani, est Ludolphus de Camoslaria. Secundò. Quia Ludolphus Registri nullum titulum præfert; Ludolphus verò Iordani: P *Reuerendus Pater Lector, & olim Prouincialis in Ordine Fr. Ludolphus de Camoslaria*, indigitatur. Registrum autem illius temporis titulum Lectoris non omitteret, sicut neque omittebat in alijs. Tertiò. Quia Iordanus loquens de Ludolpho iam defuncto, narrationem concludit his verbis: *Hoc factum ipse mibi*

P lib. 2. c. 18. p. 146.

postmodum familiarissimè, secreta collatione manifestauit. Quæ verba nullus in libro Iordani, nisi Iordanus insereret. Et tamen sunt in exemplari, in quo nulla est memoria Thomæ de Argentina an. 1357. defuncti. Ergo Ludolphus, de quo agit Iordanus, ante ann. 1357. decessit. Si enim Iordanus (vel quisquis sit Author) in antiquis exemplaribus loqueretur de Ludolpho an. 1389. vel circiter defuncto, cur in eisdem non ageret, sicut non agit, de Thoma Argentina, Gregorio de Arimino, & alijs, qui ante an. 1389. decessere? Tenendum ergo nobis est Ludolphum de Camoslaria, de quo agit Iordanus, ante annum 1357. obijsse, & esse diuersum à Ludolpho de Goslaria, de quo egerunt Registra an. 1387.

Instat quintò Author. Q quia Author libri Vitas Fratrum, lib. 2. cap. 20. agit de peste, & anno Iubilæi, quę in an. 1400. probabilius reijcienda videntur. Author enim Codicis sic ait: *Nuper in anno Iubilæi peruadente pestilentia per mundum*; additque paulo infra, transacto Iubilæo sedatam fuisse pestilentiam. Hoc autem potiùs competit pesti, & Iubilæo an. 1400. quæ ipso anno Iubilæi

Q Sect. 8. §. 2. n. 14. p. 316.

incœpit, quàm an. 1350. quæ fuit triennalis: *Habemus ergo* (ait Author) *siue Iordanum, siue alium huius libri Authorem, millesimum quadringentesimum excessisse.*

Fauet Authori ex parte Felix Milensius in suo Alphabeto Monachorum, & Monasteriorum Germaniæ, edito ann. 1613. vbi sic ait: R *Erat Prouincialis suæ prouinciæ anno vniuersalis Iubilæi, nimirum millesimo quadringentesimo.* Addidit infra: S *Itaque ea visio, quæ Fratri nostro incerti nominis facta est, de vnione Filiorum cum suo Patre Augustino in Ticinensi Basilica, de qua visione meminit ipse Iordanus, lib. 1. de Vitis Fratrum capite decimo octauo, vix potest de Iordano interpretationem vllam recipere, &c.* Supponit Milensius floruisse Iordanum an. 1409. siue triennio ante, vt collocat Supplementum Iacobi.

R *p. 71.*

S *p. 74.*

Sed decipitur manifestè Milensius; adeoq; clarè ostendimus in Responsione pacifica T eam reuelationem Iordano factam, vt si certò cōstaret Iordanum ann. 1400. fuisse Prouincialem, admittendum esset eum vixisse vltra centum annos; neque ob id euitandum negari deberet eam reuelationem Iordano fa-

T *Resp. 5. num. 72. p. 362.*

factam, cùm clarè constet ex ipso Iordano, lib. 1. cap. 8. eũ iam Augustinianum interfuisse cuidam Capitulo generali, in quo accusatus fuit B. Simõ de Tuderto, qui ad cœlos abijt an. 1322. die 20. Aprilis. Vndè manifestum est, vel Iordanum non fuisse Prouincialem anni. 1400. neque floruisse an. 1409. vel 1406. vel credi debere eum centenariã ætatem attigisse; quia extra omne dubium est Iordanum ante annum 1326. fuisse Augustinianum.

Reiecto igitur, & conuicto errore Milensij; Ad obiectionem Authoris respondeo, Iordanum loqui de peste, & Iubilæo anni. 1350. vt ostendi in Responsione pacifica. V Id autem nunc demõstro clarius. Primò. Quia tẽpore eius pestis, & Iubilæi, de quo agit Iordanus, erat Prouincialis. Sic enim ait: X *Cum nuper in anno Iubilæi peruadente pestilentia per mũdum Fratres passim festinarent concurrere Romã. Quod si permissum fuisset, Conuentus nonnulli quasi vacui Fratribus remansissent. Quod cernens ego, cui tunc cura Fratrum prouinciæ nostræ incũbebat ex officio, &c.* Et infra. *Verùm anno illo Iubilæi transacto, & pestilẽtia diuinitus sedata, & officij mei sarcina depósita, &c.* Quis autem crederet, nisi aliàs certissimè cõstaret, eum fuisse eo tempore Prouincialem, iam ferè centenarium, eaque gessisse, quę ipse de se refert vbi supra, Y dum esset Prouincialis? *Et tertium* (ait) *non minùs stupendum mirum (& si dici fas est,) miraculum, quod mihi accidit agenti in Prouincialatus officio. Cum enim vt moris est in prouincia nostra, in curru cum socio meo irem de Conuẽtu ad Conuentum, contigit, vt in manus prædonum inciderẽ, qui me equis, & quibusdam alijs rebus spoliantes, famulum insuper meum secum abduxerunt captiuum, &c. Coacti igitur alleuiare currum, & equos, pedita uimus* (esset Iordanus an. 1400. ferè centenarius) *per semitas, curru per viam latiorem incedente. Vndè factum est vt à curru longè segregaremur aquis prohibentibus, & tenebris, ne cõuenire valeremus, &c.* Postea remansit ipse solus; & tandem peruenit ad vrbem, & Conuentum ingressus est iam pulsato signo ad matutinum.

Secundò idem probo. Quia de hoc Prouincialatu, tempore pestis & Iubilęi, (vt nos oculis inspeximus, & in nostris excerpsimus) loquitur Author in antiquo exemplari, in quo non loquitur de Tho

Marginal notes: V n. 705 & 706. p. 363. — X lib. 2. c. 20. p. 159. — Y p. 157

ma de Argentina, Bonauentura, & alijs. Si autem ageret de Prouincialatu ann. 1400. cur non loqueretur de Thoma de Argentina, Bonauentura, & alijs, qui iam præcesserant? Tertiò. Quia quantum conijci potest ex Registris Ordinis, vel obijt ante an. 1387. vel non multò post, nempè ann. 1389. vel 1390. Iordanus libri Author.

Neq; vrget fundamentum Authoris. De ann. enim 1350 verissimum est, quòd peruadente pestilentia per mundū Fratres passim festinabant concurrere Romam, & quòd transacto anno Iubilæi sedata fuit pestilentia. Omnes enim Authores affirmant eam pestem incæpisse an. 1348. & per triennium durasse. Vndè in libro MS. Bibliothecæ Ecclesiæ Dertusensis hanc memoriam inueni. 1348. *Pestis oritur in Oriente, finitur in Occidente. Remansit pauca gens. Qui vidi, testimonium perhibui. Scripsit Ioannes de Castris, Thesaurarius sedis Dertusæ.* Et D. Iacobus Sionis, Episcopus Dertusensis in suo Registro, fol. 41. in quodam instrumento de an. 1349. sic loquitur: *Cum igitur diuina operante iustitia, Epidemialis pestilentia in his partibus, adeo peccatis nostris exigentibus inualuerit, quòd vix dimidia pars hominum noscitur superesse, &c.* Occasione igitur huius pestis, & nouæ concessionis de reductione anni Iubilæi ad annum quinquagesimum, creuit anno 1350. concursus hominum ad vrbem Romanam, & passim Fratres Romam concurrere festinabant. Vndè Andreas Victorellus in additionibus ad Ciaconium sic ait: Z *Incredibilis penè fuit populorum Romam eo anno* (scilicet 1350.) *concurrentium multitudo, de qua multi, quorum testimonia part. 2. Hist. 12. Iubilæi recensui. Meierus lib. 13. Annalium Belgij.* Maxima (*ait*) frequentia Occidentale vulgus Romam concurrerunt, &c. *Chronicon magnum Belgicum.* Anno Iub. 1350. innumerabilis populus vtriusque sexus perrexit turmatim Romam: *Author vitæ Nicolai Rentij, qui tunc viuebat.* Venne à Roma tutta la Christianita, &c. Z c. 907

Post has obiectiones Author post exactam, vt ipse ait, A libri discussionem, censet librum Vitas Fratrum non esse vnius viri opus. Neque enim, qui Comitijs Ariminensibus anni 1318. tanquam vir Capitularis, aut Capituli membrum, vti ego loquor (sic credi- A Sect. 8. §. 2. n. 14. p. 317.

didit Author, sed deceptus) interfuit; potuit de rebus sub anno 1400. transactis historiam contexere: *Atque idipsum* (addit Author) *tu-mecum sentis, dum aliqua à posteriori fateris adiuncta.* Arbitratur itaq;operis corpus, & in quatuor illas communiones distributionem varijs rationibus, multorumque testimonijs, Iordano Saxoni tribuendam, qui hunc laborem ante annum 1350. subire potuit; non tamen à Iordano adiecta vniuersa exempla in confirmationem adducta;sed librum per aliorum manus transijsse,& augmentum accepisse.

Ast hæc Authoris censura magnas patitur difficultates, & longè à veritate abesse demonstratiuè conuincitur. Et vt cum Hieronymo dicam Epistol. 65. ad Pammachium: *Illud verò, quod asserunt, à quibusdam hæreticis, & maleuolis hominibus libros esse violatos, quàm ineptum sit, hinc probari potest.* Quia contra est. Primô, quia quis credet fuisse vllum tam impudentem impostorem, qui suppresso suo nomine, operi B. Iordani totum immisceret exempla, quorum ipse se testem exhiberet, cum ignorare non posset omnes existimaturos, Iordanum loqui, & testari ea, quæ referebantur? Et sanè, ferè omnia exempla, quæ Author vult ab alijs assuta, adducuntur à libri Authore, tanquam à teste oculato, vt constat ex dictis.

Secundô. Quia quomodo potuit aliquis omnia exemplaria operis Iordani in toto orbe existentia his additamentis replere, ita vt nullus sit Iordani liber, qui ea non habeat, his exceptis, quæ ad finem capitis 22. lib. 2. adijciuntur de Thoma de Argentina, de Bonauentura Patauino, & alijs? Ea autem omnia, quæ Author vult addita ab alio, nos vidimus contineri in antiquo exemplari, in quo desunt ea, quæ ad Thomam de Argentina, & Bonauenturam Patauinum, & quosdam alios spectant. Mirum sanè esset industria vnius hominis potuisse effici, vt omnia antiqua exemplaria Iordani perirent; & ea tantùm, quæ ipse corruperat, permanerent; essetque solus Iordanus, cuius scripta in toto Orbe corrumperentur. An de Iordano dicemus, quod de Origene contra quosdam simili modo respondentes obiecit Hieronymus? B *Solus inuentus est Origenes, cu-*

B *Ad Pammachium p. 286. ep.65.*

cuius scripta in toto orbe falsarentur; & quasi ad Mithridatis litteras omnis veritas vno die de voluminibus illius raderetur? Si vnus violatus est liber, num vniuersa eius opera, quæ diuersis, & locis, & temporibus edidit, simul corrumpi potuerunt?

Tertio. Quia fallitur Author, dum tradit me asseruisse Iordanum an. 1318. interfuisse Capitulo Ariminensi tãquam Capituli membrum. En verba nostra: C *Necessariò ergo fatendum est Authorem huius libri ante an. 1322. interfuisse cuidam Capitulo generali Ordinis Augustiniani, tanquam membrum illius, &c.* nempè tanquam membrũ Ordinis Augustiniani, qui immediatè præcesserat. Neque aliud erat necessariò fatendum ex verbis Iordani, qui tantùm dixerat: D *Hic à quibusdam æmulis suis grauiter delatus fuit apud Priorem generalem, in Capitulo generali, me præsente, licet ipse fuerit absens, &c.* Ex quibus non necessariò fatendum Iordanum an. 1318. fuisse virum Capitularem, siue membrum Capituli; benè tamen sequitur fuisse tunc membrum Ordinis Augustiniani.

C *Resp. 5. num. 703. p. 362.*

D *lib. 2 c. 8. pa. 87.*

Neque potuisset Author sic decipi, si aduertisset me eodem num. 703. pag. 364. asserere, Iordanũ fuisse scholasticum Bononiæ ad summũ circa ann. 1327. vel 1330. Quomodo enim dicerem fuisse an. 1318. virum Capitularem, quem anno 1327. vel 1330. Scholasticum Cœnobij Bononiensis agnoscebam? Sed oportebat tunc fuisse Capitularem, vt argumẽtum Authoris aliquid roboris videretur habere, & fingere, quæ redargueret, vt arguere doctè videretur. Non ineptè possemus Authori accommodare, quæ de Heliu dixit D. Gregorius, lib. 23. cap. 17. in cap. 33. Iobi: *Heliu, dum cum austeritate studuit increpare quæ dicta sunt, mentitus addidit quæ dicta non sunt. Qui enim semper increpare appetunt, & nunquam fouere, multa plerumque increpando mentiuntur. Nam vt arguere doctè videantur, fingunt nonnunquam quæ redarguant.*

Ex his constat, Iordanum floruisse ante M. Marquez, & meam scriptionem à trecentis annis, & ampliùs. Qui enim iam Augustinianus anno 1318. Capitulo interfuit Ariminensi, nasci saltem debuit an. 1300. plus minusve. Floruit, inquam, à trecentis annis, numerando eius æuum à natiuitate, non à scriptione; quia scripsit circa an. 1356.

Vndè

Vndè benè dixit Marquez Iordanum esse Authorem trecentorum annorum, vt obseruaui in Responsione pacifica; Eminùs tamen benè asseruit Iordanum scripsisse à trecentis annis & ampliùs, vt agnouimus supra respódentes ad sect. 4. Authoris.

E Resp. 5. num. 725. p. 372.

Quartò contra eandem cẽsuram est. Quia credibilius est libri Authorem, qui anno 1318. erat Augustinianus, superuixisse vsque ad an. 1406. & obijsse maiorem centenario, quàm alium Authorem opus infecisse, & in omnibus exemplaribus immiscuisse ipsi operi exempla, quæ sibi acciderant. Quæ enim adducit de Ioanne de Lana, Ludolpho de Camoslaria, peste, & Iubilæo, tanquam testis oculatus enarrat. Quis enim credet opusculo Iordani alium hæc immiscuisse, & nomen suum occultasse, præbendo ansam vt omnes ea à Iordano scripta cẽserent? Præsertim, cum hæc eadem in omnibus exemplaribus contineantur? An periere omnia legitima exemplaria Iordani, & tantũ suppofititia, & spuria perennarunt?

Quintò contra est ad hominem euidenter. Quia Author mordicus censet Authorem libri Vitas Fratrum loqui de peste, & Iubilæo anni 1400. *Tu dixisti* (dicam cum Augustino, lib. 2. contra Cresconium cap. 26.) *Tu scripsisti, te ipsum audi, lege te ipsum.* Ergo fatendum est eundem Iordanum & interfuisse Capitulo ann. 1318. & de rebus transactis sub ann. 1400. historiam contexuisse; atque adeo non erit recurrendum ad additamẽta ab alijs adiecta, cum ille potuerit illa suo operi inserere. Sed dicet Author eum, qui loquitur de peste, & anno Iubilæi esse diuersum à Iordano. Sed contra hoc euidenter insurgo. Etenim ipse Author, F sic ait: *Verùm anno illo Iubilæi transacto, & pestilentia diuinitus sedata, & officij mei sarcina deposita, ego infelix, velut pincerna Pharaonis succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui, quod promiseram, reddere minimè cogitaui. Erat autem deuotus senex Frater, qui Romæ fuerat pro indulgentia Iubilæi, cui & ego confessionem meam generalem nuper feceram; sed & de prædicta negligentia, & omissione voti mei minimè fui recordatus. Hic Frater, cum quadam sancta nocte coram altari maiore, se in orationem prostrauisset, & specialem memoriam mei, vt mihi postea retulit, in eadem oratione habuisset, qua si lassatus modico somno arripi-*

F lib. 2. c. 20. p. 160.

pitur, ita vt nec plenè dormiret, nec plenè vigilaret. Et ecce apparuit ei B. Petrus Apostolus, quasi stans coram eo in effigie sicut imaginem eius Romæ viderat, habens in manu dextra duas claues, dicensque ei hæc verba formaliter. Dic Fratri Iordano Lectori, quòd sponsionem mihi factam minimè seruauit, &c. Euidens ergo est, eum, qui loquitur de peste, & anno Iubilæi, non esse diuersum à Iordano, sed eundem Iordanum. Ex quo sic euidenter Authorem conuinco; vel Iordanus loquitur de Iubilæo an. 1350. vel an. 1400. Si primum, ergo fallitur Author, dum contendit sermonem esse de Iubilæo an. 1400. Si verò dicatur secundum, ergo gratis & sine fundamento dicitur eum, qui de rebus sub an. 1400. historiam cõtexuit, esse diuersum à Iordano.

Sextô quia fallicitur Author, dum ait me ipsum cum ipso sentire. Ego enim nullatenus dixi librum Vitas Fratrum nõ esse vnius viri opus; sed tantum de eis, quæ in quibusdam exemplaribus adijciuntur ad calcem, cap. 22. lib. 2. & non habentur in alijs antiquioribus exemplaribus, dixi G dicendũ esse vnum e duobus; nempè, vel addita fuisse ab aliquo posteriore, vel ab ipso Iordano in secunda operis publicatione. Id autem de illa additione dici potest, tum quia non continetur in omnibus exemplaribus; tum quia nil cõtinet, cuius ille, qui adiecit, se testem præbeat; alia verò, quæ Author putat esse additamenta, continẽtur in omnibus exemplaribus, & scriptor se testẽ exhibet; quod perperam faceret si non esset idem Iordanus, cuius titulum opus præfert.

G Resp. 5. num. 705. p. 363.

Sed quorsum tanta industria contendit Author, tot esse adiecta huic operi additamenta? Vt inferat in hunc modum: H *Qui tot assuerunt sua, nonne & hoc de Francisci Monachatu, adeo præproperè & inconcinne affixum, contexere potuerunt, &c.* Sic facilè respondet omnibus argumentis, quæ ab authoritate Iordani desumi possunt. Quæcunque enim Authori non placeant, adiecta sunt à Nebulone. Expeditissima sanè responsio. Non immerito mutuabimus aurea Card. Bellarmini verba. *Hermannus addit* (ait tom. 1. lib. 4. cap. 7. col. 172.) *Ista omnia non esse Basilij, sed inserta in libro Basilij ab aliquo nebulone; Quæ sanè expeditissima responsio est. Sic enim facile est soluere omnia argumenta.* Sed hanc

H n. 12 p. 318.

hanc notā temerè, & sine vllo sufficienti fundamento huic operi imponi manifestè constat ex dictis. Vel enim dicendum est Iordanum superuixisse vsq; ad ann. 1400. vel non. Si primum, (quod modò ait, modò negat Author) sine fundamento asseritur aliquid adiectum ab alio, cum ipse potuerit de rebus an. 1400. trāsactis historiam contexere. Si secundum, ergo non agit de Iubilæo an. 1400. sed 1350. atq; adeo Iordanus paulò post an. 1350. edidit librum Vitas Fratrum, cum dixerit: *Cum nuper in anno Iubilæo, &c.* Vndè fatendum est eos, de quibus Iordanus loquitur in omnibus exemplaribus, ante an. 1356. decessisse, saltem plus minusve, nempè antequam ipse scriberet.

Hinc infero verba illa, quæ de B. Francisco habet Iordanus, à Iordano fuisse apposita circa annum 1356. neque vllam esse de illis dubitationem. Vt enim obseruaui in Responsione pacifica, I in omnibus exemplaribus (quātum conijci potest) quæ contulit Fiuizanius, continentur. Si enim in aliquo exemplari deessent, id non tacuisset M. Antonius Massa Salernitanus; qui lib. 1. cap. 18. pag. 45. sic adnotauit ad marginem: *In antiquo exemplari ad calcem huius capitis adest homini annotatis, &c.* Et rursus lib. 2. c. 22. pag. 174. sic addit in notis: *Hæc ad finem vsque huius capitis non habentur in alio exemplari.* Et cap. 30. pag. 219. *Hæc omnia vsque ad decimam cautelam, non habentur in alijs exemplaribus.* Et pag. 220. *Quæ ab hoc versiculo, vsq; ad versiculum.* Deniq; hanc cautelam, *habentur hic, desiderantur in alijs exēplaribus.* Et lib. 4. cap. 13. pag. 83. *In alio exemplari hæc præterea leguntur; sit enim viuens non nominari pastor, sed gregis sibi commissi lupus, & potius deuastator.* Et c. 14. pag. 87. *Sed si commune. Quamuis hæc vsque ad versiculum, ad secundum, non adsint in alijs exemplaribus, huc autem maximè spectant.* Qui prædicta notauit, illud omitteret aduertere, si fortè non contineretur in omnibus exemplaribus? Si autem in omnibus cōtinetur, quę suspicio esse potest corrupti textus?

I *Resp. 5. num. 716. p. 368.*

Sed obijcit Author, quia Fiuizanus, & Massa non notarūt quæ ipse obiecit, & an. 1400. posteriora produxit. Facilis tamen est responsio. Non notarunt, quæ Author opposuit, quia illi non notabant, quo anno accidissent ea, quæ à Iordano narrabantur, quia

non examinabant quo anno editum esset opus, notabant autem aduertenter discrimina exemplarium, in quibus quædam erant corrupta, contorta, & deprauata; ipsa tamẽ exemplaria, erãt integra, illęsa, & incorrupta.

K Sect. 8. §. 2. n. 13. p. 318. Addit Author *K* inter Codices, qui in Bibliotheca nostra Romana asseruantur, & continent hoc opus Iordani, nullum esse qui Philippi Bergomensis ætatem præcedat. Quia omnium primus, & qui tempus referat, quo exaratus est, solus ille est, quem ego dico à Sanguino Pergamensi de Vauasoribus anno 1458. fuisse conscriptum;

L n. 13. p. 319. *sed nec vti putas L* (ait Author vbi supra) *ille Christi annus prædicto codici suffigitur; sed potius 1498. Adeo enim nota Arithmetica exarata est, vt qui tuo apparuit conspectui numerus quintus, verè sit nonus, vt scriptores periti, quos adhibui huic inspiciendo Codici testes, condixerunt.* Deindè adijcit se notãter in Apologetico,

M §. 5. n. 6. p. 86. *M* non de libro, aut opere Bergomensis, sed de ætate locutum, & signanter dixisse non adeo facilè posse produci Codices scriptos ante ætatem Bergomensis.

Ad hæc dico duo. Primum

N 2. Corint. 1. est cum Paulo: *N Ego autem testem Deum inuoco in animã meam*; adeo erat clarè designatus numerus ann. 1458. vt nulli ex pluribus, qui præsentes inspexerunt; cum illum inueni, aliqua se se obtulerit vel leuis ratio dubitandi; neque modò se offerre poterit, nisi is qui conspiciendo Codici scriptores peritos testes adhibuit, vel vitiauerit, vel vitiari fecerit, quod non foret valdè difficile.

Secundum est. In Apologetico sic habetur loco citato: *Quæ Authographa, vel quos Codices MSS. exaratos ante ætatem Philippi Bergomensis (qui errori huic, vt contendimus, & probauimus, primum initiũ dedit) profert in medium, per quos fidem conciliet huic additamento?* Cœterum ibi *O* & passim *O* On. 13. pag. 93. censet Bergomensem ei additioni dedisse initium occasione arrepta ex sermone B. Bernardini de Feltro, eo tẽpore, quo suas scribebat Chronicas. Hoc autem stare non potest, si Codex à Sanguino scriptus est an. 1458. Neque enim ab eo anno potuit Bergomensis eam opinionem voce transfundere, & amicis ante librorum editionem cõmunicare, & hoc suis vel alienis lucubrationibus committere, & omnia Iordani exemplaria vitiare. Bergomensis enim

zulm natus est an. 1434. plus minusve; & vt ipse, lib. 15. Supplementi P testatur, habitum Augustinianum induit ann. 1452. in Conuentu Bergomensi. Ibi: *In quo quidem & innumerabiles adolescentes Christi seruitio consecrauit, cum quibus, & me indignum anno D. N. IesuChristi 1452. aggregauit.* Quomodò ergo ab an. 24. ætatis, & recèns professus in Ordine incæpisset exemplaria scribi facere, & vitiari ex occasione sermonis B. Bernardini de Feltro, quæ nondum contigerat, quia nondū suas Chronicas scribebat, neque de scribendo Supplemento cogitarat? Neque adolescens viginti quatuor annorum, Congregationis Lombardiæ tunc obseruantissimæ alumnus, eam sibi authoritatem audacter arrogaret, vt tacentibus cunctis consodalibus, ille solus pro omnibus B. Bernardinum conueniret.

P *f.* 280

Addo dictis. S. Antoninus, ann. 1459. defunctus, in sua Chronica Q plura verbatim transcripsit per tres ferè integras paginas ex Iordano, lib. 1. cap. 13. 14. 15. & 16. & lib. 2. cap. 12. & 14. & licet suppresserit Iordani nomen, tamen illum sic allegauit vbi supra: R *Vt reperi in quodam libro ab vno peritissimo viro eiusdem Ordinis edito.*

Q *3. p. tit.* 24. *c.* 14. *à f.* 211. *p.*

R *f.* 212 *p.* 2. §. 7

Adiecit deinde Author, S se vidisse tria illa exemplaria Iordani, & in illorum nullo ita haberi, vt ego Resp. 4. n. 360. affirmaui de correcto illo errore cap. 15. lib. 1. nempè: *Vndè etiam olim per Gregorium Papam Nonum statutum fuerat, &c.* Sed se in omnibus ita reperisse: *Per B. Gregorium Papam statutum fuerat, &c.* Dicam & hic Authorem manifestè decipi: *Testis enim mihi est Deus;* T *Deus & Pater Domini mei IesuChristi scit, quòd non mētior.* Ego proprijs oculis semel, & iterum vidi, & legi, & in excerptis meis, pagin. 791. annotaui ea verba pro vt à me referuntur, ita haberi in antiquo Bibliothecæ Angelicæ exemplari, cuius finis post indicem rerum hic est: *De diuersis alijs quàm pluribus Patribus, & Fratribus sancta Religionis habetur supra sigillatim in suis locis, præter innumeros alios bonos, & sanctos Fratres, quorum actus & gesta particularis ad meam notitiam non deuenerunt, vel etiam à mea memoria exciderunt. Explicit liber de origine Ordinis, compositus per Fr. Iordanum de Saxonia Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini.* Qui

S *Sect.* 8. §. 2. *n.* 14. *p.* 3319.

T *Epist. ad Rom.* 1. & 9.

de fide nostra dubitauerit, inquirat librum, & si aliter inuenerit ac testamur, in nullo nobis fidat. Neque enim fidē meretur, qui ex industria mentitur, & fallit.

DIFFICVLTAS V. DE CONSTITVtionibus Patauinis.

V c. 21. §. 1. pa. 354. ASseruit Marquez V in Constitutionibus, siue Actis Capituli Patauini anni 1315. statutum fuisse vt in toto Ordine recitaretur officium de tribus Sanctis Religiosis: *Vt cred. potest, quia habuerūt aliquam affinitatem in vita monastica cum S. Augustino P. N. Hi erant, Beatus S. Simplicianus, cum quo S. Augustinus statum sui Monachatus cōmunicauit, vt constat ex suis Confessionibus lib. 8. cap. 1. & 2. Gloriosus Patriarcha S. Dominicus, qui fuit D. Augustini Canonicus Regularis. Et Seraphicus P. S. Franciscus, in quo non inuestigamus aliam affinitatem, nisi fuisse Fratrē Eremitam Regulæ ipsius.*

X §. 5. n. 8. pa. 88. Y Resp. 5. num. 727. p. 373. Z Sect. 8. §. 3. nu. 1. p. 321. Contra hanc Magistri coniecturam plura in suo Apologetico X Author obiecit, quibus conati sumus in Responsione pacifica respondere. Y Sed ait modò Author in sua Defensione, Z Nos ibi docuisse Summos Pontifices in Bullis Canonizationis non præcipere, sed hortari vt sanctorū Canonizatorum laudes diuino Officio celebremus; atque adeo vt huic, vel illi præ alijs cultum adhibeamus, mouere debere, vel vinculū aliquod, vel affinitatem, vel peculiarē deuotionem; & proindè credi posse in cultu S. Francisci indicendo interuenisse vinculi, aut affinitatis cum S. Augustino rationem.

Contra hæc sic relata obijcit Author vbi supra A in hūc modum: *Vt quid non adiungis tertium membrum, à te ante à n. 731. & 734. productum, specialis deuotionis, atque ex hoc capite non potuerit Religio Augustiniana S. Franciscum suis libris ritualibus adscribere, &c.* Addit de indè plura motiua, quæ maturiorē cultus honorem potuerunt Francisco conciliare, ex quibus Ordo Augustinianus non solùm tunc potuit D. Franciscum ad diuini Officij cultum admittere, verū, & multò antè admisisse debuerat; ne vsq; ad an. 1315. differret hunc honorem exhibere illi, A nu. 2. & 3. p. 322. & 323.

quem

que Cistercienfis, Benedictina, & Dominicana, familiæ paulò post apotheosim diuinis honoribus coluerunt. Et tandem concludit his verbis: *Tanquā exterum, sanè, & alienū, vsq; ad illud tēpus neglexistis; neq; enim adhuc sub illam ætatē quidquam circa huiusmodi professionem, omniatum est.* Hæc Author.

Nos respondemus plura; sed aliter. Primum est. Vidimus in Archiuo nostro Romano Codicem MS. in charta pergamena antiquo charactere, in cuius prima parte continentur constitutiones antiquæ, & additiones Thomę de Argentina, in quarum fine hæc erant adiecta.

Manus Scriptoris saluetur omnibus horis;
Qui scripsit scribat, semper cum Domino viuat.
Viuat in cœlis, Guiduanus nomine felix. Amen.

Nota quod vnio nostri Ordinis facta fuit per Alexandrū IIII. an. 1256. Cōtinebātur etiā in eadē prima parte Acta Capitulorū Generaliū ab an. 1312. vsq; ad 1357. & in secunda parte subijciūtur etiā Acta Capitulorū generalium ab an. 1358. vsq; ad an. 1403. Vndè colligere est, primam partem fuisse exaratam ante celebrationem Capituli anni 1358. Et saltē certum est ad summum scriptā fuisse inter ann. 1361. & 1364. quia illi subduntur Cardinales tunc viuentes, & inter eos recēsentur Petrus Episcopus Aquēsis, Cardinalis tit. SS. quatuor Coronatorum, electus 15. Cal. Octobris an. 1361. & Thalayrandus, Petragoricensis, Episcopus Card. Albanus; de quo ad marginē alia manu notatū est, *obijt;* & decessit an. 1364. & in toto hoc Codice nullā eius decreti memoriā inuenimus. Consuluimus Coriolanū in Chronica, Compendiū rerū Ordinis, Romanū in Centurijs, Pāphilum in Chronica, Cruseniū in Monastico, & Empolinū in Bullario, & nullibi vestigium huius statuti potuimus reperire.

Nihilominus de fide M. Marquez non dubitauimus. Nouimus enim hominem exactæ diligentiæ, & integræ fidei, qui falli humanitus posset, sed qui oscitanter, aut malignè decipere ignoraret. Inuenimus autem in quibusdam notis nostris, quas olim in adolescentia ex antiquis cōstitutionibus impressis excerpsimus, inter additiones Thomæ de Argentina ad ca. 1. constitutionu illud decretum adiectum, non vt additionem Thomæ de Argentina, an. 1356. vel 1357. desūcti; sed tanquā Definitionem

Ca-

Capituli Patauini, non tamē an. 1315. sed 1358. vbi præcipiebatur vt SS. Simplicianum, Dominicum, & Franciscum diuinis celebraremus officijs. Ex quo nouæ vires obiectioni Authoris adduntur.

Secundum est. Fallitur multipliciter Author in nostræ sententię relatione. Primò. Quia ait nos asserere ad tribuēdum alicui sancto cultum, non præceptum, sed permissum, mouere debere vinculum aliquod, vel affinitatem, vel peculiarem deuotionem. Vltra enim adiecimus, *vel vtrumque*. Sic enim habemus in Responsione pacifica:

B Resp. 5. num. 731. p. 374. B *Tamen eos, quorum recitationem non ex præcepto, sed liberè, & spontaneè nostris ritualibus inserimus, eligimus vt cultu annuo celebremus præ alijs, vel quia cum Augustino vinculum, vel quia cum Augustinianis aliqua affinitas, vel specialis aliqua deuotio, vel vtrumque, simul intercedit. His enim præ alijs eligere aliquam peculiarem rationem expostulat.* Adiecimus ergo non tantùm tria membra, sed quatuor. Secundò. Quia tantum refert nos tradere credi posse in cultu S. Francisci indicendo interuenisse vinculi, aut affinitatis cum S. Augustino, rationem & omisisse tertium membrum specialis deuotionis. Licet enim omiserimus tertiū membrum solius specialis deuotionis, non tamen omisimus quartum deuotionis, & affinitatis. Sic enim habemus vbi supra. C *Et hac ratione potuisset Religio Augustiniana Franciscum, & Dominicum eligere cultu annuo colendos pro deuotione ad ipsos, & obseruantia erga eorum familias; tamē in Religione Augustiniana præceptum fuisse de illis recitari ait Marquez*, credi potest *(Sanè credi potest, quid enim obstat)* propter affinitatem aliquam cum S. Augustino, *adiuncta scilicet speciali deuotione ad ipsos inter alios affines.* Non ergo exclusimus peculiarem deuotionem; sed solam deuotionem. C n. 730

Tertium est. Credi potest, vt Marquez aiebat, quòd non propter solam deuotionē cultus ille sit attributus D. Frācisco in Religione Augustiniana. Neque enim minorem deuotionem habebant Augustiniani erga S. Iosephum, Christi nutricium, & Virginis Deiparæ sponsum; & erga S. Benedictum, egregium Monachorum Patriarcham, quem ante institutionem propriæ Religionis obseruasse Regulam D. Augustini quidam nō improbabile putant:

cu-

cuius familiæ debebat Augustini proles magna ex parte augmentum, quod in Thuscia accepit circa an. 1244. in vnione Innocentiana; & cuius alumnus Monachus, & Abbas Casinensis erat (ni fortè vt existimo, fallitur Fernandus Vghellus in additionibus ad Ciaconium) D Richardus Anibaldensis Cardinalis, Ordinis Augustiniani Protector. Et tamen hunc cultum D. Iosepho non decreuit Religio Augustiniana nisi in Capitulo Senensi anno 1486. vbi teste Roman, E & Compendio rerum Ordinis, F decretum fuit vt de illo sub ritu duplici celebraretur. Et de S. Benedicto idem etiam decretum sub ritu duplici non nisi in Capitulo Veronensi an. 1377. vt in Codice Romano habetur, & tradunt vbi supra Roman, G & Compendium. H Non ergo ineptè asseruit Marquez in decreto Capituli Patauini aliquam etiam affinitatem interuenisse, & non ex sola deuotione dimanasse.

D Col. 681.
E Cent. 11. f. 99 p. 2.
F f. 52.
G Cent. 10. f. 72
H f. 43.

Fortè eadem coniectura fauet relationi P. Fr. Marci de Guadalaxara & Xauierre in Tesauro spirituali Ordinis Carmelitani, vbi testatur S. Ludouicum Galliarum Regem fuisse etiam Tertiarium Augustinianum. Etenim decretus fuit cultus officij diuini in Capitulo Neapolitano an. 1300. vt habet vbi supra Compendium; I & Roman. K Et in Capitulo Patauino ann. 1315. vt refert Compendium, L & in Codice Romano habetur, decretum fuit: *Quòd tertia feria post Ascensionem Domini, festum S. Ludouici Regis Francorum celebretur ab omnibus*. Et S. Ludouicus an. 1297. à Bonifacio VIII. fuerat canonizatus. Cæterùm Ludouicum potiùs credimus ad cultum admissum instante Carolo Secundô, Neapolitano Rege, qui illius erat nepos ex Fratre, & qui nostræ Religioni singulariter, & præcipuè in Capitulo Neapolitano eodē an. 1300. fauit, vt refert B. Iordanus in libro Vitas Fratrum. M

I f. 36. p. 2.
K Cent. 10. f. 59 p. 2.
L f. 37. p. 2.
M lib. 2 ca. 7. p. 85.


Quartùm est: Etiam si hic cultus sit D. Francisco dilatus vsque ad an. 1358. nō inde sequitur nō interuenisse affinitatem, aut illum à nobis tractatum vt exterum, & alienum. Negare enim nō poterit Author, non minorem esse nobis affinitatem cum S. Monica Augustini matre, cū S. Simpliciano, Augustini in spiritualibus patre, quem inter Eremitas Augustinianos connumerant aliqui Authores; & cum S. Guillelmo

Aqui-

Aquitaniæ Duce, Eremita Augustiniano; Et tamen hos honores non inuenimus decretos Monicæ, nisi in Capitulo Senensi an. 1365. Ibi in Codice Romano: *Item quòd Fās de Augustino, & Monica matre sua, in Ordine nostro vniformiter seruetur.* Et in Capitulo Imolensi an. 1388. vt referunt Compendiū rerū Ordinis, *N* Roman, *O* & Empoli, *P* vel an. 1443. in Capitulo Senensi, vt habet Romā in MSS. Et S. Simpliciano, non nisi ann. 1358. cum SS. Dominico, & Francisco. Et S. Guillelmo, non nisi in Capitulo Imolensi an. 1388. vbi ei, & Simpliciano officiū semiduplex assignatur, vt tradit Compendium præcitatum; *Q* & in Codice Romano sic habetur: *Item deffinimus, quòd in Translationibus B. Augustini, & Conuersione eiusdem, & in festo S. Monicæ fiat officium minus duplex; in festo verò SS. Simpliciani, & Guillelmi semiduplex officiū celebretur.* Quod statutum, fuit in Capitulo Herbipolensi anno 1391. confirmatum.

N *f.* 43. *pag.* 2. O *Cent.* 10. *f.* 74. P *pag.* 208. Q *f.* 44.

Non ergo miretur Author quòd S. Franciscum, etiam interueniente affinitatis vinculo; & speciali deuotione, antiqui nostri Patres ante an. 1358. non sint diuini Officij laudibus venerati, cum cœlites alios non minori affinitate coniunctos, neq; tepidiori deuotione cultos, aliquanto posteà diuinis Officijs cæperint celebrare. Potuissent sanè maturare hunc cultum, tam respectu Francisci, quàm Simpliciani, Benedicti, Guillelmi, Dominici, & Monicæ; quare non maturauerint, sicut aliæ Religiones erga Franciscum maturarunt, non possumus diuinare.




DIF-

DIFFICVLTAS VI. DE TESTIMOnio Ambrosij Coriolani.

Rc.21. §. 2. p. 358.

Sverit. 2. ad argum. 8. §. quantum ad 1. vers. 2. dictū eiusdem preuilegij.

IN testem Monachatus S. Francisci vocauit Marquez R Ambrosium Coriolanum in sua Apologia; S eius hæc sunt verba: *Secunda causa fuit, quia vt dicit Iordanus, talem formam accepit B. Frãciscus, in quodam nostro Eremitorio apud Saxetum propè Lauernas, vbi S. Franciscus fecit pœnitentiam, nec voluit discrepare à nobis nisi in Cingulo.* Circa quæ Coriolani verba Marquez duo notauit. Primum est, illa verba, *talem formam accepit,* non tantū denotare, quòd forma habitus illi placuerit, sed etiam quòd eā induerit. Secundum est, D. Franciscū in illo Eremitorio Saxeti egisse pœnitētiam. Et ex hoc confirmari arbitratur Monachatum S. Francisci in Congregatione B. Ioannis Boni, cuius vita Regularis fuit asperrima pœnitentia.

In hac M. Marquez doctrina, plura displicent nobis. Primò. Citatio testimonij Coriolani, quod non habetur loco citato; sed verit. 2. ad 9. argumentū, §. *Quantum ad 1.* vers. *Pro cuius textus declaratione est.* Secundò. Pœnitentiam fuisse à D. Frãcisco actam in Eremitorio Saxeti. Vt enim benè aduertit Author, T non dixit Coriolanus D. Franciscum apud Saxetum egisse pœnitentiam, sed apud Lauernas; de quibus Sabellicus Æneade. 9. lib. 6. col. 736. sic ait: *Visitur hodie crepido in Apennini iugo, cui Lauerna est nomen, &c.* Tertiò, ex pœnitentia acta apud Saxetum confirmari Monachatum Augustinianum S. Francisci; & hoc displicet, tū quia non egit pœnitentiā in Saxeto; tū quia posset ibi agere pœnitentiā, etiā si non esset Eremita B. Ioānis Boni, tanquā hospes, & alienus. Est tamen adhuc conformitas quædam inter pœnitētiam vnius, & alterius. Difficultas tamen in eo est, quod Marquez videtur asserere, nēpè in verbis Coriolani tradi B. Franciscū primò assumpsisse habitum Augustinianum in Eremitorio Saxeti. Assensit huic citationi, sic intellectæ Author in Apologetico, V dū contendens Authores huius Monachatus inter se non cohærere de loco initi tyrocinij aut suscepti instituti, sic obiecit: *Iordanus de Saxonia (siue is, siue alius sit,) locum præscribit Budrioli iuxta Cesennam;*

T Sect. 8. §. 4. n. 4. p. 327.

V §. 3. n. 10. p. 34.

nam; Hericus de Vrimaria (de cuius fidem oxagemus) locum S. Iacobi de Aquauiua iuxta Pisas; Ambrosius Coriolanus Eremitorium apud Saxetum, apud Lauernas, &c. Huic obiectioni respondimus nos in Responsione pacifica, X Coriolanum non egisse de loco tyrocinij, sed conuictus & commorationis.

X *Resp. 3. à n. 85. ad. 95. pag. 54.*

Modò Author vbi supra, Y inuenta Coriolani Apologia, veritate conuictus, nec adhuc errasse recognoscens, admittit quod ego: *Longissimo discursu* (sic ille ait) probatum volebam; nempe, nihil ibi agi de loco tyrocinij, neq; id voluisse Coriolanum. At Author ibidem Coriolanum explicat in hunc modû. *Quasi diceret. Dum S. Franciscus à monte Lauernarum, seu Aluernæ, descenderet, & ad nostros Eremitas digrederetur apud Saxetum, ei placuit forma, seu modus nostræ vestis, eumque accepit, seu imitari voluit, & suis Fratribus præscripsit. Atque hinc orta illa similitudo, seu vniformitas vestium à Pontifice interdicta, non quòd nos à Franciscanis, sed Franciscani à nobis formam mutuauerint; atque adeo liquet Nos esse priores Francisco, eiusque instituto. Ecce genuinum tibi Coriolani discursum, neq; alium quis effingere sensum, & si velit, posset.* Hæc Author.

Y *Sect. 8. §. 4. n. 4. p. 326.*

Sed contra hoc testimoniû sic interpretatum insurgit. Primò. *Quia neque in Thusciam, vbi Lauernæ, profectus est Franciscus; neque in montem ascendit vsque ad annum 1215. institutæ ab eo Religionis octauum; neq; tunc ibi substitit pœnitentiam acturus.* Secundò. Quia hæc assertio Coriolani, *quocumque sensu intelligatur, contraria est præcipuis huius Monachatus assertoribus, qui ante institutum Ordinem Minorum formam hanc vestis accepisse Franciscum, non in Thuscia, sed in Romandiola; non apud Saxetum, sed apud Cæsennam sub Magisterio Ioannis Boni contendunt.* Tertiò. Quia *Iordanus, quem ille citat, in libro, quem ei tribuunt de Vitis Fratrum, nihil omninò habet de Eremitorio apud Saxetum; sed neque in Ordinis Apologia, quam tu hic suggeris, vt Coriolano via pateat euadendi. En conspicis neque Coriolanum hunc Monachatû tradidisse, neque in hac sententia Bergomensi fuisse priorem.*

Nos in hac difficultate dicimus plura. Primum est. Fallitur Author in explicatione Coriolani. Non enim ille ait Franciscum, dum à monte Lauernarum descenderet, & ad no-

nostros Eremitas digrederetur apud Saxetum, nostræ vestis formã accepisse. Quis ex illis verbis hæc inferat, nisi qui velit hostem fingere, quem debellet? Verba ipsa contra se ipsa pugnarent, si in eo sensu acciperentur. Verus ergo, & germanus illorum verborum sensus, hic est: Frãciscus, dum in Eremitorio Saxeti commoraretur, & cõuiueret cum nostris Eremitis tanquam domesticus, & consodalis, formam vestis Fratrum illius domus accepit. Vt autem ostenderet quæ, & vbi esset hæc domus, adiecit, esse Eremitorium Saxeti propè Lauernas, vbi S. Franciscus fecit pœnitẽtiam. Ex quo non sequitur Franciscum, dũ in monte Aluernæ moras traheret, ad Eremitorium saxeti descendisse.

Secundum est. Fortasse Fratres illius domus intra eandem Congregationem B. Ioãnis Boni, viliori, & rudiori panno induebantur, & strictioribus, & recollectioribus vestibus vtebantur, tanquam in domo recollectionis; & cũ S. Franciscus ibi per aliquot dies commoraretur, illa habitus forma delectatus, eam accepit: non quia tunc primũ habitum Augustinianum acceperit, aliàs videretur Iordanus sibi ipsi contrarius, si lib. 1. Vitas Fratrum cap. 8. asseruit in domo Cæsenacẽsi habitum suscepisse; sed quia licet iam esset Augustinianus in Congregatione B. Ioannis Boni, eam tamen formam habitus, qua intra eandem Cõgregationem, aliquantulum strictiori, Fratres illius Cœnobij vtebantur, accepit. Et hoc est, quod voluit Marquez dum ait: Z *Aquellas palabras*, talem formam accepit, *no quieren dezir que le contentò la forma del habito, sino que se la vistio, y por esso no quiso despues variarla de todo punto.* Et ob hoc cum infra A disputaret in qua domo D. Franciscus tyrocinium egisset, nec verbum habet de Eremitorio Saxeti, quãuis testimonij Coriolani, in quo de illo erat sermo, mentionẽ egerit. Z *c. 21. §. 2. pa. 358.* A *c. 26. §. 4. pa. 431.*

Tertium est. Dupliciter potest aliquis commorari, & conuiuere in Monasterio; vel tanquam alienus, vel tanquã domesticus, & consodalis; Iordanus tradit Franciscum fuisse commoratum in Eremitorio Saxeti, non vt alienum, sed vt domesticum, & consodalem. Aliàs ipse in Apologia repugnaret sibi ipsi in Vitas Fratrum. Ex hac autem commoratione rectè infertur Frãciscum fuisse Augustinianum. Vndè non immemor mei (quidquid Author velit) B ex B *Sect. 8. §. 4. nu. 4. p. 326.*

ex his Coriolani verbis, saltem tanquam æquiualentibus, inter quæ illa Marquez produxit, probaui in Respõsione pacifica C Monachatum Augustinianum S. Francisci. Dixi enim ibidem, D non esse ibi sermonem de loco tyrocinij, sed incolatus, & commorationis, non tamen tanquam exteri, & alieni, sed tãquam domestici, & consodalis. Hoc autem non repugnat Monachatui Augustiniano S. Francisci in domo Cæsennatensi. Neq; enim assignat tyrocinium in domo Saxeti, sed conuictum, & commorationem; & optimè stat Cæsennæ suscepisse habitum, & posteà aliquantisper in Eremitorio Saxeti commoratum, vbi forma habitus aliquãtulum erat recollectior, eamq; induisse. Quod non paucis nostris Eremitis olim contigit in prouincia Castellæ, dum obseruantia nostrorum Discalciatorũ nondum creuisset in prouinciam, aut Congregationem separatam.

C *Resp.* 5. *num.* 757. *p.* 382.

D *Resp.* 3. *n.* 95. *pag.* 54.

Quartum est. Fallitur etiã Author, dum ait me suggerere Iordani Apologiam, vt Coriolano via pateat euadendi; quasi ego hoc opus nouiter confinxerim, aut inter Iordani opuscula gratis addiderim. E Vix est Author, qui inter legitimos Iordani fœtus non enumeret Apologiam. Coriolanus in Chronica sic ait de Iordano: F *Diffusam Ordinis Apologiam cõdidit, &c.* Philippus Bergomensis in Supplemento Chronicorum: G *Diffusam nostri Ordinis Apologiam condidit, &c.* Trithemius in libro de scriptoribus Ecclesiasticis: H *Apologiã Ordinis sui libro 1.* & in Cathalogo virorum illustrium Germaniæ: *Apologiam pro Ordine suo lib. 1.* Vener. Alphõsus de Orozco in Chronica, I *Finalmente hizo vna apologia de la Orden.*

E *Resp.* 5. *num.* 699. *p.* 361. *&* *n.* 757. *p.* 382.

F *p.* 25.

G *lib.* 14 *fo.* 265.

H *f.* 128 *pag.* 2.

I *f.* 50. *pag.* 2.

Neque dici potest hanc Apologiam non differre à libro Vitas Fratrum. Primò. Quia Apologia est tantùm liber vnus, & Vitas Fratrum sunt libri quatuor. Secundò. Quia liber Vitas Fratrum nulla ex parte Apologeticus, sed totus est doctrinalis, & instructorius, editus ad petitionem Fr. Ioannis Lectoris Argentinensis, ad quem in prefatione sic ait: *Miræ charitatis amnis ex proprio pectoris vestri emanans fonte, de quibusdam quæstionibus conscientiam vestram, vt scripsistis pungentibus, vt pote qui Beatissimi P. N. Augustini verus filius existere per Regularũ institutionis suæ perfectam obseruãtiam sancto desiderio in Domino æstuatis, exiguitatem*

meam

uisam consultare curauit. Et infra. *Quod quidem opusculum Vitas Fratrum describitur, idcirco appellatum, tum quia in eo Vita Fratrum nostrorum describitur; tū quia in eius lectione Frater quilibet, an sit verus filius Patris nostri Augustini sanctissimi, ac per hoc verus Frater Ordinis sui, ex vita sua propria cognoscere valebit, super erogationis operibus plurifarijs in eo contentis, nihilominus in eo conscriptis.* Tertiò, quia expresse Authores ante me librum Vitas Fratrum ab Apologia distinxerunt. Ioseph Pamphilus in Chronica sic habet: *K Liber qui dicitur Vitas Fratrum*, Spiritualis pulchritudinis; *Apologia Ordinis, lib. 1, Vita S. Monicæ, lib. 1. &c.* Renatus Chopinus in Monastico: *L Scripsit Vitas Fratrum dicti Ordinis; Apologiam Ordinis; Vitam S. Monicæ, &c.* Et Fælix Milensius in suo Alphabeto: *M Scripsit Apologiam Ordinis, & Vitam S. Monicæ; ac opus Religiosissimum, quod nuncupauit Vitas Fratrum in quatuor libros iuxta quatuor genera communionum dispensatum, &c.* Et fortè ipse Iordanus in ipso Vitas Fratrum *N* ad suam Apologiam respexit, dum inquit: *Fuit autem baptizatus anno ætatis suæ trigesimo tertio, tempore Paschali, scilicet Idibus Aprilis, videlicet decimo tertio die Aprilis; & eodem anno, qui terminabatur Idibus Nouembris, mater sua defuncta est, vt hoc alibi lucidè declarauimus.* Delitescit hæc Apologia in antiquis Bibliothecis, vel perijt, neque enim illius notitiam habere potuimus.

K *f. 71. pag. 21.*

L *lib. 2. fo. 207.*

M *p. 70*

N *lib. 2 cap. 7.*

Ex his ad obiectiones Authoris facilis est responsio; & ad primam dico duo. Primum est. *Nunquid* (ita dixi in Responsione pacifica:) *O Non potuit B. Franciscus Eremita sanctissimus in peregrinatione Romana, dum iret, vel rediret, inuisere Eremitas Tuscia, & eis aliquandiu conuiuere in his tribus Conuentibus, scilicet, Saxetano, Pisano, & Senensi?* Adde. Et vndè conuincitur Franciscum illo biennio incolatus Eremitici, nec parumper in Thusciam diuertisse, vt Sanctos illius regionis Eremitas visitaret? Secundum est. Iordanus, & Coriolanus, vt diximus, non aiunt Franciscum, dum esset in Lauernis, à monte descendisse, & digressum ad Eremitorium Saxeti. Vt sic enim non probarent intentum; quia, vt Author ait, incolatus Lauernarū nō contigit an-

O *Resp. 3. n. 95. pag. 45.*

ante annum 1215. Sed tantùm tradunt fuisse commoratum in Eremitorio Saxeti propè Lauernas, vbi sanctus Franciscus fecit pœnitentiam. Hoc autem (nempè, commorari in Eremitorio Saxeti.) potuit facere an. 1207. vel 1208.

Ad secundam obiectionem respondeo, hanc assertionem non esse contrariam ijs, qui asserunt B. Franciscum suscepisse habitum Augustinianum in domo Cæsennæ; quia aliud est, primô suscipere habitum, quod in domo Cæsennatensi fecisse asseritur ab illis Authoribus; aliud verô, in Eremitorio Saxeti strictiorem, & recollectiorem formam habitus accepisse, quod Coriolanus, & Iordanus in Apologia tradidisse videntur.

Ad tertiam similiter Respondeo Iordanum in libro Vitas Fratrum, prout à pluribus intelligitur, agere de prima susceptione habitus in domo Cæsennæ; in Apologia verô, ex qua credimus à Coriolano citari, agere de acceptione strictioris formæ habitus intra eandem Congregationem. Neque nos distinctionem libri Vitas Fratrum, & Apologiæ cõfinximus; quã plures alij longè ante nos agnouerunt, vt constat ex dictis. En conspicis Coriolanum, & Iordanum tradidisse hunc Monachatum, & in hac sententia Bergomensi fuisse priores.





DIF-

DIFFICVLTAS VII. DE TESTIMONIO M. Antonij Coccij Sabellici.

P c.21. §. 1. p. 354. Vnus ex testibus, quos produxit Marquez, P pro Monachatu Augustiniano S. Francisci, fuit Sabellicus, qui Æneade. 9. lib. 6. in princ. rem expresse tradidit, saltē vt probabilem, licet addiderit: *Vt quidam scribunt*; vt ostendimus in Responsione pacifica. Q Errauit tamen Marquez, vt ibidem demonstrauimus, R quia loco supra citato, & infra S contendit Sabellicum fuisse Priorem Bergomensi in asserendo Monachatu Augustiniano S. Francisci; eo ductus argumento, quod Bergomēsis lib. 16. Supplementi citauit Sabellicum in hæc verba: *A mundi quoq; exordio omnem diuinarum, humanarumque rerum seriem, & historiam elegantissimo conscripsit stylo. Opus certè diuinum, & omni admiratione dignum, quod in plurimis voluminibus distinxit.*

Q Resp. 5. num. 744. p. 377.

R num. 739. p. 376.

S c.21. §. 4. p. 364.

Impugnauit Author in Apologetico T M. Marquez, & quem Bergomensis, & Sabellicus, in suis edendis operibus Ordinem seruauerint, enarrauit. Nos in Responsione pacifica V ingenuè agnouimus, in quibus deceptus fuerit Marquez; sed adiecimus Authorem diminutè probasse, quod intendebat; & ordinem, quo vterque sua opuscula eulgauit, ostendimus; & indè intulimus non potuisse Bergomensem vices rependere Sabellico, eumve laudare propter assertum Monachatum S. Francisci, cùm nondum Sabellicus illum produxisset, sed producturus esset anno sequenti.

T §. 5. à n. 9. p. 89.

V Resp. 5. à n. 738. p. 375.

Laudat Author, & probat in sua Defensione, X diligentiam nostram in perscrutando tempore, quo Sabellicus suam clausit Rapsodiam; sed ne aliquid nostrum ex toto probet, subdit se existimare me eā in re inanem operam posuisse. Id autem probat. Primò. Quia satis superque probatum putauit: *Totum hoc Sabellici opus præcessisse vltimum auctarium Bergomensis, dum illud ipsum à Sabellico pluribus voluminibus scriptum enarrat Bergomensis, diuinumque opus, & omni admiratione dignum pronunciat. Ergo non vnum volumen, sed plura; neque primum duntaxat tomum; sed secundum perspexerat.* Secun-

X Sect. 8. §. 5. n. 2. p. 328.

cundò. Quia ita fieri facilè potuisse manifestum est; quia vterque erat status Veneti, in eademque Venetiarum vrbe concurrerunt; ediditque, vt ego assero, Sabellicus volumen secundum anno 1504. & suum Supplementum Supplementi Bergomēsis an. 1506 vti expressè habetur his verbis ad operis calcem: *Explicit Supplementum Supplemēti Chronicarum diligenter, & accuratè reuisum, atque correctum, Venetijs impressum opera & impensa Georgij de Rusconibus, anno à Natiuitate Christi MD.VI. die 4. Maij Regnante Leonardo Loredano Venetiarum Principe.*

Tertiò. Quia ignorat Author vnde desumpserim quòd ipse asseruerit Supplementum Supplementi fuisse editum anno 1502. vel 1503. Id enim non tradit; sed tantùm Bergomensem vsque ad illum annũ deduxisse suam historiam, quã sic conclusit: *Iterato perfectum hoc opus, immò castigatiùs repercussum per me fuit 9. Cal. Aprilis, anno à Natali Christiano tertio supra millesimum, quadringentesimũ, in Conuentu nostro S. Augustini Bergomi, mihi verò à Natiuitate sexagesimo nono.* Subiecit deindè ann. 1505. Epistolam ad Aloysium Tassum Episcopum Parentinum; & anno sequenti 1506. fuit opus impressum: *Potuit ergo Bergomensis ante editionem Supplementi, videre totum opus Eneadum Sabellici ann. 1504. editũ, vel etiam ante editionẽ apud ipsum Authorem conspicere & perfunctoriè percurrere, vel per literas moneri de operis progressu, & asserto Monachatu S. Francisci.*

Nos ordinem, quo Bergomensis & Sabellicus sua opuscula Supplementi, & Eneadũ scripserunt, aut euulgarunt, iuxta ea quæ tradidimus in Responsione pacifica, Y nouis etiam nunc adductis fundamentis, hunc esse statuo, & demonstro.

Y *Resp.* 5. *à nu.* 740. *p.* 376.

Bergomēsis scripsit tertio Bergomi, & Venetijs prælo dedit Supplementum Chronicorum, (Siue ante etiam dederit, siue non, de quo non agimus) saltem anno 1486. & ętatis suæ 52. Sic enim ipse ait in fine libri 15. *Atque sic demum Deo auxiliante, & fauēte, Supplementi Chronicorum iam tertiò terminum ponam.* Et infra. *Perfectum autem, & denuo castigatum atq; auctum per me opus fuit Idibus Octobris anno à Natali Christiano M.CCCC.LXXX. VI. in ciuitate nostra Bergomi, mihi verò à Natiuitate 52.* Subditur autem à Typographo: *Impressum fuit Venetijs*

per

per Bernardinum de Benalijs Bergomensem eodem anno, videlicet 1486. die 15. Decembris.

Sabellicus, viso Supplemento (vt suspicor) Bergomensis incensus est ad scribendum opus Historiæ vniuersalis, vt ipse testatur in Epistola ad Foresium, quam statim subijciemus. Incæpit opus suum Venetijs circa medium an. 1491. plus minusve. Ipse enim lib. 2. colum. 363. scribens ad Politianum, & condolens de recenti morte Laurentij de Medicis, patris Petri, vt infra referemus, testatur se habere in manibus librum trigesimum rerũ humanarũ. Ergo incæperat hoc opus saltem an. 1491. Etenim Laurẽtius Medicis obijt an. 1492. mense Martio, vt testatur Bergomẽsis in Supplemento Supplementi, lib. 16. fol. mihi 410. sub an. 1492. in hęc verba: *Laurentius Medicus Florentinæ Reip. Moderator, & Princeps, hoc anno Idibus Martij, haud longè à Florentia vrbe, sua in villa nomine Caregia, fato concessit.* Et Angelus Politianus, lib. 4. Epist. 2. ad Iacobũ Antiquarium, fol. 33. p. 2. sub Dat. 15. Cal. Iunias an. 1492. in Fesulano rusculo de recẽti morte Laurentij de Medicis longum sermonem instituit.

Et iuxta hęc intelligẽdus est Sabellicus, cum ipse mittens in principio an. 1500. tomum primum iam prælo datum, & continentem septem Enneales, asserit esse opus circiter septem annorum. Sic enim ait ad Oliuerium Card. Neapolitanum: Z *Quippè qui longissimam sacrarum rerum seriem cum his quæ humanarũ sunt gentium, à primordio mundi connectere adorsus, perpetuum traxi historiæ filum in Arcadij, & Honorij tempora, &c. Fuit id opus septẽ circicer annorum*; (hoc est plus minusve; fuit autem opus plusquam septem annorum; nempè ab an. 1491. vsque ad principium an. 1499.) *Cæterum Venetijs natum, Veneto nomini libenter inscripsimus.* Et in Epistola ad Ludouicum Sfortiam Ducem Mediolanensem de eodem tomo septem Enneadum anno 1500. sic habet: A *Enim verò septimo ab hinc anno* (scilicet plus, minusve; erat iã autem ferè nono anno ab incæptione operis) *non vnius populi, non gentis, non Principis vnius, sed omniũ res gentiũ eo consilio explicandas suscepi, vt si per vitã liceret, ad nostrorũ tẽporũ memoriã trahere historiæ filum; & iam non minore successu, quam fiducia, præcipua pars erat laboris huius ex*

Z *lib. 7. Epist. col. 419.*

A *lib. 8. Epist. col. 412.*

hausta, cum veritus, ne magnitudo operis gratiæ obstaret, si tam longa rerum explicatio vno ederetur opere, subitus quidam impetus cæpit harum septem Enneadum in apertum referendarum, &c.

Dum opus Sabellicus inchoasset, & Bergomensis de noua editione Supplementi tractaret, is ad Sabellicũ (vt suspicor) in principio anni 1492. litteras dedit vt certior ab illo fieret de opusculis elaboratis, vt eius mentionem insereret suę historię. Sabellicus Foresio (quem suspicamur esse Iacobum Philippum Forestum Bergomensem) hanc rescripsit Epistolam, B dum librum decimum sextum Enneadum haberet in manibus.

B *lib.* 2. *Epistol. col.* 356

M. Antonius Foresio suo. Debebam ego iam tibi antea cum multis Foresi: Nemo est, qui ad hunc diem aliquid in communem vsum contulerit, quē tu non ab obliuione in iuriæ vindicaris, vir optime. Fecisti quidē quod eorum qui scribunt, nemo; vt non solum tuæ cõsuleres immortalitati, sed vt quam plurimi, immò omnes, qui de vita ab ipso mũdi exordio sunt benemeriti, per te viuerent. Sunt igitur non pauci, qui & si certò sciãt eam ad se laudem nihil pertinere, probant tamen diligentiam, & studium tuum, voluntque, vel hoc nomine tibi plurimum debere. Ex his ego vnus semper, & esse, & videri volui, quippè qui in theatrum illud vetustatis, quod tu omnium gentium oculis spectandum subiecisti, ingressus, tanto æmulationis studio me ad recognoscendam vetustatem incendisti, vt iam pridem ex hac vna laude pendens, ab orbe condito, omnem sacrarum prophanarumque rerum seriē sim scribere exorsus, cuius instituti operis liber nunc sextus decimus est in manibus: nec te, aut alios, per quos aliquò modo adiuti sumus, meritâ laude noster fraudauit stylus. Verùm hæc eo tendunt, vt planè scias nostrum officium tuæ industriæ nunquã defuisse. Nunc verò studium, quod mihi cum multis in te commune fuit, quæris (vt video) in tuum æs (vt vulgo dicitur) vertere, ac singulari quodam Sabellicum officio deuincire, quo ille nisi ingratus sit, plus omninò quam cæteri hominũ in tuis Epitomis tibi debere velit. Etenim, quod ais statuisse te nomen meum illis inserere, tribuis certè mihi quantum vix postulare ausim. Vellem ego is esse, qui tuum istud de me iudicium tueri possem. Verùm vtcumque meriti sumus, pergratum mihi est à te

viro

viro integerrimo, & qui humanum (vt sic dicam) genus per hæc expendere sis solitus, inter illustres viros nostram memoriam ad posteros collocari, &c. Refert subindè quædam opuscula impressa, & edita, quę à Trithemio an. 1494. libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, fol. 164. recésentur tanquam iam publici iuris facta; qualia sunt, Elegiæ 13. in laudem Deiparæ. Munitio Sontiaca; Clades Sõtiaca; Incendium Carnicum, de inuentoribus artium; Origo Hunnij; de vetustate Aquilegiæ libri sex; Rerum Venetarum libri 32. Eodem etiam tempore scripsit ad Cantalicium in hæc verba: C *Et quod nunc vehementer sollicitum habet, sextus decimus Historiarum in manibus est, quorum seriem ab Orbe condito ad nostra tempora (supersit modò vita) texere in animo est:* Et Lypomano Antistiti lib. 2. Epistol. col. 355. *Nunc si quid nostræ agãt Musæ, cognoscere tibi est curæ; breui sic habeto; exorsum me fuisse superiore anno res omnium gentium ab orbe condito scribere; rem scio perdifficilem, nec temerè adeundã; adij tamen; Deoque auspice eo vsque traximus Historiæ filum, vt instituti operis sextus decimus sit hodie in manibus.* Vndè cùm dicat incæpisse hoc opus superiore anno, patet Epistolam hãc scriptam fuisse in principio an. 1492. sicut & datæ sunt aliæ, quæ scriptę sunt, cum librum decimum sextum haberet in manibus.

C *lib. 2. col. 359*

Prælo Sabellicus dederat (quantũ conijcere possumus) ann. 1494. vel tres Enneades, vel tres primos libros Enneadum. Sic enim ait Trithemius de Sabellico in libro de scriptoribus Ecclesiasticis: D *Scripsit tam metro, quàm prosa quædam præclara volumina, quibus nomini suo memoriam perpetuam apud posteritatem comparauit; de quibus ego vidi tria magna subiecta Historiarum volumina à mundi initio, &c. Claret hodie, &c. an. quo hæc scribimus M. CCCC XCIIII.*

D *fol. 164.*

Addidit deindè Sabellicus suæ Rapsodiæ plures libros hoc (vt conijcimus) ordine. Anno 1492. circa finem scribebat librum trigesimum. Sic enim ait, ad Politianum: E *Trigesimus humanarum rerũ liber est nũc in manibus, &c.* Erat nõ multò ante mortuus Laurentius, cui successerat Petrus clara indole adolescens, quem Politianus à pueris instituerat. Obijt autem Laurentius de Medicis anno 1492. Idibus Martij.

E *lib. 2. col. 363*

Anno 1493. & 1494. scribebat librum 34. 36. 39. & 40. sic enim ait ad Aemilianum: F *Nunc trigesimum quartum rerum humanarum habemus in manibus, quam longissimam annorum seriem ab ipso mundi exordio per Enneades scribere exorsi, &c. Exorsusq; iam tertio ab hinc anno res Venetas panegyrico cantu scribere, quatuor penè libros succisiua meditatione conscripsi.* Et ad Maurum; G *Historiam sum exorsus ab ipso mũdi exordio. Mox toto triennio* (ab anno scilicet 1491. ad 1494.) *per omnium gentium memoriam euagatus, adeò procul abij, vt nunc trigesimus sextus rerum humanarum sit liber in manibus.* Et ad Pandulphum: H *Alter à quadragesimo rerum humanarum liber est nunc in manibus, &c.* Et ad Palladium Nigrum: I *Quadragesimus rerum humanarum est in manibus, &c.*

F lib. 4. col. 381

G lib. 3. col. 370

H lib. 4 col. 384

I lib. 6. col. 409

Ad finem an. 1494. vsque ad principium ann. 1496. videtur scripsisse vsque ad librum quinquagesimum quartum. Sic enim ait ad Petrum Sabinum: K *Vltimus sextæ Enneadis liber nunc in manibus est; & iam tertio Ianum clausimus.* Et ad Rambertum Malatestam Sogliani Comitem. L *Nos quando id quoque per litteras petisti, vt tibi significaremus quid in hac frigida cuderetur officina, Historiam omnium gentium ab mũdi origine, quarto ab hinc anno* (nempè iam completo, atque adeo ab an. 1491. vsque ad principium ann. 1496.) *scribere exorsi ad Augusti Principis tempora longam rerum seriem traximus, ad Ianum dico tertio clausum. Sumque ingentem alioqui Historiæ molem, quatuor & quinquaginta voluminibus complexus, quæ in sex Enneades partiti sumus, &c. Vale Venetijs, Idibus Maijs.* Et ad Pomponium Lætum: M *Historiam à prima mundi origine exorsi, tantùm industria & diligentia profecimus, vt paucis annis res omnium gentium ad humana vsque salutis annum quatuor, & quinquaginta simus voluminibus complexi, digessique longam historiæ seriem in sex Enneades, &c.*

K lib. 4 col. 389

L lib. 8 col. 432

M lib. 8 col. 440

Post principium an. 1496. vsque ad initia 1497. deduxit opus vsque ad sexagesimum librum. Sic enim ait ad Bonomium Tergestinum: N *Exorsus iam quintò ab hinc anno* (nempè iam completo; atq; adeo ab an. 1491. vsque ad principium anni 1497.) *omnium gentium historiam, &c. Sexagesimus rerum huma-*

N lib. 6 col. 407.

ma-

manarum liber nunc est in manibus, &c. Et ad Fortunium ibidem: O *Et nunc sexagesimus liber in manibus. Vtinam aliquando portum teneamus. Vale. Venetijs postri die Idus Februarias.*

O col. 408.

A mense Februario anni 1497. vsque ad principium anni 1499. confecit librum 60.61.62.& 63. Ann. 1499. incæpit prælo tradere suas septem Enneades tomo vno comprehensas. Sic enim ait ad Rambertum Malatestam: P *Habes volumine vno septem historiarum Enneades, &c.* Durauit editio huius tomi per integrum annum vsque ad principium anni 1500. Sic enim ait ad Franciscum Card. Senensem, Q postea Pium III. *Accessit huic curæ altera non minoris solicitudinis, ne hæ nostræ Enneades, quas eram impressoriæ officinæ illaturus, librariorum incuria vitiarentur. Quod ne accideret, omni cura, & diligentia fuit mihi elaborandum. Cæterum dum per hæc non vna exerceor cura, en alter nobis vix sentiẽtib' essluxit annus, &c.*

P lib. 8. col. 433

Q lib. 7 col. 418

In principio ergo an. 1500. opus tomo vno continens septem Enneades, quæ sexaginta tres libros comprehendebant, è prælo exijt Democriti impressoris, ad quem extat ante sextam Enneadem Epistola Sabellici; & à Sabellico præsentatum Veneto Duci Augustino Barbadico (qui obijt die 18. Decembris ann. 1500.) die 17. Aprilis eodem anno 1500. Sic enim ipse ait ad Antonium Bonfinem: R *Peropportunè affuit mihi Bonfinis tuus ad 15. Calend. Maias, quo die nostras Historiarum Enneades Barbadico Principi, & Veneto Senatui, quibus opus inscribitur, frequenti Legatorum, & Patrum cætu, cognoscendas obtuli, &c.* Et in præfatione ad Leonardum Lauretanum Ducem Venetiarum, quam infra citabimus, agens de vltimis Enneadibus anno 1504. finitis, ait septem primas fuisse quarto ab anno editas, atque adeo an. 1500.

R lib. 8 col. 430

Deindè Sabellicus, antequam opus fieret omnibus commune, misit illud ad varios Principes, vt constat ex eius Epistolis, ad Franciscum Cardin. Senensem, S postea Pium Tertium, 10. Calend. Octobris ann. 1503. & eodem anno 15. Calend. Nouembr. vita functum. Et ad Ludouicum Sfortiam, Ducem Mediolanensem; ad Treuisanum, Herculem Estensem; Ioannem Bentiuolum; Guidonem Vrbinatem;

S lib. 7. col. 418

tem; Dominicum Grimanum S.R.E. Card. Hieronymum Donatum, Rhodiæ militiæ Magistrum; Cantalicium; & Rambertum Malatestam; *T* in quibus testatur se mittere septem Enneades, quæ tres, & sexaginta continent libros, in Veneta vrbe natas, Veneto nomini inscriptas, & nuper impressas, priusquam vulgari cœpissent. Sic enim ait ad Treuisanum, col. 422. *Sumque opus partitus in septem Enneades, quas Augustino Principi Inclyto, & Senatui inscripsi, &c. Misi has nostras Enneades nuperrimè impressas, priusquam vulgari cœpissent, Ludouico Sforciæ Principi Illustrissimo cognoscendas.* Et ad Card. Grimanũ col. 429. *Quod in Veneta vrbe res ipsa nata est, Venetoq; nomini inscripta, &c.* Et ad Militiæ Rhodiæ Magistrum col. 431. *Satis officiose sum mihi visus facere, si his nostras Enneades, quæ tres, & sexaginta continent libros, tibi cognoscendas traderem.*

T lib. 8 *col.* 410. 422. 423. 425. 426. 429. 431. & 433.

Ex his manifestè conuincitur contra Marquez, Bergomensem fuisse priorem Sabellico in asserendo Monachatu Augustiniano S. Francisci. Bergomẽsis enim edidit Supplementum tertiò auctum ann. 1486. & Sabellicus primò edidit septem Enneades an. 1500. & in eis nihil agit de prædicto Monachatu; & Enneade 7. lib. 8. & 9. citauit Bergomiẽsem sub nomine Philippi Eremitani. Vndè corriges, quæ diximus in Responsione pacifica, *V* nempè in Indice Sabellici sub nomine Philippi Eremitani non intelligi Iacobum Philippum Bergomensem, sed Philippum Mantuanum Mediolani degentẽ. Non videramus citationes in ipso originali, & ideò decepti sumus. Vndè in prædicto Indice tam sub nomine Iacobi Eremitani, quàm Philippi Eremitani, intelligitur Bergomensis.

V Resp. 5. *num.* 739. *p.* 376.

Postquam Sabellicus publici iuris fecit septem Enneades, Bergomensis compleuit Supplementum Supplementi in Conuentu Bergomẽsi 9. Cal. Aprilis ann. 1503. Sic enim ait ad calcem illius: *Iteratò hoc opus, immò castigatius repercussum per me fuit 9. Cal. Aprilis anno à Natali Christiano tertio supra Millesimum quingentesimum in Conuentu nostro S. Augustini Bergomi, mihi verò à Natiuitate sexagesimo nono.* Quo autem anno primò ediderit hoc Supplementum Supplementi, nunc nobis non cõstat. Quia quod Author in Apologetico habet, prælì errori videtur tribuendum; & edi-

editionem ann. 1506. fuisse primam, probari non potest, neque fuit verisimile tunc tẽporis per triennium integrum in publicũ non prodijsse. Dicauit hoc opus Antoniotto Cardinali Parauicino, qui obijt Romæ an. 1504. si Onuphrio credimus; at Ciaconius an. 1507. die 10. Septembris defunctum refert.

In hoc Supplemento Supplementi Bergomensis meminit Enneadum Sabellici, tanquam iam publici iuris factarum; non quidem omnium Enneadum, quas ipse vsque ad an. 1504. non finijt; sed tãtum septem Enneadum tom. 1. contentarum. Verba Bergomensis hæc sunt: X *Complurima hic edidit librorum volumina, inter quæ sunt ista, &c.* Et infra. *A mundi quoq; exordio omnium diuinarum, humanarumque rerum seriẽ, & historiam elegantissimo conscripsit stylo; opus certè diuinum, & omni admiratione dignum, quod plurimis voluminibus distinxit.* Quomodô ergo Bergomensis 9. Cal. Aprilis ann. 1503. meminisset omnium Enneadum Sabellici, tãquam iam impressarum, quas ipse vsque ad an. 1504. non compleuit?

X lib. 16.

Post finitum, & fortè iam editum Supplementum Supplementi, Sabellicus anno 1504. suam Rapsodiam finium. Sic enim ait Enneade 11. lib. 2. in fine: *Inciderunt hæc in Ianuarium mensem eius anni, qui primus fuit Iulij II. Pont. Max. quartus ab eo, quem Alexander VI. sacrum fecit Christiano nomini.* Sed quo anno tradidit Sabellicus prelo vltimas Enneades? Quãtum conijcere possumus, ann. 1504. Primô. Quia sic ait in Epistola preliminari, ad Marcum Antonium Maureccenum an. 1503. ante libros Epistolarum: Y *Efflagitabas, nec sine conuitio, vt quandò Septem illas Enneades, quæ tertio ab hinc anno in publicum exiuere, toties legisses, tres alias recentiore fætura apud me ortas, aliquando ederem. Ego, & si istud vehementer cupiebam, & Enneades illæ, quæ domi sunt, iam in scheda teneri non possunt, licet sororibus inuidentes, quæ nunc latè euagari dicuntur; incredibilis tamen hominum inconstantia, ne perfidia dicã, qua hodie viuitur, in causa est, cur nulli adhuc sim ausus eas credere, ne parum castigato, vt priores illæ, apparatu in lucem prodirent. Nunc quandò editio illa maturanda est, &c.* Non ergo diu distulit editionem aliarum Enneadum. Secundô. Quia in præfatione ad Leonardũ Lauretanum, Vene-

Y col. 938.

netiarum Ducem, cui posteriores Enneades dicauit, sic inquit; Z *Ne graueris precor has tres nouissimas nostræ Rapsodiæ Enneades cognoscere, quas septẽ illis quarto ab anno editis* (Scilicet ab an. 1500. vsq; ad 1504.) *adijcere fuit curæ, &c.* Edidit ergo tres Enneades, nempè 8. 9. & 10. an. 1504. quibus velut appendicem quandam, vt ipse subiecit, addidit ea quæ ab anno 1500. vsque ad principium anni 1504. in orbe contigerant. Neque enim credi potest opus tam optatum ab omnibus, diu dilatum.

Z col. 420.

Ex his manifestè liquet Bergomensem in Supplemento Supplementi non meminisse totius Rapsodiæ, quę nondum erat euulgata, quando ipse compleuit Supplementum Supplementi; & ex consequenti non rependisse vicẽ Sabellico pro eo quod nondum euulgauerat. Potuit quidem Bergomẽsis pręnosse, id ita à Sabellico afferẽdum, & inde motus laudare Sabellicum; sed ex eo quod fieri potuit, quis certo inferat ita factum? Nõ enim fiunt omnia possibilia. Vndè ergo tam securè collegit Author in Apologetico; A *Et Bergomensis vicem rependit digno eum cohonestans encomio in Auctario suo.* Vt quid quærit Author occultas rimas, cũ aperta sit ianua? Promiserat Bergomensis nomen Sabellici suo operi inserere; inseruit cum laude; & si vicem pro aliquo rependit, non pro asserto Monachatu S. Francisci, cum nondum esset assertus; neque pro asserendo, cum non constet istud innotuisse Bergomensi; sed pro commemoratione Ordinis Eremitarum D. Augustini, quam Sabellicus 1. tom. Enneadum non sine laude inseruerat, B Longiore, vt ipse ait, sermone quam institutus pateretur stylus.

A §. 5. n. 11. p. 92.

B Ennea de 7. lib 9. col. 411.

Hinc ad obiectiones Authoris facillimè respondemus. Et ad primam dico ex eo quod Bergomensis refert Rapsodiam a Sabellico plurimis voluminibus distinctam; & diuinum opus, omnique admiratione dignũ pronunciat, nullatenus sequi totum Sabellici opus, non tantũ primum, sed etiam secundum tomum Enneadum, in publicum prodijsse. antequam Auctarium Bergomensis scriberetur. Id autem euidenter demonstro. Primò. Quia de primo tomo septem tantùm Enneadum ann. 1500. editarum ait Ioannes Card. S. Angeli ad Sabellicũ: C *Nuper verò diuinum, vt ita dixerimus, tuarũ Enneadum opus,* (Sic & Ber- go-

C lib. 7 Epist. col. 417.

gomensis laudauit.) *quo omnium res gentium ab ipsius mundi origine texuisti, per partes intuiti, &c.* Et Oliuerius Card. Neapolitanus ad eundem Sabellicum: *D Delectarunt nos mirum in modum Sabellice, &c. tuæ omni auro, & gemmis pretiosiores Enneades, &c.* Sic septem primas Enneades duo Cardinales extulerunt; & non potuit Bergomensis easdem solas Enneades laudibus efferre ante adiectum Monachatum S. Francisci?

D *lib.* 7 *col.* 420

Demõstro Secundô. Quia de eodem 1. tom. septẽ Enneadũ, optimè dixit Bergomẽsis fuisse à Sabellico in plurima volumina distinctum, cum fuerit distinctus in sexaginta tres libros. Licet enim aliquando volumen pro tomo accipiatur, tamen propriè liber est, seu pars Codicis, vt obseruat Calepinus verbo: *Volumen.* Ibi: *Ideoque volumina appellata sunt, libellis si minora quam libris. Est enim propriè volumẽ pars Codicis, vt puta, Metamorphoseos liber in quindecim volumina distinctus est. Ouid. 1. Trist. Sunt mihi mutatæ ter quinque volumina formæ.* Plinius iunior; libri tres in sex volumina per amplitudinẽ diuisi, quasi in sex minores libros: *Vt sint volumina aliquanto minora quam libri. Igitur volumen pars libri est.* Sed clariùs rem hanc ex ipso Sabellico conuincemus. Is enim ad Cantalicium sic ait: *E Scripsi res Venetas ab vrbe cõdita duobus, & triginta voluminibus.* Et ad Dominicum Grimanum nõdum Cardinalẽ: *F Quam* (scilicet historiam naturalẽ) *Plinius sex, & triginta clausit voluminibus.* Et de suis ipsis Enneadibus sic habet ad Rambertum Malatestam: *G Sumq; ingentẽ alioqui historiæ molem quatuor, & quinquaginta voluminibus complexus, quæ in sex Enneades partiti sumus, &c.* Et ad Põponium Lætum: *H Historiam à prima mundi origine exorsi, &c. quatuor, & quinquaginta sumus voluminibus complexi, digessique longam historiæ seriem in sex Enneades, &c.* Cur ergo de septem Enneadibus non dicat iure optimo Bergomensis fuisse distinctas in plurima volumina, si de sex Enneadibus dixit ipse Sabellicus fuisse diuisas in quatuor & quinquaginta volumina?

E *lib.* 2 *Epist. col.* 359

F *lib.* 7 *col.* 414

G *lib.* 8 *col.* 432

H *lib.* 8 *col.* 440

Ad secundũ respondeo plura. Primũ est. Nõ potuit Bergomensis loqui de toto Enneadũ opere, quia loquebatur 9. Cal. Aprilis an. 1503. de opere Sabellici iã euulgato; & tũc tantùm euulgarat primum

Et sep-

septem Enneadum tomum, ann. 1500. in lucem publicam emissum; non verô euulgarat tomum secundum, quem an. 1504. compleuit. Potuisset quidem alias nosse Sabellicum in MS. opere sequentiũ Enneadum id adiecturum, & ex eo etiam moueri ad laudandas septem Enneades, quas euulgarat, vt sic vicem rependeret Sabellico D. Frãcisci Monachatum volenti tradere; tamen ex eo, quod ita fieri potuerit, vndè colligit securè Author ita contigisse, & Bergomensem pro asserto Monachatu vicem rependisse Sabellico? Quasi nisi ex eo motiuo nequiret Bergomensis commendare Sabellici opus, quod Italiæ & Ecclesiæ Principes summis laudibus extulerunt. Et tamen Polydoro Vergilio, qui ann. 1499. eundem Monachatum tradiderat, vicem in Supplemento Supplementi pro asserto Monachatu non rependit, neque illius vllam mentionem fecit, inquantum potuimus indagare.

Secundum est. Non ego vt certum trado secundum tomum Sabellici fuisse anno 1504. impressum, sed completum; & credi posse eo anno, seu sequenti in lucem prodijsse. Neque constat Supplementum Supplementi primô editum fuisse anno 1506. potuit enim etiam antea edi; & credibile est ita contigisse. Quare enim credemus per triennium dilatam fuisse editionem Supplementi Supplementi vsque ad ann. 1506. cũ completum fuerit an. 1503? Adde. Esto prima editio illius contigisset an. 1506. tamen Bergomensis tantùm deduxit opus vsque ad annum 1501. in narratione historiæ, licet an. 1503. opus finierit; & quædam vsque ad illum adiecerit, neq; loquitur de ijs, quæ postea ante editionem acciderunt. Si enim de illis sermonem necteret, cur loquens de Sabellico non retulit eius obitum, cum anno 1505. è viuis excesserit, vt testatur Franciscus Sansouinus in Additionibus ad Supplementum Bergomensis, editis anno 1574. Venetijs? *I* Quin immò lib. 16. fol. 409. sub an. 1490. vbi illius meminit, sic conclusit; & *quædam alia quotidie componere non desistit.* I 3. p. f. 566. p. 2.

Ad tertiam obiectionem respondeo me Authori tribuisse, quod asseruerit Supplementum Supplementi an. 1502. vel potius 1503. fuisse impressum, quia in suo Apologetico *K* Matriti edito an. 1625. apud D. Theresiam Iuntam Regiam Typographam, K 5. 5. n. 10. p. 90.

pham, sic habet de Bergomensi: *Vocauitque opus hoc nouas Repercussiones historiarum, seu Supplementum Supplementi à se editi; historiam deducens vsque ad ann. 1502. quod edidit Venetijs opere, & impensis Georgij de Rusconibus ann. 1502 die 4. Maij, ætate iam decrepita, vt cōstat ex libri fine, &c.* Quod si fuit error typi, admittimus id ab Authore non dictum; tamen credere nolumus (licet nec id noceret) primam eius operis editionem anno 1506. contigisse; Rapsodiam verò fuisse prælo traditam ipso anno 1504. in quo fuit cōpleta. Sed esto ita fuisset, Bergomensis non agit de ijs, quæ post an. 1503. euenerunt. Eo autem anno Sabellicus nondum finierat totum opus Enneadum. Et licet ante editionem Rapsodiæ potuisset Bergomensis illam videre, vel per litteras moneri de asserto Monachatu S. Francisci, quis tamen ita factum Authori reuelauit? Ipse enim non ait Bergomensem potuisse Sabellico vicem rependere, sed rependisse; & ex possibilitate existendi ad existētiam rei non necessariæ, non est legitima inter Dialecticos consequentia.

DIFFICVLTAS VIII. DE TESTIMONIO Polydori Vergilij.

Lex lib. 7. ca. 4. M c. 21 §. 1. p. 354. N §. 4. p. 364.

POlydorum Vergilium de Inuentoribus rerum *L* in testem Monachatus Augustiniani S. Francisci aduocauit Marquez. *M* Sed addidit infra, *N* citans Polydorum ex cap. 14. sed per errorem Typographi, aut Amanuensis; Polydorum non esse inferiorem tempore Bergomēsi, quia vterque anno 1494. viuebat.

O §. 5. n. 12. p. 93.

Retulit Author in Apologetico *O* citationem Marquez, tradiditque ab illo cōstitui Polydorum, si non ętate, vel tempore seniorem, saltem æqualem; & contra Marquez objicit. Primò. Quòd Bergomensis an. 1503. agebat annum sexagesimum nonum; & Polydorus viuebat an. 1547. Quasi Marquez asseruisset Bergomensem esse eiusdem ętatis; & eodem ferè anno natos. Secundò. Quia Bergomensis edidit Supplementum an. 149?. Polydorus verò librum de Inuentoribus rerum an. 1499. Et ex

his sic concludit: *Traxit ergo errorem hunc* (scilicet Polydorus) *vel à Bergomensi, vel probabiliùs à Sabellico* (in hoc Author cum Marquez errauit) *cuius verba multis in locis transcripsit; & eadem fermè, quæ Sabellicus, habet de S. Francisco.*

Nos in Responsione pacifica clarè exposuimus ea, in quibus Vvadingus, & Marquez sunt lapsi; & inter editiones Bergomensis, Polydori, & Sabellici, hunc ordinem constituimus, & demōstrauimus. Bergomensis edidit Supplementum etiam an. 1486. Polydorus librum de Inuētoribus rerum an. 1499. Sabellicus tomum secundum Enneadum, in quo agit de S. Francisco, non ante annum 1504. *Vndè* (sic intulimus in Respōsione pacifica:) *Q Sabellicus Monachatum Augustinianum S. Francisci trahere potuit a Polydoro, & Bergomensi; Polydorus autem à Sabellico nullo modo trahere potuit, à Bergomensi potuit.*

P *Resp.* 5. *à nu.* 745. *p.* 378.

Q *Resp.* 5. *num.* 749. *p.* 379.

Modò Author in noua Defensione, *R* adhuc contendit Marquez voluisse non à Bergomensi, sed à Sabellico, eam sententiam mutuasse; quia Polydorus priusquam Bergomensis scripserat: *Qui totus in eo erat* (ait Author) *vt probaret neque Sabellicum, neque Polydorum rem hanc à Bergomensi accepisse, priores, & anteriores saltem in scribendo contendebat*; quasi ad id non sufficeret esse æquales.

R *Sect.* 8. §. 6. *n.* 1. *p.* 330.

Fallitur tamen manifestè Author. Aliter enim loquitur Marquez de Sabellico, & aliter de Polydoro. De Sabellico enim (licet in asserto decipiatur) sic habet: *S Porque aunque fuessen de vna edad; consta que Sabellico imprimio sus Enneades, antes que el Bergomense escriuiesse el Supplemento, &c.* At verò de Polydoro non affirmat edidisse librum de Inuentoribus rerum, antequam Bergomensis Supplementum euulgasset; sed cum asseruisset Polydorū non esse tempore inferiorem Bergomensi; hæc (licet deceptus) adiecit: *De manera que es voluntario, dezir que le siguio Polydoro Vergilio; y si siguio à alguno de su edad, es mas creible que seguiria à M. Antonio Sabellico, porque algunas vezes se conforma con el de manera que parece que le traslada, como vimos en el cap.* 20. §. 6. Non benè nouerat Marquez quibus annis hi Authores sua opera edidissent. Cæterum eius mens non fuit Polydorum priorem fuisse Bergomensi in scribendo; sed voluntariè asseri fuisse posteriorē, & ida Bergomensi accepis-

S *c.* 21. §. 4. *p.* 364.

pisse; nempè quia existimabat non esse fundamentũ ad asserendũ Bergomensem fuisse in scribendo priorẽ Polydoro. Hoc autẽ longè diuersum est atque tradere Bergomensem fuisse in scribendo posteriorem; ad intentum etiã verificandũ satiserat, quôd fuissent in scribendo æquales: *Aliud est enim* (vt diximus in Responsione pacifica: T *Esse priorem, & aliud non esse inferiorem. Prioritas nõ admittit æqualitatem; negatio inferioritatis æqualitatem non excludit.* Asserere Polydorum non esse inferiorẽ tẽpore Bergomensi, non est affirmare in scribendo fuisse priorem. Si enim fuissent in scribendo æquales, salua res esset: *Non cæteris Prophetis, & Patriarchis, cunctisq; hominibus* (ait Hieronymus in cap. 11. Matthæi ad illa verba: *Inter natos mulierum non surexit maior*) *Ioannem prætulit, sed Ioanni cæteros exæquauit. Non enim statim sequitur, vt si alij maiores eo nõ sint, ille maior aliorum sit.*

T *Resp. 5. num. 747. p. 378.*

Sed adhuc nobis duo obijcit Author. Primũ est. Quod assero Authorẽ non leuiter in pluribus errasse, & infideliter Marquez explicasse; addiditque nescio quę de nodo, & scirpo, & scabie, quæ nos non tam despicimus quã dimittimus; subiecitque id esse ad iurgia prouocare. Sed sine causa dolet, & queritur. An non & idem fecit ipse in Apologetico, & in eius Defẽsione facit? Et quis Apologetico impugnatori respõdet, qui non omnia aduersarij dicta, quæ potest, vellicet, & conuellat? Sed est aliquorum malè delicatorum hominum morbus, qui dũ alios grauiter lædunt, nec dolent, nec sentiũt; & dũ ab alijs, vel leuiter læduntur, & à veritate superantur, præ dolore queruntur, & clamitant. Sed desinat Author dolere dum vincitur à veritate: *Quid enim gloriosius* (ait Augustinus) V *quã subijci, & vinci a veritate? Superet veritas volentem, nã & inuitum ipsa superabit.*

V *inps. 57.*

Secũdũ est. Quod Magistri mei errores prodere nõ curo, dũ Authorẽ in aliquo erroriculo liceat sugillare; & adducit exemplum in citatione Polydori de Inuẽtoribus rerũ. At in hoc etiã Author, ni fallor, ipse decipitur. Neque enim ego notaui Marquez in eo errasse (id enim vitio Amanuẽsis, vel Typographi potius tribui, cũ aduerterim Polydorũ ex c. 4. à Marquez alibi allegari.) X Sed nõ benè citari ab Authore; qui, dũ illũ impugnat, refert (& nõ per errorẽ Typografi, aut Amanuẽsis) Po-


X *c. 21. §. 1. p. 354.*

Polydorum ex cap. 4. citaria Marquez eo in loco, in quo per incuriam Typographi, aut Amanuensis allegatur ex cap. 14. Deindè si Marquez in eo errasset, sicut errauit in alijs, eius hunc errorem proderem, sicut & alios prodidi; non quidem vt Authorem sugillarem, sed vt ostenderem veritatem. Neque enim animus principaliter est alios carpere; neq; pro alijs, etiam enunciantibus veritatem, sed pro veritate pugnare: *Veritas enim (vt docet Augustinus) Y propter se ipsam diligenda est, non propter hominem, aut propter Angelum, per quem annunciatur. Qui enim propter annunciatores eam diligit, potest & mendacia diligere, si qua fortè ipsi sua protulerint.*

Y *in Epist. ad Galat.*

Addo in fine. Esto Sabellicus, & Polydorus fuerint in asserendo Monachatu S. Francisci posteriores Bergomensi, nihilominus eorum testimonium non parui faciendum est. Viri enim in historia omnium iudicio peritissimi, rem hanc non traderent, nisi veram, vel saltem probabilem iudicassent, vt in Responsione pacifica obseruaui. Z Neque indigni sunt fide viri docti, qui post alios rem aliquam tradidere. Non enim clausis oculis sequuntur eos, qui præcedunt; sed fundamentis maturè discussis, & examinatis. Vndè pro Bergomensi, & eius assectis dicere possumus cum DD. Auditoribus Sacræ Rotæ in Decisione Cæsaraugustana Cathedralitatis die 1. Martij an. 1630. pag. 16. pro Petro Antonio Beuter: *Dicere autem id ab ipso voluntariè confictum, aut à cæteris illius assectis, viris grauissimis, inconsulto firmatum, merè voluntarium ijsdem Dominis vi debatur.*

Z *Resp. 5. num. 751. p. 379.*





DIF-

DIFFICVLTAS IX. DE TESTIMONIO Iacobi Philippi Bergomensis.

PHilippus Bergomensis, Augustinianus, in lucē dedit Supplementum Chronicorū; primò, vt tradit R.P. Lucas Vvadingus *A* Bergomi 3. Calend. Iulij an. 1483. & ætatis suæ 49. Deindè Venetijs an. 1486. & in huius editionis fine sic habetur: *Ac sic demum, Deo auxiliante, & fauente Supplementi Chronicorum iam tertiò terminum ponam; quam me semel, & bis ac ter promisi cum omni diligentia, & veritate facturum; quo in loco, & nunc, & semper nisus fui sine errore conscribere successiones Regum, & Principum omnium, & actus eorum; ac virorum in disciplinis excellentium; & Religionum origines; nec non & Pontificum omnium pro cursus; sic ex lib. Hist. descriptum continetur; hoc quippè exordio huius operis me facere compromisi. Perfectum autem, & denuo castigatum atque auctū per me opus fuit Idibus Octobris an. à Natali Christiano M. CCCCLXXXVI. in ciuitate nostra Bergomi, mihi verò à natiuitate quinquagesimo secundo. Impressum autem Venetijs per Bernardinum de Benalijs Bergomensem eodem anno, videlicet M. CCCCLXXXVI. die 15. Decembris.*

A *Sect.* 8. §. 7. *nu.* 5. *p.* 337.

Rursus etiam Venetijs an. 1490. & in fine habentur eadem verba, quæ in editione anni 1486. & Typographus hæc subiecit. *Finis. Impressum autem Venetijs per Bernardum Rizum de Nouaria anno à Natiuitate Domini 1490. die 15. Maij, Regnante inclyto Duce Augustino Barbadico.*

In hoc ergo Supplemento hæc habet Bergomensis: *B E quidem hunc ipsum fontem illumè Paradisi medio egressū fuisse dicere ausim, ex quo omnis Religiosorum Mendicantium Ordo tanquam flumina prorrupere, &c.* Subiecit ibi versus quosdam, inter quos hi habentur.

B *lib.* 9. *fol.* 140. *sub ann.* 390.

Tandem quis dubitat Franciscum stygmata Christi
Gestantem, primùm quin fuerit alter ego?
Hic Eremita fuit, sub quo tolerare Magistro
Tunc sanctimonia nouerat ipse viam.

Et pag. 2. agens de discipulis B. Ioannis Boni hæc addidit, *Inter quos & Seraphicum Frãciscum, Minorum fundatorem fuisse constat.*

C lib. 12 fo. 197. sub ann. 1199. Et infra, C *Huius sancti viri, & P. Ioannis Boni, inter celebres, præstantesque discipulos Seraphicum Franciscum de Assisio, sanctissimi Ordinis Minorum conditorem, fuisse constat. Sed ne quis dubitet, qui fortè ignarus huius rei execranda plurimum talis videatur scriptura; quibus omissa Vicentij Galli Historici testificatione, qui & si trigesimo* (potius 29.) *ipsius Historiarum lib. cap. 98. referat D. Franciscum fuisse Eremitam, & cum baculo, pedibusque calceatis, & corrigia cinctum incessisse; non tamẽ huius Ioannis Boni discipulum fuisse dicit; sed hoc in loco, hoc vno verissimo comprobamus testimonio, quòd apud Mantuam, vbi sacratissimum viri extat corpus, & reliquæ ipsius vestimentorum reliquiæ; Tabellarij etiam inter antiquissimas Monasterij scripturas Chyrographum aliquando visum est contestans B. Frãciscum de Assisio professionẽ Eremiticam sub Regula B. Augustini emisisse in manibus Fr. Ioannis Boni Eremitæ Mantuani.*

Et infra agens de B. Francisco: D *Hic quippè, cum Religionis habitum à B. Ioanne Bono prædicto suscepisset, & in manibus eius professionis votum sub Regula B. Augustini emisisset, vt hoc etiam Tabellarij Chyrographo authentico comprobatur, &c.* D lib. 13. fol. 198. sub an. 1209

Rursus infra agens de Ordine Seraphico: E *Nam tum & ipse Ordo ex Augustino optimo fonte tanquã fluuius emanarit, &c.* E lib. 15. fol. 199. p. 2. an. 1224.

Cum postea vidisset Bergomensis opus suum castigatione indigere, Supplementum Supplementi, in decem & sex libros diuisum vsque ad annum 1503. deduxit, & illud saltem edidit an. 1506. & in huius editionis fine hæc adijciuntur. *Iteratò perfectũ hoc opus, immò castigatius repercussum per me fuit 9. Cal. Aprilis anno à Natali Christiano tertio supra millesimũ quingentesimum, in Conuentu nostro S. Augustini Bergomi, mihi verò à natiuitate sexagesimo nono.* Et subiecit Typographus. *Explicit Supplementum Supplementi Chronicarum diligenter, & accuratè reuisum atque correctũ, Venetijs impressum opera, & impensa Georgij de Rusconibus, anno à Natiuitate Christi M. D. VI. die 4. Maij, regnante Leonardo Loredano Venetiarum Principe.* Postea nes-

noscio qui, abbreuiarunt, minuerunt, & addiderunt, & diuersis varietatibus infecerūt, potius quam correxerunt Supplementū Suplemēti, Parisijs ann. 1535. pridie Cal. Augusti, cum additionibus ab anno 1500. vsque ad 1535. opera ac prælo Iacobi Nyuerdi ad scriptitij Bibliopolæ, sumptibus verò, ac diligentissima cura Simonis Colinæi, & Galeoti à Prato, Bibliopolarum Parisiensium.

F lib. 13 sub an. 1203. fol. 296

In hoc ergo Supplemento Supplementi F hæc addidit Bergomensis: *Sed hoc in loco erūt fortè aliqui, qui huiusmodi scripta impatienter sustinebunt, quòd D. Franciscum discipulum B. Ioannis Boni Mantuani fuisse dixerim, cū S. Bonauentura doctissimus vir nullam de huiusmodi re in compositione illius Historiæ fecerit mentionem, & omni modam inuestigationem ad hibuerit in inquisitione sua vitæ. Ad hoc responderi potest quòd nulla ob hoc sanctissimo viro infertur iniuria, neque omnes possumus omnia, neque sancti Euangelistæ omnium & idem de Christo scripsere, & tamen vera omnes scripsere. Teneat vnusquisq; in hoc quod sibi placuerit, (Nam & ipse me vera dixisse in hoc existimo) cum non sint de articulis fidei.*

Fuit idem Bergomensis opus in linguam Italam traductum à M. Francisco C. Florentino, Venetijs anno 1508. vt Author tradit in Apologetico. G Deindè videtur editum cum Additionibus vsque ad an. 1540. quia vidimus editionem an. 1553. cum Additionibus ab anno 1540. vsque ad ann. 1552. Venetijs, opera Bartholomæi dicti Imperatoris, & Francisci eius generi. Denique prælo fuit traditum Venetijs ann. 1574. cum Additionibus Francisci Sansouini ab an. 1490. vsq; ad an. 1574.

G §. 5. n. 10. p. 92.

In traductione itaq; Itala an. 1553. sic habetur an. 398. fo. 170. *Dapoi si diuolgo in Italia in tal modo che molti santi homini furono di questo Ordine, frali quali dicono alcuni che fu S. Frācēsco.* Et fol. 219 sub an. 1199. *Dicono alcuni che fu* (agit de B. Ioanne Bono) *precettore del glorioso, & Seraphico Francesco de Assisi, fundatore poi del Ordine de Fratri Minori. El quale (secōdo Vicētio Historico Frācese nel 33. suo lib. al c. 68.) fu nel principio del Ordine Heremitano pr. fato de S. Agostino, & come habbiamo viste certe scripture antichissime in Mātoua, doue è el corpo di questo Giouanne Buono, feccia quell habito professione nelle mani*

del presente Giouanne. Et fol. 222. sub ann. 1209. sic de S. Francisco dicitur. *Discepolo di Giouani Buono Mantuano dell Ordine Heremitano, &c. hauendo preso l' habito Heremitano di S. Agostino per le mani del prefato Giouani Buono, & fatta in tale Ordine professione, come si lege in certè scripture authentiche, & antiche, &c.* Et fol. 223. sub an. 1224. dum de Seraphico Ordine instituitur sermo: *Come dicemo de sopra, quest' Ordine hebbe principio dell Ordine Heremitano di S. Agostino, del quale nel principio fu el B. Francesco.* Ex quibus planè constat non pauca, nec sine errore immutata; & Morigiam, & Romanum, de quibus egimus in Responsione pacifica, H occasionem errandi incautè accepisse ex hac traductione, in qua asseritur Chyrographum fuisse visum à Bergomensi.

H *num.* 803. *p.* 394.

Displicuit assertio Iacobi Philippi patribus familiæ Seraphicæ, & contra eam scripsere inter alios, Ludouicus Prutenus in Trilogio animæ impresso Nerimbergæ anno 1498. & Hippolitus Donesmundus in Historia Mantuana edita anno 1612. & modestiùs; & R. P. F. Antonius Daza in principio partis 4. Historiæ Franciscanæ in peculiari tractatu; sed acriùs. Huic vltimo Respondit M. Ioannes Marquez in libro de Origine Ordinis Eremitarũ S. Augustini, edito Salmanticæ apud Antoniam Ramirez viduam an. 1618. Contra Marquez edidit Apologeticum Matriti excussum anno 1625. apud D. Theresiam Iuntam Typographam Regiam R. A. P. F. Lucas Vvadingus, sed minùs dulciter quam par erat; in quo data opera contendit Bergomensem fuisse primum assertorẽ, & inuentorem Monachatus Augustiniani S. Francisci, & per imposturam confinxisse Chyrographum illud Mantuanum, quod aliquando visum affirmauit. Ita mordicus sæpè in Apologetico repetit, & inculcat: *Profectò* (ait) I *non alius assignabitur quàm Iacobus Philippus Bergomensis, Eremita Augustinianus, qui tertio post Franciscum sæculo Monachatum hunc primus adinuenit, &c.* Et infra, K *Iam ergo totius rei origo deflectit ad Bergomẽsem; atque sanè non solum P. Daza, verum Ludouicus Prutenus, siue de Prussia, in opere suo inscripto, Trilogium animæ, edito Nerimbergæ an. 1498. & Marianus Florentinus, Bergomensi Synchronos, vel qui Author est Appen-*

I §. 5. *n.* 1. *p.* 78.

K *n.* 13. *pag.* 93.

pendicis ad lib. 1. Chronicorum à Mariano scriptorum, ante centum & plures annos, eum primum huius rei assertorem atque inuentorem faciunt. Et rursus. *L At videamus quibus fundamentis, quo antiquitatis monumento, quibus solidis rationibus, quod bellè adinuenit, bellè probauit.* Et infra. *M Ille ipse Bergomensis, qui primus post annos tercentum hanc laruam obiecit, non audet dicere se eã vidisse sed* aliquãndo (*inquit*) visum est Chyrographum, &c. Et denique: *N Planè efficitur vt inanis hæc fuerit cogitatio ex affectu, & studio exorta, vt encomium opponeretur encomio. Dixit B. Bernardinus Tomitanus hoc viro præsente Bonauenturam tradidisse Eremitis, inter se non consentientibus de vestitu exteriori, vltimam formam, quã modo gestant, cucullæ; ne hoc impunè diceret, ac vt moderator moderatori, & cuculla cucullæ opponeretur, iam inuenit Magistrum conuersione posteriorem, qui (si superis placet) Franciscum instrueret, & habitũ præscriberet.* Hæc Author de Bergomensi.

L n. 14. p. 96.

M n. 16. pag. 99.

N n. 19. p. 101.

Nos in Responsione pacifica conati sumus Bergomensẽ, virum Religiosissimum, ab hac impostura vẽdicare. Nũc Author innoua sua Defẽsione, O nõ minùs acriter in suo placito durè persistit, & Bergomensem fuisse primum huius Monachatus & assertorem, & inuentorem nouo conatu contendit, & multipliciter contra nos amicus, sed iratus, insurgit. Primò. Quia Henricum, Iordanum, & Coriolanum, quos Bergomẽsi priores volueramus, ipse, vt essent posteriores, effecit. Secũdò. Quia quare ferimus impatienter, quòd ne impunè dixerit Bernardinus Tomitanus S. Bonauenturam vestis formam Augustinianis præscripsisse, prodijsse dicitur Bergomensis, qui Monachatum S. Francisci astruat Augustinianum; cum in idem cũ meo Magistro crimen inciderim. Propterea enim asserimus, *P* R. P. Antonium Dazam adinuenisse præsidentiam S. Bonauenturæ in Capitulo generali vnionis, traditamque ab eo formam habitus, & normam viuendi, quia legerat apud Hieronymum Romanum hunc discipulatum S. Francisci: *Vt iniuria*, inquit Marquez, (sic refert Author) *iniuriam penderet, hanc adinuenit, fabulamque retexuit. Nonne* (ait Author) *Q hoc idem crimen, quod in me comdemnas?*

O Sect. 8. §. 7. à nu. 1. p. 332.

P Marquez c. 1. Herrera Respon. 5. n. 804.

Q n. 2. p. 334.

Tertiò, quia Prutenus hunc Monachatum tanquam no-

nouum quid, & ab vnica pendens Bergomensis officina, solerter an. 1498. impugnauit; & Bergomensis in Supplemento Supplementi, quod an. 1503. correxit, & auxit; & anno 1506. luce donauit; neque se de hac nouitate purgauit, neq; in alium se priorem sententiam reiecit.

Quartò; quia Authori est loco retractationis, quod in postrema editione ad an. 1209 adiecit; nempè: *Teneat vnusquisque in hoc, quod sibi placuerit, &c.* Quod perindè est ac palidoniam canere: *Neque enim facilè crediderim* (ait Author) R *eum in postrema editione, & vltima senectute liberam facturum optionem, quam vellet in hac re sententiam sequendi, si ipse in illa persisteret, Franciscum Monachum fuisse Augustinianū, idq; cōprobari Chyrographo authentico Tabellarij. Quod authentico Tabellarij testimonio comprobatur, legaliter certū est, &c.*

R Sect. 8. §. 6. n. 3. pa. 335.

Neque valet dicere, vt diximus in Responsione pacifica, S ideo Bergomensem dare optionem, quia suam sententiam non credebat esse certā. Contra enim est. *Quare enim* (ait Author vbi supra) *non putabat certū, quod certissimo probabatur fundamento? Quid si stimulante fortassis ex vna parte conscientia, ex altera retardante erubescētia, quæ aliàs dixit, noluit palam retractare, sed suspensum dimisit Authorē? Vel fortè suauiori excusandus est modo, dicendo illum nō adeo facilè credidisse rem, quæ ipsa nouitate alijs, vt ipse ait, execrāda poterat apparere; illusumque ab ijs, qui retulerunt extitisse aliquando illud Chyrographū, dubia fide fluctuasse.* Hęc Author, nondum benè cum Pruteno credens Bergomensem potiùs ex relatu aliorum deceptum, quā ex propria peruersitate decepisse.

S Resp. 1. n. 11.

Nos duo dicenda existimamus. Primū est. Bergomensis non fuit primus huius Monachatus assertor, cum ante illū tradiderint Henricus de Vrimaria, Iordanus de Saxonia, & Ambrosius Coriolanus, vt constat ex dictis supra, dum singulorū testimonia expēdimus. Neq; mirū est, quòd Hēricus, & Iordanus retulerint rem, quam forsan alij priores scriptā non reliquerunt. Dicere enim possunt cū Authore translationis S. Seuerini apud Suriū: T *Nec mirū cuipiam videatur quòd post tantū temporis spatiū nonnulla, quæ prius sollicitudo styli non tetigit, posteritatis memoriæ per descriptionis certitudinē cōmendare satagimus; quia eo*

T to. 5. p. 1023. in Prologo.

rum

rum assertionibus roboramur, qui sanctissimi custodes cineris, à Religiosis audita parētibus, de memorabilibus beati viri factis, vel miraculis, ad sui solatium diligentissimè seruauerunt; & quorum non admittebant scribendorũ fiduciam, sæpiùs repetendorum in suis conuenticulis dulcem non amittebant memoriam.

Secundũ est. Per iniuriam asseritur Bergomensem adinuenisse, & confinxisse Monachatũ Augustinianũ S. Francisci. Sine sufficienti enim fũdamento id affirmatur de viro Religiosissimo, qui in vltima sui operis recognitione, iã ferè septuagenarius, alia recantauit; & se veritati studuisse in suo Supplemento, etiam cũ iuramento, testatus est; quasi diceret cũ Fausto in Prologo vitæ S. Mauri apud Surium: V *De veritate porro gestarum rerum, & narrationis, neminè ambigere suadeo, quia multò melius esse de toto silere scio, quàm aliquid mendosum efficiũq; narrare.* Quasi diceret cũ Ænea Siluio in descriptione Asiæ, & Europæ in Prologo: *Nec nos falsa pro veris astruemus, scientes nil tam contrarium esse historiæ quàm mendacium.*

V to. 1. p. 342.

Et sanè, vt ingenuè fatear, quod sentio, non possum non valdè mirari Authorẽ virum doctũ, & Religiosum, tanto conatu contendere Bergomẽsem mẽdaciter cõfinxisse Chyrographum, & ex illo Monachatum S. Francisci Lectoribus obtrusisse. Etsi enim forsan aliquando Bergomẽsis leuibus coniecturis credidisset, tamen non sinè graui iniuria, de tanto viro affirmatur rem aliquam mendaciter confinxisse. Sic calumniæ contra Ioannem Annium sparsæ respondit Fr. Ioannes de la Puente Regius Chronographus, tom. 1. Conueniencia vtriusque Monarchiæ Catholicæ, edito Matriti anno 1612. *Tambien nuestro Iuan Annio* (ait lib. 3. cap. 2. §. 1. pag. 10.) *en muchos casos se rindio a liuianas conjecturas; pero dezir que èl fingio el Beroso, que publicò, y comētò, es ofensa intolerable a la virtud, y erudicion de tan insigne varon, honra del sigio passado.* Authores etiam Seraphicæ familiæ, quorum nunc memini, licet Monachatum impugnent, eam tamen Bergomensi notam non inurunt; immò potiùs hoc, vel illo modò excusant, eiusque fidem saluam, & illæsam esse decernunt.

In primis enim Ludouicus Prutenus anno 1498. in Trilogio animæ X sic habet: *Ad tertium, quod dicitur de Chy-*

X p. 3. c. 6. de Prouid. littera. H.

Chyrographo Mantuæ viso, &c. fictitium est, & quasi incredibile, pro eo quia Mantua per multa distat ab Assisio, & nunquam legitur, quòd ibi cõuersatus fuisset S. Franciscus. Et licet Iacobus Bergomensis putet, vel fingit, illuc cum Ioanne Bono translatum, tamen non est verisimile, quòd tale pictacium vnquam ibi visum fuerit, & iam non videtur, &c. Videtur enim F. Iacobus errasse, & defecisse ex relatu auditorum, sicut defecit in lib. 15. sub anno 1462. &c. Ecce non audet Prutenus Bergomensi scelus imponere.

Y 1. p. lib. 4. p. 267. Hippolitus Donesmundus in historia Mantuana, Y edita Mantuæ an. 1612. sic ait: *Potest tamen esse verum (vt ex parte saluemus authoritatem adeò grauium scriptorum de hoc agentium) quòd S. Frãciscus transiens per Romandiolam, vbi multo tempore demoratus est S. Ioannes Bonus, propter suam spiritualem cõsolationem voluisset eum visitare, & aliquem etiam diem simul cum illo transigeret, &c.* Quasi dicat inde fortasse sumptam occasionem, vt aliqui labente tempore dixerint B. Franciscum à B. Ioanne Bono instructum, & ad Ordinem Eremitarum S. Augustini admissum.

P. Fr. Antonius Daza in historia Franciscana, Z relatus à Marquez, A sic habet. Z to. 4. in princ. A c. 21. §. 3. pa. 360. *Quia hic Author inuenit in memorijs S. Ioannis Boni quẽdam illius discipulum vocatum fuisse Franciscum de Assisio, vel quia ex genere suo competebat illi hoc cognomen, vel quia vrbis Assisij erat indigena; hoc solo fundamento dixit Seraphicum Patrẽ fuisse discipulum S. Ioannis Boni, & ab eius manibus accepisse habitum Eremitæ S. Augustini, non aduertens Ordinem S. Augustini tunc non esse fundatum.* Hæc Daza non ausus Bergomensi impostu|ram obijcere. Et licet gratis asserat alterius Francisci de Assisio professionem in manibus B. Ioannis Boni, vt adstruat inde æquiuocationem exortam, non tamen id adeo impossibile, vt censuit Marquez. Nomen enim Francisci antiquius est Francisco Seraphico. Etenim Franciscus Zazera in Nobilitate Italiæ anno 1615. Neapoli edita, agens de domo Comitũ Marsorum, sic inquit: *Leo Card. Ostiensis in Chronica lib. 1. cap. 64. ait; cum hoc Vgone in Italiam venit Azzo Comes, Berardi illius auunculus, qui Franciscus cognominatus est, ipsius Regis propinquus, à quo Marsorum Comites creati sunt.*

sunt. Floruit autem Leo circa an. 1088. Vndè & communis olim fuit vsus huius adiectiui, *Franciscus, a, um.* Sic Aymonius lib. 5. de gestis Francorum, cap. 33. de Carolo Caluo ait: *In vestitu deaurato, & habitu Francisco.* Et in epitaphio Gregorij V. vt refert noster Onuphrius in annotationibus ad Platinam B sic habetur;

B p. 143

Vsus Francisca, vulgari, & voce Latina,
Instituit populos eloquio triplici.

Et S. Rosendus in donatione facta Monasterio Cellænouæ apud Fr. Antonium de Yepes in historia Benedictina, C hæc legauit an. 1076. *Calices argenteos exaratos tres, ex quibus vnum Franciscum, &c. Concedimus etiam phialas argenteas Franciscas 11. &c.* Et Leo. IX. in Epistola ad Berardum Episcopum Asculanum, data Beneuenti Cal. Iulij, Indict. 5. annò 4. Pontificatus, atque adeo Christi 1052. sic ait: *Nec non & castrum de Spinetulo cum curte sua, quæ Francisca dicitur, &c.*

C to. 5. in App. fol. 424

Ecce Authores illustrissimæ familiæ Seraphicæ excusationes inquirũt, nec tam immane facinus de Bergomensi suspicantur; & solus Author totis viribus persuadere conatur Chyrographum à Bergomensi confictum. Adhuc tamen de Bergomensis modestia, & religione crederem dicturum ad Authorem, quod ad Cresconium Augustinus: D *Nunc vide quem ad modum de me dixeris, testis mendax non erit impunitus, cum putares me in hac Maximianensium causa fuisse mentitum. Ego tibi hoc non repono, quippe fortè locutus es, quod incauta amicitia credidisti; non quod fallaci corde finxisti. Homines sumus. Qua tandè vigilantia efficere possumus, ne vel putando, vel loquendo in aliquo labamur?*

D lib. 4 cap. 42.

Neque video cur me nocentem credat Author, qui Bergomensem non cõuictum arbitror innocentem: *Neminem enim* (vt cum Augustino dixerim:) E *Rectè iudicari puto nocentem, qui hominem non conuictum crediderit innocentem.* Videat Author quis tolerabiliùs sentiat, an nos, qui admittimus Bergomensem, vt hominem falli potuisse; an alij, qui censent eum in asserendo huic Monachatum fallere voluisse mundum vniuersum, & Chyrographum fallaci nouitate finxisse. Vndè dicere possumus cum Augustino: F *Quis ergo de Cypriano tolerabiliùs sentit? Vtrum nos, qui eum a-*

E lib. 3. contra Petil. c. 59.

ci-

F lib. 3. contra Cresc. c. 2.

cimus in obscura de Baptismo quæstione falli hominem potuisse; an vos, qui cum dicitis in promittenda Christiana cõmunione fallere voluisse, non vnum aliquem Fratrum, sed vniuersam Episcopalem societatem.

Neque argumenta ab Authore opposita sunt improbabiliter solubilia. Ad primũ dicimus, Authorem voluisse vt Henricus, Iordanus, & Coriolanus, non essent priores Bergomensi in asserendo Monachatũ Augustiniano S. Francisci modo supra explicato; sed id efficere non potuisse, vt suis locis ostendimus. Neque quia Author dicit se id effecisse, ideo iam effecisse putandus est.

Ad secundum dico duo. Primum est. Infideliter trãsfert Author verba, quæ citat ex Marquez ca. 1. Eius enim hæc sunt verba fideliter in Latinũ sermonẽ trãslata: G *Motiuũ ill (scilicet P. Dazę) præbuit vt scriberet id, quod legerat in P. Fr. Hieronymo Rom. in Seraphicum P. S. Franciscum, antequam fundaret sacrã Minorum Religionem, nostræ fuisse Religiosum, eiusq; institutũ professum in manib' S. Ioannis Boni. Quod, eius iudicio, adeo in ipsius præiudicium cedebat, vt quasi vna iniuria esset altera iniuria compensanda, se obligatum iudicauit ad inquirendum aliquam, quam opponeret, neque aliam relatæ fabulæ* (Nempe, quã Raphael Volaterranus suis scriptis inseruit) H *inuenit æqualem.* Iudicet nunc Lector an hæc verba eundẽ sensum efficiant, atque ea, quæ Author M. Marquez deceptus imposuit.

G *p. 2. in princ capitis.*

H *lib. 21 Antrop*

Secundum est. Non incurrimus in idem crimen, quod ego in Authore condemno. Longè diuersa est causa. Neque id Author negabit, si attendere voluerit; vel saltem probabiliter negare non poterit. Author enim mordicus contendit Bergomensem per imposturam adinuenisse hunc Monachatum, & dolo malo Chyrographũ cõfinxisse. At nos de R. P. F. Antonio Daza neque asserimus, neque innuimus eam præsidentiam, & præscriptionem vestis fallaciter de suo inuenisse, & confinxisse; sed id, quod alter incautè effuderat, nouiter retexuisse, vt præsidentiam, & præscriptionem vestis opponeret Monachatui. Quod patens est, & negari non potest. Quin immô, & de Raphaele Volaterrano, Canonico Regulari, vt tradit Nauarrus; I qui primô eam fabulam incautis propinauit, non contendimus eam mendaciter effin-

I *Cons. 1. de Regular n. 7.*

effinxisse, sed quadam æquiuocatione pro humana imbecillitate deceptum, veris falsa miscuisse. Vndè Marquez vbi supra sic ait: *Sin tener mas fundamento, que la equiuocacion de vn Author*; & adiecit ad marginem, *Raphael Volaterran. lib. 21. Antropologiæ*. Et infra K contēdit illū excusare. Videat nūc Lector an idem incurrerimus crimē; nos, qui neque Dazam, neq; Volaterranum eam relationem cōfinxisse contendimus; & Volaterranum æquiuocatione deceptum excusamus; & Author, qui totus est in contendendo Bergomensem fuisse dolosum inuentorem huius Monachatus, & Chyrographi notitiam confinxisse. Nos nulli figmenti ab ipso inuenti notam inurimus; idque R. P. Dazę tribuimus, quod ipse non negaret, sed fateretur ingenuè; & si negasset, nullus neganti fidem adhibuisset. At Author Bergomensi, viro Religioso, ferè septuagenario, cum iuramēto testanti se non posuisse falsa pro veris, dolosi mendacij, & confictæ inuentionis crimē imponit, quod nullo, vel probabili fundamētō potest ostēdi. Hæc ne eadem est causa?

K c. 4. §. 11. p. 55.

Ad tertium respondeo. Impugnauit Prutenus Bergomensem an. 1498. & Bergomensis ann. 1503. Supplementum Supplementi correxit, & auxit; sed fortè non vidit opus Pruteni, cuius non meminit. Sed demus vidisse. Cur non reiecit sentētiam in alium priorem se? Quia noluit recurrere ad alias probationes præter Chyrographum Mantuanum, super quo pręcipuè lis mouebatur; quo solo admisso negari non poterat Monachatus; & eo negato, etiam alia testimonia testium domesticorum, quales erant Henricus, (quem fortè non viderat) & Iordanus, vocarētur in dubiū. Adiecit tamen lib. 13. sub anno 1203. fol. 296. hæc verba: *Nam & ipse me vera dixisse in hoc existimo*. Et in Epistola ad Aloysium Tassum anno 1505. sic ait: *Fateor, atque Deum meum testor, me non falsa pro veris posuisse, cum nihil tam contrarium sit Historiæ, quam mendacium*. Et tamē adhuc vult Author Senē septuagenarium, Religiosum, Sacerdotē, iurantē cum scriberet, vbi calamus quam lingua minùs pręceps est, pro veris falsa mendaciter posuisse.

Ad quartum, dico itē eundem lapidem impegisse R. P. Dazam, quē ex ipsius Bergomēsis verbis conuincit Marquez,

N R. §. 11. n. 1 p. 4. 9

quez, L quibus, & nos modò conuincimus Authorem. Verba Bergomensis hæc sunt: *Teneat vnusquisque in hoc quod sibi placuerit (nam & ipse me vera dixisse in hoc existimo) cum non sint de articulis fidei.* Hoc ne est retractare, quod in Supplemenro affirmauerat? His verbis palinodiam cecinit Bergomensis, quibus testatur se existimare vera dixisse? At sine dubio recantauit, quia in Epistola ad Tassum cum iuramento affirmat se non falsa pro veris posuisse. Et quia infra sic ait: *M Nam cum ipse Ordo Minorũ ex Augustino Patre (vt ita dixerim) optimo fonte tanquã fluuius emanauerit, meritò Euphrati fluuio ipsum comparandum puto, &c.* Sic recantauit Bergomensis; sic diuersa superioribus cecinit. Sic stimulante conscientia, & retardante erubescentia noluit palam recantare, & suspensum dimisit Lectorem.

L c. 21. §. 3. p. 361.

M lib. 13. an. 1224. f. 298.

Ad id autem, quod opponit Author: *Si Bergomensis in eadem persistit sententia, quo modo optionem dat vt sentiat vnusquisq; quod velit?* Facilis est responsio iuxta dicta in Responsione pacifica. N Bergomensis liberam fecit optionem sequendi quod quisque malet, quia sententiam suam nõ censebat ita esse certam, vt improbabilis esset opposita. Qui autem non certò iudicat oppositum esse improbabile, negare nequit optionem, vt sentiat vnusquisque, quod velit. Neque ex Chyrographo conuincebatur vt oppositam cẽseret improbabilem; quia notitia Chyrographi innitebatur fidei humanæ propter testimonium aliquorum asserentium se illud vidisse, aut accepisse ab alijs, qui viderant. Huiusmodi autem fides humana nõ generat assensum ita certum, vt oppositum reddatur improbabile. Stat ergo optionẽ dare, & non recantare, quod prius asseruerat, etiam si assertio inniteretur Chyrographo authentico; quia non nitebatur Chyrographo authẽtico ab ipso Bergomensi viso, & cognito, vt tali; sed viso, vel audito ab alijs, quos non fuisse deceptos Bergomensi potuit esse probabile, sed certum esse non poterat. Sanè Bergomensis, vt ipse testatur eodem in loco, vbi fingitur recantasse, non dubia fide fluctuauit; sed asserta sua existimauit vera esse, non tamen ita certa, vt opposita essent improbabilia. Cum enim innitérentur testimonio humano aliquorum hominum, atque adeo fallibili, meritò probabilia tantùm, non tamẽ

N Resp. 1. n. 11 p. 4.

in se certa, neque opposita improbabilia iudicauit. Vndè, etiam si astrueretur Chyrographum veritati esse contrarium, non deberet à viro religioso figmentum attribui Bergomensi, sed Bergomensis excusari tanquam ex aliorum relatione deceptus. Adde. Inquiro ab Authore, an in controuersijs cum schola Thomistarum, in quibus doctrinā Scoti probabilem, non verò certam arbitratur, det optionem Thomistis sequendi, quod velint, vel non? Si dat, ergo vel recantat doctrinam Scoti, vel sine illius recantatione potest dari alijs optio, vt teneant quod magis illis placuerit. Si non dat, nimis proterua est adhæsio hominis, qui in re, quam tantùm probabilem existimat, non permittit alios aliter arbitrari.

O *Sect. 8. §. 7. n. 4. p. 336.* Sed aduertit Author, O vt videam ne dum vnum excusō consodalem, plures condemnem: *Quod enim* (ait) *Vni vitio vertitur, in plures refunditur; & dum vnum fefellisse negamus, plures admittimus deceptores. Id tu scilicet paruipendes, qui saluam vis veritatem, & sartam tectamq; Bergomensis æstimationem.* Hæc Author. Ad quæ dicimus plura. Primum est. Nos non diximus, in quantum possumus meminisse, Bergomēsem id asseruisse ex relatione aliorum consodalium. Vndè etiam si admitteretur relatores ex animo decepisse, nō condemnarem plures consodales, vt vnum excusarem. Secundum est. Neque asseruimus relatores ex animo decepisse. Potuerunt & ipsi inuincibiliter decipi; & dum non constat de malitia referentis, ne temerè iudicemus, debemus potiùs existimare illos pro humana imbecillitate deceptos, quam pro diabolica malignitate mentitos. Tertium est. Neque credimus fuisse deceptos, sed probabile autumamus vera deposuisse. Non enim agnoscimus fundamentum, quo conuincatur eos fuisse deceptos. Et dum non conuincimur, cur eos deceptos certô censeamus? Præsertim cum Nicolaus Barianus Placentinus, in causa Vitaliana, impressa Cremonæ per M. Carolum Derterium an. 1500. 8. Idus Aprilis, dicata D. Raphaeli Card. S. Georgij, & Ordinis Augustiniani Protectori, cōclusione 2. sic habeat: *Et plurimi fidedigni mihi retulerūt se vidisse in Conuentu nostro Mantuæ instrumentum publicum professionis, quam emisit ipse B. Franciscus in manibus B. Ioannis Boni.* Quartum

tũ est. Si necessariò tenēdũ esset vnum è duobus, nempe, vel à relatoribus fuisse inuentum dolosè Chyrographum, vel à Bergomensi mendaciter insertum, & confictum; prudentiùs, modestiùs, & tutiùs faceret, qui imposturam alijs adscriberet, quàm qui Bergomensi adiudicaret. De alijs enim non constat, qui, aut quales fuerint; licet ipse pro bonitate sua eos dignos fide exstimasset; de Bergomensi autem constat fuisse virum Religiosum & grauē; eaque tradidisse iam morti proximum; & dum alia, in quibus se putauit deceptum, recantauit; & iure iurando, dum scriberet, affirmasse, se non falsa pro veris posuisse.

Sed vltra hæc opponit Author vbi supra. Primò. Quod Resp. 5. n. 803. veritatis & integritatis intuitu condemno alios posteriores, domesticos, & externos, qui scripserunt Bergomensem dixisse se Chyrographum illud vidisse, cum tamen certissimum sit non vidisse. *Ast vndè mihi dabis* (ait Author) *hos infideliores fuisse in asserendo Bergomensem illud Chyrographum vidisse, quam nos, in affirmando aliquando extitisse?* Sed do facilè vndè id habeari possit. Quia ex ipsius verbis Bergomensis in editionibus eo viuente factis constat eum non asserere illud Chyrographum à se visum; atque adeo manifestum est eos, qui referunt Bergomensem dixisse se vidisse illud Chyrographum, vel infideliter, vel inaduertenter referre. Ait verò de his, qui Bergomensi retulissent se illud vidisse, nullatenus constat, infideliter, aut inaduertenter referre; quia non constat non fuisse ab ipsis visum, & maturè cōsideratum. Addo tamen modò, excusabiles ex parte esse eos Authores, qui retulerunt Bergomensem affirmasse Chyrographum à se visum, si traductionem Italam Supplementi Supplementi viderũt, in qua id asseritur sub nomine Bergomensis.

Opponit secundò Author. *P* Quia sæpissimè taxo Authorem, præsertim Respons. 5. num. 754. (potius 753.) quia insinuauit primam editionem Bergomensis anno 1490. prodijsse; & ego anno 1486. factam trado. Et contra hæc obijcit duo. Primum est. Quia nescit vbi id innuerit. Loco enim à me citato dixit ante illum meum annum Bergomensem semel, & iterum suum opus terminasse, & tum tertiò perfecisse; idque im- *P. nu. 5. p. 337.*

impressum fuisse Venetijs anno 1490. *Non negaui* (ait) *immò insinuaui primas impressiones*. Secundum est. Quia me lapsum in prima impressione, quam prætendo, probat alia facta Bergomi 3. Cal. Iulij an. 1483. anno Authoris 49.

Ad primum horum dico plura. Primum est. Manifestè innuit Author primam editionem Bergomensis fuisse ann. 1490. Nam cum totus esset in probando Bergomensem priùs scripsisse, & edidisse Supplementũ, quàm Polydorus Vergilius scriberet, aut ederet librũ de inuentoribus rerũ, hęc adiecit: Q *Aß constat ex supradictis Bergomensem anno 1503. annum egisse sexagesimum ; & ante annum 1486. suum Supplementum scripsisse; Polydorus verò suam deduxit historiam Anglicam vsque ad an. 1538. &c. Sed & ipsum illud opus de Inuentoribus rerum adolescens scripsit teste Paulo Iouio, post editum à Bergomensi Supplementum. Nam hoc, vt diximus,* R *editum est an. 1490. Polydorus verò nouem post annis illud suum opus dedicauit Ludouico Odaxio Patauino an. scilicet 1499. &c.* Et supra sic dixerat: *Ante annum 1486. & ætatis suæ 52. semel, & iterum opus suum Historiarum, seu Supplementum Chronicorum terminauit, ac tum tertiò perfectũ, & auctum Idibus Octobris anni prænumerati, impressum fuit Venetijs per Bernardum Rizum de Nouaria ann. 1490. 15. Maij sub illius Reipub. Duce Augustino Barbadico, &c.* Videat nunc Lector an in his satis clarè Author innuerit primam editioné fuisse anno 1490. Si enim nosset, aut suspicaretur aliam anteriorem, non præteriret silentio, cum inde abundantiùs probaret Supplementum Bergomensis fuisse priùs editum, quam librum Polydori Vergilij de Inuentoribus rerum. Qui enim conuictum censuit Polydorum post Bergomensem scripsisse, quia Bergomensis edidit suum opus an. 1490. efficacius id probaret, si ostenderet edidisse an. 1483.

Q *in Apolog. §. 5. n. 12. pag. 92.*

R *supr. n. 10. p. 90.*

Secundum est. Eo in loco Author non insinuauit priores impresiones ante annum 1490. Et probo. Primô. Quia licet dixerit Bergomensem semel, & iterum suum opus terminasse, & tum tertiô perfecisse, & impressum fuisse Venetijs anno 1490. Hoc tamen non est asserere Bergomensé tunc tertiô illud opus impressisse. Quod euidenter ad hominem probo. Quia

in editione an. 1486. sic ait Bergomensis in fine: *Ac sic demum, Deo auxiliante, & fauente, Suplementi Chronicorum iam tertiò terminum ponam, &c.* Et tamē editio an. 1486. in sententia Authoris erat secunda, non tertia. Secundò. Quia in ipsa editione an. 1490. eodem omnino modo finit Bergomensis, atque in editione an. 1486. referens se illi operi tertio terminum posuisse ann. 1486. non vero an. 1490. in quo imprimebatur. 3. ad hominem. Quia si Author vult ibi insinuari tres editiones, quia Bergomensis dixit se tertiò terminum ponere, quomodo contendit primam editionem Supplementi Supplementi fuisse an. 1506. cum ipso Authore referente, S sic in illius fine asserat Bergomensis? *Iteratò perfectum hoc opus, imò castigatiùs repercussum per me fuit 9. Cal. Aprilis anno à Natali Christiano tertio supra millesimū quingentesimum in Conuentu nostro S. Augustini Bergomi, mihi verò à natiuitate sexagesimo nono.*

S *Sect. 8. §. 5. n. 2. p. 329.*

Ad secundum respondeo. Non ego negaui fuisse aliam impressionem priorem editione an. 1486. sed ignorans an esset, vel non esset, asserui editionem ann. 1490. quam Author primam inuebat, nō esse primam, quia erat alia editio an. 1486. Si autem asseruissem editionem an. 1486. fuisse primam, dum aliam anteriorem non noueram; nunc testante Authore se vidisse aliam de ann. 1483. ingenuè faterer me deceptum, illique gratias agerem: *Nec enim* (vt ait Angelus Politianus ad Georgium Merulam:) *T Si quid vsquam peccasse ostenderis, defendam; sed agnoscam protinus, agamque tibi meritò gratias. Non enim mihi iniuriam fieri puto* (vt idem ait) *V Si quis aliter atque ego sentiat, aut scribat. Quoniam sententiarum diuersitate, præsertim in litteris, amicitiam distrahi non est necesse. Sed tu fortasse iniuriam tibi factam credis quòd de rebus ijsdem nō eadem tecum prodiderim.*

T *lib. 11 epist. 6. fol. 93.*

V *epist. 2. f. 91. pag. 2.*

Opponit tertiò Author. Quia Authorem carminum, quibus volebat tres reliquos Mendicantium Ordines ab Augustino prodijsse, & Carmelitanos sub Augustini Regula militare, indè nu. 774. (potiùs 776.) excuso, quòd cum alijs errauerit, neq; solus ita senserit. *At istud* (ait Author) *X mitigatio est erroris, non plena defensio.* Ita sanè. Quis negat? Nos errorem mitigare curauimus, non plenè defendere. Sic enim diximus: *Y Neque mirum adeo est* *Au-*

X *n. 6. p. 337.*

Y *pag. 338.*

Authorem carminum asseruisse sub Augustini Regula Carmelitas militare. Quamuis enim hoc placitum omni careat specie probabilitatis, non tamen assertum est adeo singulare, nouū, aut insolens, &c. Non ergo plenè defendebamus, sed mitigabámus errorem. Si id fecimus, vt Author admittit, obtinuimus, quod optauimus.

DIFFICVLTAS X. DE TESTIMOnio reliquorum Authorum Augustinianorum.

Z Sect. 8. §. 8. n. 1. p. 338. REijcit Author Z testes Augustinianos, quia domestici sunt, & eorum fides in causa propria, absque iniuria dicitur claudicare. Sed hanc obiectionem clarè retudimus in Responsione pacifica. *A* Si enim D. Franciscus fuit Augustinianus, inter Augustinianos fuit Augustinianus, non inter Franciscanos, qui nondum erant; atq; adeo eius tyrocinium meliùs innotescere potuit Augustinianis, quam Franciscanis; & ideo repellendi non sunt præcisè quia domestici. Hi enim potuerunt rem inter suos probabili traditione firmatam posteritati cōmendare. Hac ratione in sacris Religionibus plura de Consodalibus traditione ab his in alios deriuata innotescunt, quæ postea ab alijs scripto traduntur.

A Resp. 5. à n. 861. p. 396.

Sed in fauorem testium domesticorum, dicam cum Sabellico: *B Quod si domesticis scriptoribus est fides deneganda, Liuius fabulam scripsit, nō historiam, qui Romanos, non Punicos secutus est Annales.* Adijciam etiam cum R. P. F. Ioanne de Trinitate, Excalciato Franciscano, in informacione, *C* in qua contendit B. Petrum de Alcantara esse prouinciæ S. Gabrielis alumnum, & ad eam spectare; & in fauorem P. F. Ioannis de Mōles in historia suæ prouinciæ, hæc subdit: *Ni por ser testigo de casa, se le pueden oponer tachas, y excepciones; porque à de mas que por ser de casa pudo testificar mejor de lo q̄ vio, y auia en ella, sino ocularmente por ser mas moderno, alomenos por lo què hallò en los Registros, y papeles autenticos, que se guardan en el Archi-*

B *in præfat. Eneadum ad Democritū*

C *fol. 2 p. 2. n. 2*

chiuo de la Prouincia, y por lo que auia oido a testigos de vista.

Hinc inferes magnum esse discrimen inter præsidentiam D. Bonauenturæ, & vestis Augustinianæ præscriptionem, & Monachatum Augustinianum S. Francisci. Primò. Quia Monachatus Augustinianus S. Francisci, si fuit, meliùs potuit innotescere Augustinianis, inter quos fuit, quàm alijs, inter quos non fuit; & præsidentia D. Bonauenturæ, & præscriptio vestis, etiam meliùs potuit constare Augustinianis, vel saltem æquè benè atq; Franciscanis. Secundò. Quia præsidentiam ac præscriptionem nullus tradidit, vsque ad Volaterranum, & Authorem Appendicis Mariani Florentini, Authorem, *sine nomine, ac propterea etiam sine authoritate*, vt ait Card. Bellarminus to. 1. lib. 4. cap. 14. col. 777. Monachatum verò Augustinianum S. Francisci retulerunt Henricus an. 1334. Iordanus de Saxonia anno 1360. & alij plures. Tertiò. Quia non præfuisse Bonauenturam, constat manifestè, ex innumeris Pontificum Bullis, ex quibus patet Præsidem fuisse Cardinalem Richardum. At verò D. Franciscum non fuisse Monachum Augustinianum, ex nulla Pōtificum Bulla clarè probatur. Vndè mirum non est, quod Author, qui in limine Apologetici *D* R. P. Dazæ ex Volaterrano relationem neque approbauit, neque improbauit; modo in Defensione *E* fateatur eam manibus fabularum fundamentis inniti. Placet tamen, & semper placuit, quod Author adiecit; nempè deliniendos animos, & vtrinque passionem mitigandam; & ab vtroque sodalitio picturas, harum contentionum proles, procul ablegandas, & concertationibus finem imponendum mutuo vtriusque familiæ silentio, licet vtriusque partis ratio non sit æqualis.

D §. 1. n. 1. p. 2

E *Sect.* 8. §. 8. *n.* 3. *pa.* 340.

Dictum sibi vtriusque sodalitatis filius putet ab Augustino serm. 35. inter editos à Iacobo Sirmondo: *Nemo suscipiat cum aliquo litē, nemo velit nunc, vel ipsam suam fidem altercando defendere, ne de lite scintilla nascatur, nequærentibus occasionem occasio præbeatur. Prorsus conuitium audis, tolera, dissimula, præteri. Momento curandum. Videte quàm blandi sunt medici eis, quos etiam mordaciter curant. Audiunt conuitium, præbent medicamentum, nec reddunt conuitium conuitio.* Et infra. *Illi au-*

autem pacē non amanti, & litigare volenti, responde pacificus.

Deindè Author testium domesticorum in particulari, nempè Hieronymi Roman, Card. Ægidij Viterbiensis, Ioannis de Critana, & Nicolai Crusenij testimonia, vt solet, exagitat, *F* sed nihil noui cōtra ea profert in mediū. Quæ nos contra illa obseruauimus, *G* admittit, & probat; & quæ pro illorū defensione, vel excusatione adiecimus, improbauit his verbis: *H Tu hic, vti alibi passim, omnia ad tuum placitum miris cōponis coniecturis.* Hoc de nobis Author. *Hoc si ego de illo dicerē,* vt ait Augustinus: *I Forsitan succenseret.* At, id ego de illo non dicam, neq; illi de nobis dicenti succensebo; sed hæc, & alia plurima amico, licet excedenti, cōdono; & lectorē remitto ad ea, quæ diximus vbi supra in Responsione pacifica; ne semel acta iterum frustra agamus. Addo tamen inter Authores domesticos recensedum etiam esse Nicolaum Barianum Placentinum in causa Vitaliana, quam edidit an. 1500.

F vbi supra pag. 341. à num. 4.
G Resp. 5. n. 813 p. 398.
H n. 5. p. 343.
I lib. 1. de an & eius orig. c. 8.

Sed inter testes Augustinianos recenset Author *K* Sāpsonem Hayum, Guillelmitam tamen, quem à me produci in testem Monachatus Augustiniani S. Francisci testatur. Et adducto testimonio Sampsonis, quod ego transcripsi, *L* duo objicit. Primum est: *Quæ sequuntur, cur omiseris nescio, &c.* Et integrum exhibet testimonium, quod Marquez adduxit; *M* refertque Marquez iudicasse verba Sampsonis sibi non suffragari. Secundum est. Quia ego dico *N* me omittere hoc testimoniū, quia quod sit hoc Chronicon Martinianum, & quàm antiquum ignoro: *Mirum est* (ait Author) *O quale sit hoc Chronicon te nescire, qui illud te vidisse alibi asseris, multosque congesisse errores testaris.*

K n. 8. p. 344.
L Resp. 5. num. 758. p. 382.
M c. 21 §. 1. pa. 335.
N Resp. 1. n. 32. pag. 14.
O n. 8. p. 344.

Nos adhæc dicimus plura. Primum est. Miramur valdè Authorem testari Sāpsonem haium à nobis produci in testem huius Monachatus. Hæc enim sunt verba nostra: *P Omitto quòd Sampson Haius Guillelmita, quantumuis nobis aduersus, sic habet, Q & D. Franciscum Asisiatem, Minoritani instituti Authorem, cum Augustinianis aliquando vixisse, & ab Ioanne Bono habitum suscepisse, atque eo Antistite sacra vota iurasse, in Chronico Martiniano testatū habeo: Omitto itaque hoc testimonium, quia non noui, quod sit hoc Chronicum, & quàm antiquum.* Qui sic

P Resp. 5. num. 758. p. 382.
Q de verit. vitæ & Ordin. S. Guillel. pag. 21.

loquitur, non producit in testem Sampsonem Hayum, tanto posteriorem Bergomẽsi, vbi agebat de productione testium Bergomensi priorum; sed produceret Chronicum Martinianum à Sampsone relatum, si nosset quod esset, & quam antiquum, & esset antiquius Bergomensi.

Secundum est. Non adduximus integrum testimonium Sampsonis, tum quia fini prę intento non erat opus; tum ne transcriberem ea verba: *Nemo tamen, vt arbitror, eũ Augustiniani Ordinis esse affirmauerit, nisi qui omnes Franciscanos sibi infensos optauerit.* Ea enim aliqualem iniuriam irrogant Seraphicæ familiæ, quam nos ex animo diligimus, veneramur, & colimus.

Tertium est. Adduxit illud integrum Marquez, R non tamen Sampsonem adduxit in testem affirmantem Monachatum, sed referentẽ à Chronico Martiniano testatum, & à Ioanne Bono declaratum. Tam longè est vt credat (vt Author retulit, sed deceptus) eius verba sibi non suffragari. En M. Marquez verba: *No traemos este Autor por la opinion* (Scilicet, quia ipse eã nõ tradidit:) *Sino en confirmacion de quan recebida esta entre los Autores; pues no solo la hallo en la Chronica Martiniana; pero oyo que S. Iuan Bueno lo auia assi declarado a sus Religiosos.* Credidit ergo Marquez verba Sampsonis sibi ex aliqua parte suffragari.

R *c. 21. §. 1. p. 338.*

Quartum est. Omisimus testimonium Chronici Martiniani, quia non noui quod esset, aut quam antiquum. Cum enim in selectissima Authoris Bibliotheca ad S. Isidorum legerem Chronicon Martini Poloni, Archiepisco pi Consentini, vt refero in Responsione pacifica, S & ne verbum quidem, aut vmbrã inuenissem huius Augustiniani Monachatus, suspicatus sũ, & suspicor Sampsonem loqui de alio Chronico, quod etiam ipse nuncupat Martinianum. Non enim ita facilè in mentẽ venit potuisse Sampsonem incidere in aliquem Codicem MS. Martini Poloni, cui hic Monachatus (quem Author adulterinum vocare voluit) per imposturam esset intrusus. Valdè enim mirum esset in tot antiquos Authorum Codices per totum orbem dispersos dolosè fuisse intrusum hunccine Monachatum. Post hæc scripta reperimus Posseuinum in Bibliotheca selecta, lib. 16. cap. 16. pag. 365. sic habere: *Castellus secundum volumen Chronici Mar-*

S *Resp. 1. n. 32 p. 14.*

Martiniani, quod & ipsius, & Gaguini historici, editum est Parisijs apud Antonium Berardum ann. 1500. *floruit ipse ann.* 1399. Et infra pag. *369. Ioannes de Monstreu. siue Monstreuil, in Morinis, Præpositus Insulæ Flandriæ, Rege Carolo VII. ann.* 1423. *secundum Chronicon scripsit, quod vulgo vocant Martinianum, quod nonnulli tribuunt cuidam nomine Castello, atq; item Gaguino.* Non ergo, vt malè censebat, aut supponebat Author, solum Chronicum Martini Poloni appellatur Martinianũ. Cautiùs nos locuti sumus fatentes nos ignorare, quod esset Chronicum, & quam antiquum. Potuit ergo Haius loqui de hoc Chronico, vel de alio eiusdem nomenclaturę, quod non potuimus inuenire.

DIFFICVLTAS II. DE TESTIMONIJS Authorum exterorum.

OMissis Sabellico, & Polydoro, de quibus actum est supra, alios testes exteros, nempè Paulum Morigiam, Gonzaluum de Illescas, Alphonsum de Villegas, Carolum de Tapia, Ioannem Baptistam Egnatium, Author in quæstionem vocat, *T* & rursus opponit aliqua ex his, quæ olim in Apologetico obiecerat, *V* & à nobis in Responsione pacifica X satis superque refusa videre poterit Lector. Sed vt ad ea, quę repetit, iterum respondeamus; *Non enim* (vt cum Augustino dicam) *Y fugiendum erat hoc officium styli nostri, non quia ille nouum aliquod dicit, cui iam non multis modis, & sæpè responsum est; sed propter tardiores fratres, qui ea, quæ alicubi legerint, ad omnia paria referre non possunt, ita morem geram eis, qui me ad omnia respondere compellunt, vt quasi alternis sermonibus in præsentia disseramus.*

T *Sect.* 8. §. 9. *an.* 1. *p.* 346
V §. 5. *à n.* 27. *p.* 111.
X *Resp.* 5. *à nu.* 860. *pa. p.* 412.
Y *lib.* 2 *contra Petil. c. cap.* [illegible]

8 Paulus Morigia, Z ait Author vbi supra, duplici innititur Authori, scilicet Vincentio lib. 33. (potius 29.) cap. 98. & Bergomensi lib. 12. Supplementi; & vtrumq; corrumpit. De Vincentio enim refert scripsisse S. Franciscum ab initio fuisse Ordinis Eremitarum S. Augustini; & de Bergomensi tradit affirmasse se vidisse quasdam scripturas de professione S. Fran-

Z *c.* 22. *sed mihi* 17. *f.* 45

Francisci emissa in manibus Ioannis Boni, & habitu prædicto S. Augustini. Sed neque Beluacensis verbum eo loco habet de Religione Eremitarum S. Augustini; neque Bergomensis dicit se vidisse illas scripturas, sed tantùm aliquãdo extitisse. *Qui aliorum* (ait Author) *inquinauerat testimonia, procul dubio suis verbis fidem detraxit. Vt quid ergo credam posteriori priorem secuto, qui neque prioris verba mihi integra fide recenset.* Deindè cap. 53. asserit S. Franciscum in Cœnobio Ilicetano Eremitarum S. Augustini aliquoto tempore habitasse; fortè, vt Author existimat, secutus Ægidium Viterbiensem, quem ego *B* id dixisse refero in Epistola ad suos consodales Ilicetanos. Sed hunc incolatum Ilicetanum sufficienter refellii putat Author per ea, quæ supradixit C de tempore concessæ Regulæ Augustinianæ illius Cœnobij Eremitis, post obitum scilicet S. Francisci.

A *nu.* 2. *p.* 347.

B *Resp.* 5. *num.* 867. *p.* 413.

C *Sect.* 3. §. 1. *nu.* 14.

Verùm hæc nõ adeo Morigiæ authoritatem infringũt, vt nihili sit pendenda. Refert enim Vincentium scripsisse, nõ quidem formaliter, & expressè, sed virtualiter, & æquiualẽter, S. Frãciscum fuisse ab initio Ordinis Eremitarum S. Augustini. Id autẽ vel verissimum, vel saltẽ probabilissimum est, vt ostẽdimus etiam in Responsione pacifica. *D* Tradit etiam Bergomẽsem affirmasse se vidisse præfatas scripturas; sed in hac parte non ipse corrupit textu Bergomensis, sed corruptum inuenit in traductione Itala editionis Venetæ anni 1553. vbi sic habetur; *Et come habiammo viste certe scritture antichissime in Mãtoua, doue è il corpo di questo Giouanni Buono, fece inquell habito professione nelle mani dil presente Giouanni.* Non ergo Morigia vtrumque Authorẽ corrupit, immò neutrũ infecit. Adde. Si Autores, qui aliorũ testimonia ex parte corrumpũt, & inquinant, suis verbis fidem detrahunt, quam merebuntur qui passim, vt in Responsione pacifica; & in hoc eius Clypeo monstramus, aliorum testimonia ad alienos sensus perperam detorsere?

D *Resp.* 5. *num.* 865. *p.* 413.

De Cœnobio Ilicetano egimus supra; & manifestum est, ante institutionẽ Ordinis Seraphici, sub Augustiniana Regula militasse. Vndè ex hoc capite non peccauit Morigia; dum Franciscum in ea domo aliquandiu commoratũ retulit; quod præter Morigiã, & Card. Viterbiensem Ægidiũ, tradidere Ioannes Baptista Siganius, & Iosephus Mozzagrugnus,

nus, Canonici Regulares. Ille, in opere de Ordine, & statu Canonico an. 1605. Bononiæ apud hæredes Ioannis Rossij, vbi de Cœnobio Ilicetano sic ait: *E In quo etiam fertur postea D. Ioannem Franciscũ Petri Bernardoni Assisiensis, priusquam Minorum Ordinem procreasset, aliquando substitisse, &c.* Mozzagrugnus verô, in Narratione rerum gestarũ Canonicorum Regularium, edita Venetijs an. 1622. vbi *F* ipsa Signij verba transcripsit.

E *lib.* 2. *ca.* 1. *p.* 110.

F *lib.* 5. *fol.* 6.

Secundo insurgit Author G contra Gundizalum de Illescas, *H* quia in historia Põtificali, edita Salmanticæ an. 1573. etiam res clarissimas neque vulgari trutina librauit, vt probant figmenta, quæ Author ex illo produxit, & nos condemnauimus nu. 877. (ibi etiam illum ex varijs capitibus excusauimus p. 416.) Sed excusatum voluimus nu. 879. pag. 417. quia cum alijs errauit. Hæc tamen excusatio non sufficit; quia mirum Authori est, quôd historiam Pontificiam, omnium grauissimã, specioso nomine scribere aggressus, tam breui narrationis interuallo, in tot labatur errores: *Illud etiã magis mirũ* (addit Author) *quòd in tot rebus scitu obuijs, circa vnum Frã eiscum ita cæcutienti, velis me clausis oculis in re obscurissima, & maximè suspecta, fidem præstare. In reliquis errauit, circa rem hanc omninò assecutus est veritatem?* Sed multô magis mirum est, quôd qui in aliquibus errauit, in nullo possit non errare.

G *n.* 3. *p.* 348.

H *lib.* 5. *c.* 33. *f.* 332. *p.* 2.

Hæc tamen facili negotio dissoluuntur, si duo obseruemus. Primum est. Si in aliquos errores labi in rebus antiquis, in quibus alij priores errauerunt, omnem Authoribus detrahit fidem; dicat nobis Author, qui sint Authores, qui fidem mereantur. Credit ne in suis Annalibus nihil circa res pristinas contineri, quod ab alijs arguatur, & conuincatur erroris? Nimis credit, si hoc credit. Ego existimo supra humanam felicitatem esse, sic de rebus antiquis loqui, vt nihil inueniatur, quod alijs manifestus error appareat, & verè sit error: *In nullo aliter sapere* (ait D. Augustino, lib. 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 4.) *quàm res se habet, Angelica perfectio est. Qui itaque homines sumus, sed spe Angeli sumus, quibus æquales in resurrectione futuri sumus, quandiu perfectionem Angeli non habe-*

bemus, præsumptionem Diaboli non habeamus. Ideo dicit Apostolus 2. Cor. 10. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Errauit Illescas in pluribus, errauit & turpiter; Ideone indignus fide in omnib⁹, quę tradiderit? Et quis erit dignus fide, si ex quibusdam erroribus Authores fide redduntur indigni? Et sanè, valdè mirum est velle Authorem, qui in aliquibus labitur, in nullo fidem mereri.

Secundum est. Non ego desidero Authorem clausis oculis fidem præstare huic Authori, ita cæcutienti; neque censui rem ita se habuisse, sed abstinui ab ea quæstione texenda; vellem tamen Authorem existimare, saltem per principia extrinseca, non destitui probabilitate id, quod tot graues historici, & viri doctissimi verum reputarũt. Difficile enim est creditu rē esse manifestè improbabilē, quæ à tot grauibus Authoribus, non tantum probabilis, sed vera iudicatur. Et sanè homines docti in rebus scholasticis ea, quæ per principia intrinseca arbitrantur falsa, immò, & improbabilia, per principia extrinseca iudicant probabilia. Neque enim prudenter, aut humiliter sibi tātù in arrogarent, vt crederēt se solos veritatem attigisse, & alios omnes ita turpiter labi, vt ijs assenserint, quæ neque probabili fundamento fulciantur.

Tertiò obijcit Author Icō tra Alphonsum de Villegas, K quia in nostra acie constitutus, in aduersam transiliuit; licet enim quoad habitum nobiscum conspirauerit, quoad professionem apertè dissensit: *Narrationē enim susceptæ vestis* (ait Author) *ita peculiaribus notis distinxit, vt interfuisse putares.* Accessit, *inquit*, ad quoddam Monasterium Augustinianorum, apud eos rogauit admitti; admiserunt; habitũ ille induit S. Augustini, ex sago nigro, (potiùs, habitum ex tunica nigra, & cingulo coriaceo constantem) & ex corio cingulum, & per dies aliquot gestauit: *Si vndè hæc tam distinctè nouit interrogemus, Authores nobis obtrudet Antoninum, Sabellicum, & Egnatium.* Et tamen Antoninus nihil habet de habitu Augustiniano; Sabellicus refert quosdam dixisse Franciscum Aurelij Augustini sacris fuisse initiatum; Egnatius verò ait Ioannis Boni authoritatem secutum, ab eo vnam paupertatem amplecti edoctum: *Mirum est* (addìt Author) *qualibus hæc opinio aucta est incrementis.* Sed dū

I *nu.4. p. 349.* K *1. p. Floss. fo. 353 p. 2. Matriti. 1603.*

ea

ea Author ponderat, an recto pondere vtatur, lectores iudicabunt; & nos statim non nihil adijciemus, ex quo clarè innotescat, quàm parum roboris habeat hæc tam spatiosa, & tam valida obiectio.

Plura igitur ad illam respondeo. Primum est. Villegas à nobis adducitur tantũ in testem assumpti Monachatus, non professionis emissæ. Sic Scotista defendens B. Virginem non contraxisse peccatum originale, neque contrahendi debitum incurrisse, plures pro non contracta originali labe producit Authores, qui firmiter censent Deiparam à debito contrahendi nõ fuisse liberam. Secũdum est. Villegas peculiaribus notis omnia distinxit, more omniũ ferè Authorum, qui res, quas alij breuiter, & succinctè narrarunt, diffusiùs referũt adijciendo ea, quæ moraliter loquendo necesse est vt acciderint. Si enim Franciscus tyronem egit Augustinianum, necesse est, vt accesserit ad Monasterium Augustinianorum, & ille petierit admitti, & ipsi admiserint; & ipse habitum induerit, quem illi gestabant.

Tertium est. Villegas, vt aduertimus in Responsione pacifica, M non tribuit Antonino, & alijs D. Franciscum accessisse ad Monasterium Augustiniensium, &c. Sed tantùm adhibet, & producit eos in testes assumpti à B. Frãcisco habitus Eremitici Augustiniani, nempè tunicæ, & corrigiæ. Sic enim ait: *Fuesse a vn Monasterio de Augustinos, pidio le recibiessen en èl, recibieronle, y (como dize S. Antonino de Florencia, Antonio Sabellico, Iuan Baptista Egnacio, y otros Autores) vistiose S. Francisco el habito de S. Augustin de Sayanegra, y cinta de cuero, y traxole algunos dias, aunque no hizo profession.* Adducit autem S. Antoninum in testem Monachatus Augustiniani à B. Frãcisco suscepti, non quia formaliter, & expressè tradiderit, sed quia virtualiter, & æquiualenter asseruit.

Resp. n. 881 417.

Quartum est. Mirum non est in rebus antiquis post plures annos nouis incrementis opiniones augeri. Quæ enim aliqui priores minùs distinctè retulerunt, alij posteriores instrumentis, vel Authoribus nouiter repertis, clariùs, & diffusiùs enarrarunt. Insto rem hanc manifesto exẽplo. Antoninus dixit B. Ioannem Bonum fuisse Eremitam, & nihil adiecit de Regula, aut Ordine Augustiniano. Petrus de Natalibus (vel qui

Au-

Author est) in Appendice Cathalogi sanctorum, *N* editi Lugduni anno 1545. habitum Eremitarum S. Augustini sumpsisse asseruit, & Bergomensis illum B. Francisci fuisse institutoré enarrauit. Adiecerũt & alij quædã alia. Monachatus Augustinianus B. Ioannis Boni apud Authores dubia fide fluctuabat, antequam Pontificia Diplomata, & alij Codices in lucem prodijssent; quibus productis omnes dubietatis tenebrę dif fugerunt. Sed antequam cõparuissent, non erat improbabilis assertio de Monachatu Augustiniano B. Ioannis Boni. Etiam si supra id, quod obscurè, & diminutè dixerat Antoninus, posteriores alij noua adiecissent incrementa. Quare ergo improbabilis erit assertio Monachatus Augustiniani S. Francisci, quia supra id, quod Bonauentura, Vincentius, & Antoninus minus clarè, & succinctiùs tradiderunt, alij quædam clariùs expressérint, vel noua etiam addiderint incrementa?

N *f*. 239 *pag*. 2.

Quartò opponit Author O contra Carolum de Tapia iurisconsultum in tract. de Religiosis rebus, super Authentica *Ingressi*; *D* qui suæ narrationis Illescas ex Sabellico adsciscit Authorem. At Sabellicus ait, *vt scribunt quidam*. Et si vlteriùs per scrutemur, & interrogemus Polydorum Vergilium, ad alios *quosdam* Lectorem remittit: *Tandemque deueniendum erit* (ait Author) *ad Bergomensem, qui ad aliquando visum Chyrographum rem omnem reducit. Ad nullum tandem deuenies, qui viderit, vel ab eo, qui inter fuerit acceperit.*

O *n*. 6. *p*. 351.
P *Cap. de sacro sanct. Eccles. verbo. Monaste ria cap.* 18. *n*. 4

Respondeo duo. Primum est. Si deueniremus ad testes oculatos, vel ad eos, qui ab oculatis testibus accepissent, & expresśis verbis Chyrographum retulissent, vel Chyrographum authenticum extaret, non tantùm diceremus hunc Monachatum probabiliter asseri, sed absolutè illũ traderemus, & in historia certum arbitraremur. At quia non habemus huiusmodi testes oculatos, vel oculatorum auditores, neque Chyrographum professionis conseruamus (quod si extitit, horum incuria, vel illorum cura perire potuit) rei tantùm probabilitatem, saltem per testimonia extrinseca, & obiectionum retusionem, propugnamus.

Secundum est. Sabellicus, & Polydorus aiunt: *Vt quidam scribunt*. Id autem dupliciter nobis fauet. Primò, quia

quia non tantùm aiunt quosdam ita referre, sed in confirmationem sui asserti alios Authores in testes adducunt. Secũdô, quia si id, quod ex alijs referunt, improbabile existimarent, perfecti historici partes non explerent, nisi Lectorem monuissent, ne fortè aureo poculo biberet falsitatem, quam alijs leuiter, & noxiè propinaret.

Tertium est. Bergomensis rem reducit ad Chyrographum aliquando visum; sed visum à testibus oculatis fidedignis, vt expresſit anno 1500. Nicolaus Barianus in causa Vitaliana Q in hæc verba iam supra relata: *Et plurimi fidedigni mihi retulerunt se vidisse in Conuentu nostro Mantuano instrumentum publicum professionis, quam emisit B. Franciscus in manibus præfati Ioannis Boni.* Neque hoc censeri potest insufficiẽs fundamentum vt probabile existimemus id, quod viri fidedigni in authentico instrumento à se visum affirmarũt.

Q *concl.* 2.

Quartum est, Non deuenitur vltimo ad Bergomensem. Id enim etiam retulerunt B. Hẽricus de Vrimaria an. 1334. & B. Iordanus de Saxonia circa ann. 1360. Et Ambrosius Coriolanus circa annum 1480.

R *n.* 7. *p.* 352. Quintô opponit Author, R contra Ioannem Baptistam Egnatium de exemplis illustrium virorum, S quia nullũ Authorem citauit; *debuisset tamen (ait) vetustissimi facti tempore recentiori fidem quoquomodo adstruere, nec precariam facere, dum eadem facilitate Author* (fortè, alter, vel Lector) *negabit, qua ille conscripsit.* At hæc futilia sũt valdè, vt propterea Egnatij authoritati derogetur. Frequẽter enim historici, & scriptores vitarum sanctorũ, præcipuè ante hæc nostra scrupulosiora tempora, historias texebant, vix vllo citato Authore, vt manifestũ est in omnibus ferè antiquis scriptoribus, & in Sabellico, Polydoro, Ioanne Mariana, Petro de Natalibus, & sexcentis alijs. Vndè mirum non est quòd Egnatius nullum Authorem citauerit, *fortè* (vt diximus in Responsione pacifica) *T quia necessarium non esse iudicauit*, in hac potiùs quam in alijs rebus Authores allegare. Qui enim scripta periti legit historici, iudicare debet illũ in eã fuisse sententiã non clausis oculis, sed re maturè discussa, & examinata. Quilibet enim grauis Author dicet iure optimo cũ Petro de Natalibus in prologo Cathalogi sanctorũ: *Studiosum lectorẽ obsecro vt si in opusculo nouo grata reperit, gratias agẽs Deo totũ attribuat. Si verò incõposita adspe-*

S *lib.* 4. *c.* 4. §. 4. §. *de B. Fran. de Asisis.*

T *Resp.* 5. *num.* 883. *p.* 418.

pexerit, humanæ fragilitati adſcribat. Quòd ſi dubia, aut fortè minus credibilia lectitauerit, authoritati eorum, à quibus ſumpta ſunt, fidem adhibeat, cum libellus noſter nulla referat nouo edita, niſi quæ ſola noult magnis ab Authoribus compilata.

Sed modò præter hos exteros Authores, addamus & alios, qui vel Monachatum hunc tradiderint, vel ſaltem probabilem iudicauerint. Petrus Stephani, in deſcriptione locorum Sacrorum Neapolis, edita anno 1560. V B. Ioãnem vocat S. Franciſci inſtitutorem. P. Ioannes de Morales, in Epitome fundationũ prouinciæ Bethicæ Ordinis Minimorum, edita an. 1619. X aſſerit S. Franciſcum fuiſſe profeſſum Ordinis Eremitarum S. Auguſtini. Bartholomæus Cayraſcus, Prior, & Canonicus Canarienſis in ſuo Templo militante, Y edito Vlyſsippone anno 1615. ſic cecinit.

V f. 142

X textu 3. §. 2. p. 35.

Y part. 4. p. 19.

Y el ſanto, que al ſeñor ſer agradable
Deſſeaua, y ſeruir noches y dias,
Viendo quan pobre vida y quã loable
Caſta, obediente, y llena de obras pias
Profeſſauan los Monges Auguſtinos,
Entrò por ſus veredas y caminos.
Entrò en ſu Religion, mas como eſtaua
Para cimiento de otra reſeruado,
La antigua por la nueua renunciaba;
Aunque ſe niega auer en ella entrado;
Y el dezirſe, nacio de que imitaua
El trage y celo del Doctor ſagrado.
De aqueſtas opiniones quien las viere,
Tendra la que mejor le pareciere.

Et tandem Benedictus Gononus in Vitis Patrum Occidentis inſerit vitam B. Ioannis Boni ex Philippo Bergomenſi tranſcriptam; neq; aliquid, quod relationis probabilitati derogaret, adiecit.

DIF-

DIFFICVLTAS XII. ET VLTIMA DE Testimonijs æquiualentibus.

PRęter Authores exteros, & domesticos, qui Monachatum Augustinianum S. Francisci expresè tradiderunt, adduxit Marquez *Z* quosdam alios, qui sub æquiualenti forma verborum eandem partem asseruere. Contra eos in arenam descendit Author in Apologetico. *A* Nos eorum testimonia, vel defendimus, vel excusauimus in Responsione pacifica. *B* Sed iterum Author in sua Defensione, *C* non minùs dura bella mouet in omnes; quos, fauente Deo, à repetitis strenui Ducis ictibus Clypeo nostro, licet tenui, conabimur protegere, & defendere; & si quid contra nos minùs amicabiliter, quā par erat, obijcitur, amicabiliùs, quam tenebamur, ignoscimus, remittimus, condonamus.

Inter Authores huius generis, quos Marquez produxit in testes prædicti Monachatus, primô recensuit (vt refert Author) *D* Bonauenturam, *E* Vincentium, *F* & Antoninum, *G* quia B. Franciscum sub habitu Eremitico, cum baculo, Corrigia, & Calceis incessisse scripserunt.

Z *cap.* 21. §. 2 *p.* 355.
A §. 5. *à n.* 29. *p.* 355.
B *Resp.* 5. *à nu.* 884. *p.* 418.
C *Sect.* 8. §. 10. *à n.* 1. *p.* 353.
D *n.* 1. *p.* 353.
E *in vita S. Francis. cap.* 3.
F *lib.* 29. *cap.* 98.
G 3. *p. tit.* 24. *c.* 2. *in pinc.*

Contra hoc fundamentum, Primô obijcit Author in Apologetico, vestem illam Ereniticam, fuisse communem diuersi generis hominibus; & vestem Eremiticam Augustinianam fuisse Francisco posteriorem. His in Responsione pacifica nos sufficienter suis in locis respondimus: *Sed & meas ego* (ait Author) *H etiam rationes obieci* (scilicet in noua Defēsione) *tuasque opportunè refelli.* At, & nos etiam in hoc Clypeo obiecta retūdimus, & vt suspicor, manifestè conuincimus.

Secundô obijcit. Quia Bergomensis omisit testimonium Vincentij Beluacensis; non ob aliud nisi quia intellexit ex illius verbis malè probari Monachatum Augustinianum S. Francisci. Huic nos in Responsione pacifica *I* respondimus Vincentium à Bergomensi omissum, non quasi ex illo non probaretur sanctū Franciscum fuisse Augustinianum; sed quia non ostendebatur fuisse discipulum B. Ioannis Boni, quod ipse præmiserat. Eum autem esse Bergomensis sensum, extra omnem dubitationem est. Sic enim ait: *K Huius autem S. Vi-*

H *n.* 2. *p.* 353.
I *Resp.* 5. *num.* 887. *p.* 419.
K *lib.* 12. *à n.* 1199.

viri & P. Ioannis Boni inter celebres præstantesque discipulos Seraphicum Franciscum de Assisio, sanctissimi Ordinis Minorum conditorẽ, fuisse constat. Sed nequis dubitet (nempe de huiusmodi Discipulatu) *qui forte huius rei ignorans, execranda plurimũ talis videatur scriptura; quibus omissa Vincentij Galli Historici testificatione, & si 30. illius historiæ libro cap. 98. referat, D. Franciscum fuisse Eremitam, & cum baculo, pedibusque calceatis, & corrigia cinctum incessisse; non tamen huius Ioannis Boni discipulũ fuisse dixit.* (Ecce quare omisit testimoniũ Vincẽtij; cõtendebat probarẽ discipulatum, quẽ Vincẽtius neq; expressè tradidit, neq; æquiualenter insinuauit.) *Sed hoc* (scilicet discipulatum sub B. Ioanne Bono) *in loco hoc, vno verissimo cõprobamus testimonio, quòd apud Mantuanũ, vbi sacratissimi viri sancti extat corpus, & reliquæ ipsius vestimentorũ reliquiæ, tabellarij etiã inter antiquissimas Monasterij scripturas Chyrographum aliquando visum est, cõtestans B. Franciscum de Assisio professionem Eremiticam sub Regula B. Augustini emisisse in manibus B. Ioannis Boni Eremitæ Mantuani.*

Sed contra hãc Responsionem instat primò Author, L. Quia miratur ipse si verba Vincentij efficacia erant, vt probaretur Franciscum Monachum fuisse Augustinianũ, cur ea omiserit Bergomensis. L n. 2. p. 353. *Præcipuũ enim* (ait) *quod ab Augustinianis intenditur, & expetitur, est, suum dicere, & probare Franciscum, eiusdẽq; professionis ostendere; neque adeo curant Ioannis Boni effomare discipulum, quã Fratrẽ probare Agustinianũ, &c. Præterea, faciliùs ad discipulatũ Ioannis Boni strueretur via, si aliorũ testimonio priùs probaretur fuisse Augustinianum, &c.*

Secundò instat. M Quia idem erat dicere Ioãnis Boni dicipulum sub Regulã S. Augustini, ac Monachum efformare Augustinianũ. Et tamen licet S. Bonauẽtura in Vita B. Frãcisci has exteriores vestis Ereminiticæ præscripserit, & in Francisco admiserit, admittit tamen Bergomensis, N nullã de huiusmodi re Bonauẽturã fecisse mẽtionẽ: *Licet* (inquit) *doctissimus fuerit, & omnimodam adhibuerit inuestigationem in sanctissimi viri factis inquirendis. Hoc autem* (ait Author) *omnino illi non concederet, si videret quoquomodo sibi suffragari vestem Eremiticam, quam palam Bonauentura scribit* M n. 2. p. 354. N lib. 13. an. 1203.

Fran-

Franciscum usque ad sui Ordinis institutionem gestasse. Omisit itaque Vincentij testimonium tanquam suo argumento inutile; & omninò siluisse circa hæc Bonauenturam admisit, quamuis easdem vestes, quibus Vincentius Franciscum incessisse dixerat, distinctè recenseat.

Ad primam instantiam, precor Authorem, vt desinat mirari cur Bergomensis eo in loco dixerit se omittere Vincentij testimonium. Licet enim Augustiniani præcipuè intendant probare Frãciscum fuisse Augustinianum, siue fuerit discipulus B. Ioãnis Boni, siue non; quia plura sunt, quæ primum, quàm quæ secundum suadeant; tamen Bergomensis ibi agens de B. Ioanne *Bono*, & eius discipulis, magis præcipuè intendebat discipulatum sub *B.* Ioanne *Bono*, vt manifestè constat ex eius verbis, quàm Monachatum Augustinianum à discipulatu præscindentem. Quin immò eius sensus hic est. Omitto Vincentij testimonium, quia licet referat D. Franciscum fuisse Eremitam, & cum baculo, pedibus calceatis, & corrigia cinctum incessisse, ex quibus satis probabiliter deducitur Monachum fuisse Augustinianum; non tamen huius Ioannis *Boni* discipulum fuisse dixit. Hoc autem ego hic contendo, qui inter celebres præstantesque *B.* Ioannis *Boni* discipulos Seraphicum Franciscum enumeraui. Hunc autem fuisse *B*ergomensis sensum, ingenuè agnouerũt Marcus Vlyssipponensis, & Ioannes de Pineda, illustria Seraphici Ordinis germina. Marcus 1. par. Chronicæ Minorum lib. 1. cap. 5. vbi refert: *Que San Francisco anduuo dos años vestido de habito cumplido, pobre y honesto, y vn cayado en la mano como Ermitaño, y çapatos en los pies, y ceñido con vn cinto; de donde algunos tomaron ocasion de dezir q̃ fue Mõge Ermitaño de S. Augustin.* Et in margine citat Supplementum Chronicorum Philippi Bergomensis. Ioannes autem Pineda multò clariùs 3.p. Monarchiæ lib. 22. cap. 23. §. 4. vbi sic ait: *Dize el M. Pisano, que S. Francisco anduuo por dos años solitario, vestido como Ermitaño; y por esto dize Filipo Bergomense (lib. 13.) que fue de su Orden Ermitaño de S. Augustin, &c.*

Ad secundam instantiam, dico Bergomensem admittere S. *B*onauenturam nullam de huiusmodi re fecisse mentionem. Sed de qua re? De Monachatu Augustiniano, vel de discipulatu sub *B.* Ioãne *Bono*? Manifestum est non

non loqui de Monachatu Augustiniano, sed de discipulatu sub B. Ioanne Bono. En clarissima Bergomensis verba : O *Sed hoc in loco erunt fortè aliqui, qui huiusmodi scripta impatienter sustinebunt, quòd D. Franciscum discipulum B. Ioannis Boni dixerim* (non loquitur ergo de Monachatu Augustiniano absolutè; sed de discipulatu sub B. Ioanne Bono) *cum S. Bonauentura doctissimus nullam de huiusmodi re* (nempè de discipulatu sub B. Ioanne Bono, de quo agebat) *in compositione illius historiæ fecerit mentionem, & omnimodam inuestigationem adhibuerit in inquisitione suæ vitæ, &c.* Ac si diceret; Erunt fortè qui impatienter sustineant hunc discipulatum, licet non impatienter sustineant Monachatum Augustinianum; quia de Monachatu Augustiniano aliquam mentionem, licet non expressam, & formalem, tamen virtualem, & æquiualentem fecit S. Bonauentura, cū eius habitum Eremiticum recensuit; at de discipulatu sub B. Ioanne nullam, neque expressam, neque virtualem, neq; æquiualentē fecit mentionem. Et tamen huic aliquorum impatiēti sustinētiæ de discipulatu sub B. Ioanne Bono propter omnimodum S. Bonauenturæ silentium, Bergomensis vbi supra Respondet his verbis: *Ad hoc responderi potest, quòd nulla ob hoc sanctissimo viro infertur iniuria, neque omnes possumus omnia, neque sancti Euangelistæ vnum, & idem de Christo scripsere; & tamen vera omnes scripsere. Teneat vnusquisque in hoc, quod sibi placuerit (nam & ipse me vera dixisse in hoc existimo) cum non sint de articulis fidei.* Adde. Idem argumentum fieri potest de silētio S. Antonini circa Monachatum Augustinianum B. Ioānis Boni; & tamen nō indè benè infertur B. Ioannem Bonum non fuisse Monachum Augustinianum. Omisit itaque Bergomensis testimonium Vincentij, quia suo argumento de discipulatu sub B. Ioanne Bono (de quo manifestum est loqui, vt eius verba cōuincunt) erat inutile, & admisit D. Bonauenturam nullam mentionem fecisse de ea re, scilicet de discipulatu sub B. Ioanne Bono, de quo neq; formalem, neque æquiualentem mentionem fecerat, licet de Monachatu Augustiniano mentionem fecisset sub æquiualenti forma verborum.

O *lib. 13 à num. 1203. f. 296.*

Tertiò obiecit Author P in Apologetico; quia Bonauentura, Vincentius, & Anto-

P *§. 5. n. 29. p. 115.*

toninus, etiam meminere sacculi, peræ, & pecuniæ; & interrogat ibi, cur Marquez hæc non inculcauit, & sicut illa priora vestis Eremiticæ signa voluit censeri Monachatus Augustiniani, non etiã & hæc posteriora inter signa, & notas habitus Eremitici Augustiniani recensuerit?

Q Resp. 5. num. 888. & 889. p. 419. Huic obiectioni in Respõsione pacifica Q respõdimus plura. Primum est. *M. Marquez minùs inculcauit verba illorum Authorum, quæ nunc Vvadingus inculcat, quia non attinebant ad causam; neque suspicari potuit homo cordatus, & Religiosus ab aliquo, præcipuè tanto viro, interrogandum, & improperandum.* Secundum est. *Cæterum neque tacuit, neque omisit illa. Eadem enim verba D. Bonauenturæ, quæ hic adducis, referuntur ad verbum à M. Marquez.* R *Quin immò* pag. 420. *adducit etiam de verbo ad verbum testimonia Vincentij, & Antonini. Videat Lector, qua veritate dicatur sic confidenter, ea verba taceri à Dissertatore.* Tertium est. *Addo, in eadem columna explicat Marquez illa verba, pecuniam execratur, referenda esse, non ad tempus, in quo Missam audiebat, in quo ignoramus an secum pecuniam portaret; sed ad institutionem suæ Regulæ, in qua Minoribus præcepit, ne numos tangerẽt. Ecce non tacet, ecce non omittit. Ecce etiam inculcat verba, quæ ab illo quasi mysteriosè taceri, & non inculcari iactabas.* Quartum est. *Franciscus dum mendicaret pro victu, vel pro ornatu Ecclesiarum reparatarum, quamuis esset Religiosus, sacculum, peram, & pecuniam fortè portabat, sicut & modò ferunt Religiosi itinerantes; & tamen eorum professionis, & vitæ insignia non sunt sacculus, pera, & pecunia; sicut licèt Christus apud Iudã haberet loculos, & pecunias oblatas; tamẽ loculus, & pecuniæ nõ erãt insignia professionis Apostolicæ, & Euãgelicæ. Habebat ergo Frãciscus fortasis sacculũ, peram, & pecuniam, quamuis non essent insignia Religionis Augustinianæ. Neque enim omnia, quæ Religiosus habet, sunt insignia eius Religionis, quam profitetur. Cùm tamen in Ecclesia S. Mariæ Angelorum Euangelium audiuit, omnia, quæ habebat, dimisit, tam ea, quæ erant insignia Religionis Augustinianæ, quàm ea, quæ talia esse non poterant.*

Rc. 21. §. 2. pa. 357. & c. 24. §. 1. pag. 297. & cap. 25. §. 5. pa. 420.

Sed contra tam euidentem Responsionem, ne aliquid remaneret intactum, instat Author. S Primò. Quia pera, sac- S Sect. 8 §. 10. n. 5. pag. 355.

facculus, & pecunia non minùs spectant ad causam, quam vestis cingulũ, calcei, & baculus. *Quia hæ aliæ partes, quales illæ fuerint, ostendunt, & Eremitam probãt solitarium, vel Anachoretam.* Respondeo duo. Primum est. In Apologetico *T* non inde desumpsit Author argumentum, vnde nunc arripit. Hæc tantùm opposuit *Vellem itaque scire an etiam sacculus, pera, & pecunia, insignia fuerint professionis, & vitæ Augustinianæ? vel quare a nostro Dissertatore tacentur, vel similiter non inculcantur, quæ eodem orationis decursu narrant hi vetusti, & graues Authores?* Hæc diximus suspicari non potuisse hominem cordatum, & Religiosum ab aliquo, præcipuè tanto viro, interroganda & improperanda. Sicut & diximus in superioribus quosdam vetustos Authores asseruisse D. Franciscum gestasse habitum Eremiticum, & non expressisse habitum Augustinianum, quia tunc nullo litigante securiùs loquebãtur. Vnde dicere possumus; illi expresserunt habitum Eremitarum; intellige, Augustinianum, & nulla contentio est. Et si petas, cur & ipsi nõ addiderũt, Augustinianum? Arbitramur ita factum quia Authores non se aliter intelligi putabant; tali quæstione etenim nullus pulsabatur, & ideo nemine tunc litigante securiùs loquebantur, vt dicere possimus cum Augustino lib. 1. contra Iulianũ cap. 6. dum explicat verba Chrysostomi tom. 5. Homil. ad Neophytos: *Vides certè non ab eo dictum esse paruulos non coinquinatos esse peccato, siue peccatis; sed, non habere peccata; intellige, propria, & nulla contentio est. At inquies cur non ipse addidit, propria? Cur putamus, nisi quia disputans in Ecclesia Catholica non se aliter intelligi arbitrabatur; tali quæstione nullus pulsabatur; vobis nondum litigantibus securiùs loquebatur.* Secundum est. Meritô Author in Apologetico, quod nunc in Defensione objicit, non opposuit. Quis enim ex sacculo, pera, & pecunia contendat conuincere Franciscũ fuisse Eremitam solitarium, vel Anachoretam? cum passim videamus, vel sciamus Religiosos, omnium ferè Ordinum, itinerantes, vel extra claustra degentes, vt tunc degebat Franciscus Seraphicus, sacculum, peram, & pecuniã deportare? Ideo diximus ea verba minùs à Marquez inculcata, quia non attinebant ad causam.

T §. 5. n. 29. p. 115.

Secundô instat. *V* Quia licet Marquez retulerit autho- V n. 6. p. 356.

thoritates, quibus ea numerantur, tamen delegit, quæ suæ causæ erant propitia, reliqua neglexit, & prorsus reticuit, sola illa verba, *pecuniam execratur*, eo fine expendit, vt probet S. Franciscum non deposuisse habitum, & calceamenta statim vt audiuit Euangelij consilia in Ecclesia Portiunculæ; quia non cõstat tunc habuisse pecuniã; & proindè referendã vult illam execrationem ad nouæ Religionis institutionem, cuius professoribus pecuniæ vsum, & tactum interdixit. Respondeo etiam duo. Primum est. Author in Apologetico vbi supra in verbis relatis sic ait: *Vel quare à nostro Dissertatore tacentur, &c.* Iam agnoscit non taceri, & inquirit quare non inculcãtur. Secundum est. Quod alia verba non inculcauerit præter illa, *pecuniam execratur*, inde ortum est, vt diximus, quia non attinebant ad causam, neque ea obijcienda, & improperanda potuit prudenter suspicari. Vt quid enim illa inculcaret? Vel quia proderant? Vel quia oberãt? At ille neq; prodesse, neq; obesse meritò iudicauit. Erant enim notæ, & signa, quæ tam in sæcularibus quàm in Religiosis poterant inueniri.

Tertiò instat. X Quia ego dico in Responsione pacifica, Y quod *Fortasis* Franciscus habuit sacculum, & pecuniã, quamuis non essent insignia Religionis Augustinianæ: *Ad fortasis reducis* (ait Author) *quod eadem firmitate, & claritate sermonis, cum tuis insignibus Augustinianis hi referunt Authores. Eadem licentia dicet alius*, Fortasis *gerebat habitum Eremiticum, calceos, baculum, & corrigiã; & totum Monachatum ad fortuitum casum, & incertã referent narrationem.* Hæc Author, & his verbis. Nos aliter, & facilè, respondemus nos ad *Fortasis* reducere, nõ sacculum & peram, quæ prædicti referunt Authores à D. Francisco reiecta, sed pecuniam, de qua dixit Marquez se ignorare an D. Franciscus secum pecuniam portaret, cũ Missam audijt in Ecclesia S. Mariæ Angelorũ. Vt ergo ab eo abstraherem, an pecuniã secũ deferret, de quo nil certi, aut firmi referunt Bonauẽtura, Vincentius, & Antoninus, dixi vbi supra Franciscũ tunc tẽporis *Fortasis* sacculũ, perã, & pecuniã portasse. Quare, *Fortasis*? Quia ignoram secũ Marquez, an quando Missã audijt, secũ pecuniã portaret; non quia reducamus ad *Fortasis*, an habuerit sacculum, & peram, de quibus di-

X *n.* 7. *p.* 356.
Y *Resp.* 5. *num.* 889. *p.* 419.

Z ca. 3. dixit Bonauentura, *Z peram* A lib. *reijcit*, & Vincentius, *A* & 29. cap. Antoninus: *B Ex hoc iam cal* 98. *ceamentis, virga, sacculoque* B 3. pa. *& pera non vtens, &c.* Hinc tit. 24. ne alius eadem licentia di- ca. 2. in cet, Fortaßis gerebat habi- princ. tum Eremiticum, calceos, baculum, & corrigiam, totũque meum Monachatum ad fortuitum casum, & incertam referet narrationem?

C c. 21. §. 2. pa. 357. Secũdô recẽsuit Marquez *C* inter testimonia æquiualentia pro Monachatu Augustiniano S. Francisci lectiones Breuiarij Braccarensis in festo S. Francisci, in quibus inter alia habetur, quôd Franciscus ab anno ætatis 25. *terrena omnia despiciens Christum in omni vita secutus est.* Et infra. *Nouum mox Ordinem instituit, &c.* Quæ ferè eadem verba habent Matthæus Palmerius, *D* Arthma- D anno 1206. nus Schedel, *E* Ioannes Nau- E ætat. 6. Fol. 208. clerus. *F* Ex quibus verbis hoc argumentũ confecit Marquez. Hi Authores à prima F valũ. 2. Gene rat. 41. ann. 1215. conuersione constituunt B. Franciscum in statu veri Religiosi, si quidem pro eodem statu reputant quem tunc incæpit, & quem per totam vitam continuauit, si quidem aiunt cum extunc terrena omnia despexisse, & Christum in omni vita secutum fuisse. Vndè cum postea dicunt fundasse nouum Ordinem, agnoscunt ante hanc institutionem egisse vitam in Ordine iam fundato.

Contra hunc M. Marquez non improbabilem discursum plura Author obiecit in Apologetico, *G* quibus nos satis G §. 5. n. 3. p. 116. clarè respondimus in Responsione pacifica; *H* nunc in H Resp. 5. num. 893. p. 420. noua Defensione *I* hoc solum I Sect. 8 §. 10. n. 8. pag. 357. interrogat; An non Franciscus, siue alius quispiam, qui paternas opes, terrena omnia, immô & proprias vestes despiceret, & in solitudinem se reciperet, vel etiam alibi se pietati sacraret, & si nullibi se Religioni dicaret, si in illo statu rectè viuendo vsq; ad morté perseueraret, propriè, & verè diceretur Christum in omni vita secutus? Quid ergo impedit quominus Franciscus dicatur omnia despexisse, & coniunctô illo statu Anachoretico cum Minoritico, inter quos nul- K c. 21. §. 2. p. 359. lum spatium temporis intercessit, à prima illa conuersione, & rerum abdicatione, L Resp. 5. num. 890. p. 419. & n. 908. p. 422. & num. 920. p. 426. & n. 993. p. 427. Christum deinceps per omnem vitam fuisse perfectè secutus?

Ad hanc interrogationem respondeo tria. Primum est. M. Marquez, *K* & nos, *L* vt constat passim ex nostra Responsione pacifica, non producimus hos, & alios huius gene-

neris Authores, quasi euidẽs sit ita eos sensisse; sed quia probabiliter ex eorum verbis infertur eos in ea fuisse sententia, vt crederent D. Franciscum ante institutionem suæ Religionis fuisse verè, & propiè Religiosum. Vndè Marquez sic ait: *M Y esta es la razon, porque teniendo tantos Autores por nuestro parecer, toda via no le queremos dar por mas que probable, no obstante que dentro de los limites de opinion tiene grandes fundamentos. Porque si los Autores de aquella edad, como Vincencio Beluacense, ò S. Buenauentura, huuieran dicho con palabras formales* (& idem est si id asseruissent verbis æquiualẽtibus ita certis, vt in nullũ alium sensum possent probabiliter detorqueri) *que S. Francisco fue Ermitaño de la Orden de S. Agustin, sacaràn el punto de opinion, y no se pudiera dar oidos a quien dixera lo contrario.*

M c.21. §.2. pa. 357.

Secundum est. Qui terrena omnia despexisset, & se pietati sacrasset vsque ad mortem, etiam si nulli Religioni se dicasset, propriè & verè diceretur Christum in omni vita secutus: quia licet perfectiùs sequatur Christum, qui se Religioni sacrat, tamen etiam propirè & verè sequitur Christum, qui extra Religionem ea omnia præstat, & Christum imitatur: *Sequuntur enim, & consequuntur* Christum, (ait D. Thomas meus Villanouanus) *N qui viam humilitatis eius deuoto mentis affectu perseueranter imitantur. Vndè Dominus*: O qui mihi ministrat, me sequatur; *id est, me imitetur.*

N serm. 3. devno Martyre f. 196.
O Ioan. 12.

Tertium est. Qui per aliquod tempus vitam Anachoriticam egisset, & postea nouum Ordinem instituisset, minùs congruè de illo diceretur coniungendo vtrumq; viuendi modum sub eodem tenore verborum, Christum in omni vita secutum fuisse, & nouum Ordinem instituisse. Hæc enim videntur indicare eum toto illo tempore secutum fuisse Christum in statu Religioso, & relicto antiquo nouum instituisse.

Tertio produxit Marquez P verba Breuiarij Romani, quæ asserunt S. Franciscum in charitatis officijs tantum profecisse: *Vt Euangelicæ perfectionis cupidus quidquid haberet pauperibus largiretur.* Ex quibus hanc probationem Marquez elicuit. Franciscus adeo in charitate creuit, vt statim Christum statuerit sequi in statu perfectiori. At hic est status Religionis. Vndè verba Breuiarij quasi clariùs

P c.21. §.2. pa. 359.

rius explicans Fernandus Perez de Guzman Q in Recopilatione Maris historiarum tempore Regum Catholicorum edita, sic inquit: *E despues de tanto humil comienço, y despues de muchos actos santos suyos, apartandose de todo punto del mundo, tomò vida de Ermitaño; e assi començò a ser perfecto en la carrera de Dios, y otros prouocados, y animados por el su exemplo, dexando el mundo, volaron al estado de la penitencia.* Quam explicationem à B. Antonino videtur desumpsisse, vbi sic ait: R *Visitatus à Deo infirmitate corporis, disposuit mundum totaliter contemnere.* Et ex his etiam sic Marquez arguit. In statu Eremitæ se omninò segregauit à mundo. Ergo elegit statum Religionis. Aliàs enim non se omninò à sæculo separasset.

Q *c.* 23.

R 3. *p. tit* 24. *c.* 1. *§.* 1.

Sed respondet Author S omnia asserta à Breuiario Romano, Fernando Perez, & D. Antonino, verificari in perfecta bonorum renunciatione, & biennali vita Eremitæ; neque ad ea verificanda opus esse comminisci statum Religiosum. At hoc non tollit probabilitatem discursus Magistri Marquez, qui ex his testimonijs non censet indubitabiliter probari Monachatum Augustinianum S. Francisci, sed indè tantùm probabiliter deduci. Sic enim ait vbi supra: *Que aunque no es prueua indubitable, es gran confirmacion de nuestro intento.*

S *Sect.* 8. *§.* 10. *n.* 9. *p.* 359.

Quarto adducit Marquez T in testes sub æquiualenti forma verborum, P. F. Marcum Vlyssipponensem, V & P. F. Ioannem de Pineda, X Franciscanos; quorum vltimum pag. 354. recensuit inter testes hunc Monachatum verbis expressis affirmãtes; vbi eodem, vel fermè eodem modo F. Marcum loqui testatur. Vtrumq; huic opinioni hæsisse, vel non improbabilem iudicasse, pluribus ostẽdit Marquez; & nos expendimus in Responsione pacifica. Y Et sanè ad minus vterque opinionẽ Bergomensis refert, & non refellit. Vndè nõ inmeritò Marquez existimauit eos, vel cum nostris sensisse, vel saltem eorum relationem iudicasse probabilẽ. Si enim opinionem, quam eorum Religio vt sibi contrariam reijcit, improbabilem censuissent, illam sine dubio, vt diximus in Respõsione pacifica, ibidem refellissent; neque sufficienter reiectam iudicassent facili, & futili eius explicato fundamento; quam postea Marcus, forsan monitus, in speciali tractaculo impug-

T *c.* 21. *§.* 2. *p.* 354. *&* *§.* 5. *p.* 365. *&* 366.

V 1. *p. Chron. Min. lib* 1. *ca.* 5.

X 3. *p. Monach lib.* 22. *c.* 23. *§.* 2.

Y *Resp.* 5. *num.* 912. *p.* 423.

Z *Resp.* 5. *n.* 913 *p.* 424.

pugnauit, & quã Ioãnes tradidit à Bergoméſi tradi, & ab eo affirmari: *Se ita habere in ſuo Ordine ſcriptum ſub Syngrapha publici Notarij, &c.* Hoc ſanè nõ erat futile, & fragile fundamentum, vlteriori impugnatione non indigens; neq; ſola relatione abundè refellebatur, cum Author in eo refellendo tot comminiſcatur.

A c.3 n. §.5.pa. 366. Addidit Marquez *A* (non tam affirmans, quàm diſcurrens, & cauſam oſtendens, ex qua potuit moueri) Marcum Vlyſſipponenſem non impugnaſſe opinionem Bergoméſis, ne contra conſcientiam ageret; neque illi clariùs ad hæſiſſe, ne ſuæ Religionis offenſionem incurreret. Id autem de ſe Pinedam aſſeruiſſe, ſibique id teſtatum affirmat ab aurito teſte, teſte purpurato, R. A. P. M. F. Ioanne de Camargo, Prouinciæ Caſtellæ Prouinciali, & in ea plurimis alijs muneribus functo, Supremę Inquiſitionis Qualificatore, generis nobilitate præclaro, & integerrimæ fidei viro, cui nos plurimum debere fatemur, ne videamur ingrati.

B Sect.8 §.10.n. 12.pag. 361. Sed reſpondet Author his verbis: *B Gratis nimis, ac liberè à vobis dictum, ex vtriuſque diſcurſu quiſq; conijciet.* Hæc Authoris verba retulimus, & alia impugnatione nõ egent. Quis credet R. P. Vuadingo ſic diuinanti in his, quæ eſſe potuerunt; & non fuiſſe, reuelatione non nouit; potiùs quam R. P. F. Ioanni Camargo ſe id ab ipſo R. P. F. Ioanne de Pineda audiuiſſe teſtanti?

Quintò recenſuit Marquez *C* Henricum Sedulium Minoritam, & Antonium de Yepes Benedictinum, in teſtes, non quidem affirmantes Monachatum Auguſtinianum S. Franciſci, ſed eius probabilitatem agnoſcentes, vt in Reſponſione pacifica *D* obſeruauimus, contra Authorem minùs fideliter in ſuo Apologetico referentem M. Marquez citationem. Sic enim habet vbi ſupra: *El vltimo ſea el P. M. Fr. Antonio de Yepes, que en el primer tomo de la Chronica de San Benito Centur. 1. año de 499. cap. 3. la dà por opinion probable en eſtas palabras, &c.* Et infra. *Las miſmas, y aun mas fauorables, tiene Henrico Sedulio Minorita en ſu hiſtoria Seraſica en el Comentario, a la vida de S. Franciſco, capit. ſecund. §. 1. &c.* C c.21. §.1.pa. 355. D Reſp. 5. num. 917. p. 225.

Modô Author ſic in me loquitur: *E At tu interminatim contra me quereris, quò dixerim hos à Marquez adduci pro hac veſtra opinione,* E n.13. p. 361.

ne, contendisque hos ab eo non vocari in testes Monachatus, sed probabilitatis opinionis, quæ astruit Monachatū. Nescio quam hic excogites Metaphisicam distinctionem, quam neque tuus Magister somniauit, &c. Hæc Author, vinci nolens; sed plures dum disputant, (vt de pacis inimicis dixit Augustinis serm. 36. inter editos à Sirmondo pag. 395.) *Nec id agunt cum vinci nolunt, vt inuicti sint. Qui enim vinci à veritate nolunt, ab errore vincuntur.* Miror tamen virum doctum, & in schola subtilis Scoti versatū strenuè, hanc Metaphisicam distinctionem nescire, quam in Responsione pacifica vbi supra satis dilucidè exposui. Quis enim vel à primo limine Metaphisicam salutauit, qui ignoret aliud esse iudicium de veritate rei, & aliud de probabilitate rei. Ea enim, quæ falsa iudicamus, censere possumus probabilia. Sic Scotista plura D. Thomę placita existimat falsa, quibus probabilitatem denegare nō audebit. Sic ergo Sedulius, aut Yepes, licet Monachatum controuersum forsan reputauerint falsum, probabilem esse non negant. Neq; hanc distinctionem ignorauit Marquez, qui non asseruit Yepes affirmare hūc Monachatum, sed opinionem Monachatus probabilem reputare. Item de Sedulio asseruit, licet sedulo eandem nostram opinionem impugnauerit, quia hoc placitum vocauit opinionem. Opinio enim verè nō est, quæ probabilis non est. Potuit enim optimè Sedulius falsum censere, quod probabile existimabat.

Sed addit Author: F *Si hac externa & laruali probabilitate verbalis opinionis tibi satisfactum admittas, facilè conueniemus. Ego opinionem vocabo, & reuocabo; sed falsam reputabo; tu tua tibi probabilitate lætus applaude.* Hæc Author. Nobis sat est Authoris verba retulisse, vt lector iudicare posit, an concessa his verbis probabilitatè laruali, nobis satisfactum possimus admittere; vel potius legamus verba, quæ possimus dimittere, vt à Patre, qui in cœlis est, dimittantur debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. F *n.* 13. *p.* 362.

Sexto expendit Marquez G pro hoc Monachatu verba S. Antonij Patauini serm. 3. Dom. 3. Quadragesimæ, vbi inter alia hæc protulit verba: *Virum iustum, & Religiosum, specialiter tamen Religionis fundatorem, &c.* Vbi existimat in his verbis, & in exem- G *c.* 22. §. 4. *p.* 376.

exemplo Matathiæ, quo sanctus est vsus, duplicem in D. Francisco statum distingui, alium simplicis Religiosi ante Religionis fundationem, & alium fundatoris post institutionem proprij Ordinis; alium scilicet priuati militis, & alium communis Ducis.

Contra hæc Author quædam obiecit in Apologetico, quæ nos dissoluimus in Responsione pacifica. *H* Nunc autem in Defensione sic ait: *I Proposuistis vobis Frãciscum omninò efformare Augustinianum; Omnia in hunc finem conducunt, siue clara, siue obscura, siue certa, siue distorta. Vbicumque Francisci, & Religiosi voces occurrunt, à vobis statim combinantur, & in rem vestram adaptantur. Non hic institutus peculiaris de Francisco discursus, sed potiùs adductus est in exemplũ particulare generalis sermonis, &c. Quis non priùs Religiosus quam Religionem instituit?* Et infra. *Non ne eodem tenore verborum, & exẽpli veritate potuisset dicere Antonius, Mathatias significat virum Religiosum, specialiter Religionis fundatorem, vt B. Basilium, Augustinum, Ioannem Bonum, qui tamen à sua distinctam non sunt professi Religionem?* Hæc Author. Nos alia & aliter. Non negamus D. Antonium posse aliter exponi atque à nobis exponitur. Si enim aliter atque à nobis explicari non posset, placitum nostrorum Authorum non tantum probabile, sed verum & certum censeremus. Asserimus tamen cũ Marquez ex verbis, & discursu B. Antonij non leue desumi fundamentum, vt credamus eum duos in D. Francisco, sicut in Matathia, distinguere status, qui Francisco, non omnibus alijs Religionũ fundatoribus conueniant; aliũ scilicet, priuati militis; & alium, cõmunis Ducis, alios regentis & gubernantis. Neque omnes Ordinum fundatores, antequam propriã Religionẽ instituerent, priuatã in Religione militiam egerunt, sicut Matathias, antequam Dux esset, miles fuit. In qua enim Religione militiam egerunt, antequàm propriam instituerent? In propria, vel aliena? Non in aliena, quia nõ omnes in alienis castris militarunt ante sui Ordinis fundationem. Neque in propria, quia in terminis inuoluitur cõtradictio, quòd in propria Religione militauerint antequàm propriam instituissent. Quomodo enim poterant in propria Religione militare, si nondum erat instituta?

H *Resp.* 5. *a nu.* 918. *p.* 425.

I *n.* 15. *p.* 363.

Ne-

Neque miretur Author, quòd plures testes conuocamus, etiam eos, qui minùs clarè loquuntur & per inductionem allegantur. Quis enim neget, vt diximus in Responsione pacifica, *K* in materijs opinabilibus, & controuersis non parum roborari sententias ex multitudine Authorum, qui illis adhærent? Quis nostris temporibus de immaculata Virginis Cõceptione scripsit, qui non omnes, quos potuerit testes conuocauerit, etiam nõ expressè loquentes, sed per probabilem discursum inductos? Nunquid in nobis vitiũ est in causa nostra, quod in alijs virtus reputatur?

K *Resp.* 5. *num.* 929. *p.* 428.

Vltimo vocauit Marquez, *L* in testem huius Monachatus Maurum Hispellatem Franciscanum, *M* ex quo nihil suaderi Author in Apologetico existimauit. *N* Nos in Respõsione pacifica *O* non ineptè indè aliquid colligi in fauorem Monachatus Augustiniani S. Francisci defendimus. Nunc Author in noua Defensione sic ait, *P* *Plane mihi constat te vatem non consuluisse, neque à longè salutasse.* At si omnia Authori sic constant, parum constant, quæ ipsi constant. Fortè cum Marquez errauimus, (aliquale nostri erroris solatium) & legentes non intelleximus; tamen Maurum Hispellatem editum Antuerpiæ ex officina Christophori Plantini Prototypographi Regij an. 1572. dicatum Serenissimo Cosmo Mediceo, Etruriæ Duci vidimus, legimus, & habemus.

L *c.* 22. §. 4. *pa.* 378.

M *lib.* 5 *Frãcis.* *p.* 115.

N §. 5. *n.* 36. *p.* 122.

O *Resp.* 5. *num.* 922. *p.* 427.

P *Sect.* 8. §. 10. *n.* 15. *p.* 364.

Sed addit Author: *Si propiùs accessisses, aut legisses, primò ictu oculi conspiceres omnia hæc bella à Poeta describi antequam Franciscus post restitutas Patri vestes Assisio excederet, aut quidquam de Religione, vel subeunda, vel fundanda posset cogitare. Idq; ampliùs confirmat, quòd post hæc carmina, & alia, quæ interiacent, eius secessum in Eremum, & loca deserta, ita disertè describat.* Q

Tantum autem separ Diuùm sacra limina visit,
Perque vrbem, lucosq; sacros, locaque horrida dumis,
Sic vbi templa iacent, magnis euersa ruinis,
Mox adit, & gemitu nemorũ alta cacumina quassat;
Præcipuè verò flaui R sub vertice montis
Siue antrum horrificum, nigra siue ilicis vmbram,
Nactus saxa pijs, & duras vocibus ornos
Mulcet; & alituum genus ad noua carmina sistit.

Certè fatemur nos non tantô acuminê visus pollere, vt primo ictu oculi inspiciamus, quæ

Q *lib.* 5 *versic.*

R *Sub asij mõtis propè Assisiũ, vbi frequens tũc eius secessus.*

quæ Author tam clarè vidit; immò neque modò videmus. Maurus enim describens Frãciscum postquam agricolæ clamydem accepit, se ad prælia hostis occulti præparasse, & subdens quare tot hostiles conflictus eum manerent, sic cecinit. S

S *lib.* 5. *ver.* 180 *p.* 115.

Quippè truces Erebi, monstra ex horrenda, colonos
Ipse sibi, generique suo, stirpique nepotum,
Si qui olim adueniant, acres iam fecerat hostes
Religione sacra, superisque in vota vocatis
Ritè inimicitias, pariterque odia aspera firmans.

Ex his autem carminibus probabile satis argumentum elicitur ad credendum Hispellatem existimasse D. Franciscum fuisse à sua prima cõuersione Religiosum, & consequenter fuisse Augustinianum. Quoniam si statim atq; in Eremum secessit, nouæ moliens exordia vitæ, Dæmones sibi fecit hostes; & Religione sacra, superisque in vota vocatis inimicitias firmauit, & odia; non improbabiliter sequitur, eum tunc fuisse Religiosum, & vota Religionis emisisse. Neq; enim dici potest, vatem loqui de Religione sacra Minorum, quam tunc Dæmon à Francisco instituendam præuiderit. Vndè enim fuerit Dæmon præscius futurorum contingentium liberorum, quæ ille proprijs viribus nosse non poterat? Loquitur ergo de Religione sacra, quam ante suæ institutionem in Eremo profitebatur. Carmina autem, quæ Author producit, agunt de Francisco iam Religioso Eremita, cum de illo dixit S. Antoninus: T *Nam primum per duos annos honestum habitum, & Eremiticum gerens portando baculum in manibus accinctus corrigia, calceatis incedens pedibus per ciuitatẽ Assisij mendicando, nunc latebat in Eremis, nunc Ecclesiarum reparationibus insistebat deuotus.* Nihil ergo conuincit Hispellatem non loqui de Religione, quam D. Franciscus in Eremo subierit antequam de propria instituenda cogitasset.

T 3. *p. tit.* 24. *c.* 7. *in princip. fo.* 196. *pag.* 2.

TOTIVS OPERIS COMPENDIVM.

Renati inter duas illustrissimas familias dissidij originem, & progressum nos etiã in Compendium redigimus. Beatus Ioannes Bonus Mantuanus, prope Cæsenam Ro-

mandiolæ vrbem circa ann. 1204. plùs, minusve, Eremiticam vitam incæpit; & adiunctis vitæ comitibus circa ann. 1207. impetrata à Sede Apostolica Regula & Ordine D. Augustini; nouam Eremitarum Congregationem inchoault. Inter B. Ioannis tūc temporis discipulos, ante Seraphicum Ordinem institutū accessisse Seraphicum Franciscum retulerunt B. Henricus de Vrimaria an. 1334. & B. Iordanus de Saxonia circa ann. 1360. sed illorū Codices nondum inuenta Typographia rari erant; & controuersiæ fomitem non ministrarūt, vel propter eorum raritatē, vel propter ingenuitatem hominum illius temporis, qui ex Monachatu Augustiniano gloriam Francisci non lædi, sed augeri, humiliter, & veraciter existimarunt. Labente tempore Bergomensis anno 1483. prælo dedit Supplementum Chronicorum in totum Orbem breui temporis interuallo diffusum, vbi ex Chyrographo aliquando viso discipulatum B. Francisci sub B. Ioanne Bono in publicam omnium notitiam euulgauit. Displicuit iam tunc Bergomensis assertum Patribus Franciscanis, & contra Bergomensem, sed minùs acriter, scripsit an. 1498. Ludouicus Prutenus. Nihilominus eidem cum Bergomensi placito adhærere Polydorus Vergilius an. 1499. Nicolaus Barianus Placentinus an. 1500. Antonius Sabellicus circa ann. 1504. Baptista Egnatius circa an. 1550. Paulus Morigia an. 1569. Gundisaluus de Illescas an. 1573. & alij plures recentiores, tā domestici, quàm exteri.

Exorta illo æuo Bergomensis controuersia, felici vtriusque familię prudentia, statim emarcuit, & per plures annos Historici Monachatum hunc sine inuidia tradiderūt. Demum Hieronymus Romā, Eremita Augustinianus, plus cæteris in hac re circa annum 1570. se diffudit. Hinc (Vtinam non scripsisset, melior nobis secura pax, quàm Franciscus sub litē: *Si sic mihi futurum erat, V quid necesse fuit concipere?*) Ansam arripuit R.P. Antonius Daza Minorita, vt in Augustinianum Eremitarum Ordinem, familiæ Seraphicæ addictissimū, circa an. 1610. acriter insurgeret, & cantilenam de præsidentia D. Bonauenturæ ex Volaterrano Canonico Regulari resumeret. Respondit Dazæ an. 1618. integro volumine M. Ioannes Marquez. In hunc R. A. P. Fr. Lucas Vvadingus, amicus noster, vir-

V Gen. 25.

virtute, litteris, & Religione illustris, & in rebus Historicis apprimè versatus, classicum cecinit, & non parum hostili calamo, non tantum Ducem, seu militē percutere nixus est; sed exprobrauit etiā acies Augustini, altum genus ab Aurelio repetentes, edito Matriti anno 1625. amaro Apologetico; & noua quædā de prescriptione vestis a D. Bonauentura in Concilio Lugdunensi Ordini Eremitarum D. Augustini assignatę in lucem è tenebris inuexit. Meliùs in tenebris, in quibus erant, delituissent, indigna luce. Nos viribus longè impares, & virtute non minùs inferiores, iussi respondimus, sed pacificè; & edita Bononiæ an. 1635. Responsione pacifica, omnia Authoris argumēta dissoluimus.

Displicuit Responsio R. A. P. F. Lucæ Vvadingo, & ea, quam Pacificā inscripsimus, pacē amantes, sibi bellū præscribi iudicauit, & à fronte reliquum corpus, à titulo totū opus dissidere decreuit; Defensionemq; Apologetici Lugduni ann. 1641. publici iuris fecit, pacato (vt putat) imperturbatoq; animo, absq; amici offensione; sed (vt alij censent) adeô acriter, vt neq; grauius quidquam proferre potuerit, neq; pūctus aculeū ex aduerso emittere, vt noxiori veneno vulneraret. Nos in hoc nostro Clypeo hostiles ictus pacificè, humiliter, & cū veneratione Authoris, vt credimus, & optauimus, retundentes; & amici zelo, & naturali acrimoniæ indulgentes, facilè dimittimus omnia, quibus nos lædit; neq; etiā si plura essent, & grauiora essent, sat essent vt à viro, quem in Christo propter eximias virtutes, egregiā doctrinā, & intimā dulcissimamq; familiaritatem, suspicimus, veneramùr, & diligimus, aliquo modo diuellerēt. Irascatur quātum volet, & ferire appetat; iratū, sed meritis clarū, amabimus; ferientem, sed litteris eminentē, venerabimur; semperq; ei, quod ad nos spectat, arctissimo amicitiæ fœdere cōnectemur, & intima spiritus communione coniungemur. Vellem tamen id expostulare ab amico, vt neuter se lædi putet, si alter contraria senserit, & fas sit vnicuique in suo sensu abūdare, sed sine amaritudine animi, sine verborum acrimonia, sine prę iudicio alterius: *Ego sanè* (vt cum Hieronymo ad Augustinum dicam) X *nec tam stultus sum, vt diuersitate explanationum tuarum me lædi putem, quia nec tu læderis, si nos contraria senserimus.* Sed si ama- X *Epi. 13.*

amara verba misceantur, *in hoc læditur amicitia, in hoc necessitudinis iura violātur.* Sed absit à verbis amaritudo, & minùs modesta repugnantia; & concordi animo, voce consona, & pacata volūtate dissideat intellectus. Erit hoc modo inter vtrumq; sodalitium animorum consensio, licet sit iudiciorū dissensio; & consentiētibus voluntatibus, quāuis dissentiāt intellectus. in cordibus nostris in habitabit Christi pax, quæ est, vt Augustinus (vel si quis alius est Author) ait: *Y Serenitas mētis, trāquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis. Hæc est quæ simultates tollit, bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placita, cunctis benigna. Non quærit alienum, nihil deputat suum, docet amare, quæ odisse non nouit. Nescit extolli, nescit inflari.* Vndè cum Augustino in communibus sermonibus, Z apud Vrbinatem in Millelo-quio, verbo: *Pax. A* sic finiā. *Ego de tam abditis & difficillimis quæstionibus, si quid minùs intelligimus, pacificè requiramus:* Vel si requirentes pacem seruare non possumus, vtiliùs tacebimus, quàm vituperando prouocabimus: *Laudandi enim sunt,* (inquit alibi Augustinus, *B* apud Vrbinatē vbi supra) *C quia amant pacem; qui autem oderunt, meliùs interim sunt tacendo pacandi, quam vituperando prouocandi.* Et tandem (sicut in limine huiusopusculi rogaui) *Rogo te* (vt Augustinus olim Hieronymum) *D si fieri potest, vt inter nos quæramus, & disseramus aliquid, quo sine amaritudine discordiæ corda nostra pascantur, fiat; si autem non possum dicere quid mihi emendandū videatur in scriptis tuis, nec tu in meis, nisi cū suspicione inuidiæ, aut læsione amicitiæ, quiescamus ab his, & nostræ vitæ salutiq; parcamus. Ego me longè esse sentio ab illa perfectione, de qua scriptum est. E* Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. *Sed planè in Dei misericordia puto me posse facilè abs te petere veniam, si quid offendi. Prorsus (quod ad ipsas res, quas nosse volumus, attinet) si quid veri me tenere, vel credo, vel puto, in quo tu aliter sentis,* quantum Dominus dedit sine tua iniuria conatus sum asserere. *Quod autē pertinet ad offensionē tuā, cum te indignantem sensero, nihil aliud, quā veniā deprecabor.* Nunc cum August. *F* cō cludā. *Da veniā, si quo fortasse verbo duriùs emisso te offendi.*

Y Serm. 5. de verbis Domini.
Z Serm. 47. A 1675.
B Serm. de pace Sirmōdi 35. Colu. 1682.
D Epist 15. c. 3.
E Iac. 3
F lib. 4. Con. C esc. 2 60.

FINIS.

